


BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVI 11655

Organo [illegible]

Confitemini

Ex Biblio theca Ill.
Stanislai a [illegible]
Starza Wronowski
C.R. Trib. [illegible] etc.
[illegible] Consil.

110

PIVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI,

Hoc Missale est Capellae aulae Bahcensis 1729. w Bahcach

Ad perpetuam rei memoriam.

BIBL. Z. N. IM. OSSOLINSKICH

QVo primum tempore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animū, viresque nostras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad ecclesiasticum purū retinendum cultum pertinerent, eaque parare, & Deo ipso adiuuante, omni adhibito studio efficere contendimus. Cūque inter alia sacri Tridentini Concilii decreta, nobis statuendum esset de sacris libris: Catechismo, Missali, & Breuiario edendis, atque emendandis, edito iam Deo ipso annuente ad populi eruditionem Catechismo, & ad debitas Deo persoluendas laudes Breuiario castigato, omnino, vt Breuiario Missale responderet, vti congruum est, & conueniens (cum vnum in Ecclesia Dei psallendi modum, vnum Missæ celebrandæ ritum esse maxime deceat) necesse iam uidebatur, vt quod reliquum in hac parte esset, de ipso nempe Missali edendo, quam primum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetustis nostræ Vaticanæ bibliothecæ, alijsque vndique cōnquisitis emendatis, atque incorruptis codicibus, necnon veterum consultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorundem rituum instituto monumenta nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsum sanctorum patrum normā ac ritum restituerunt. Quod recognitum iam, & castigatum, mature adhibita, consideratione, vt ex hoc instituto, cęptoque labore, fructus, omnes percipiant, Romæ quam primum imprimi, atque impressum edi mandauimus, nempe, vt sacerdotes intelligāt, quibus precibus vti, quos ritus, quasve cerimonias in missarum celebratione retinere posthac debeant. Vt antem a sacrosancta Romana Ecclesia, cęterarum ecclesiarum matre & magistra, tradita vbique amplectantur omnes, & obseruent, ne in posterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Christiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monasteriorum, tam virorum quàm mulierum, etiam militiarum Regularibus, ac sine cura Ecclesijs, vel Capellis, in quibus missa Conuentualis alta voce cum choro, aut demissa celebrari iuxta Romanæ ecclesiæ ritum consueuit, uel debet, alias, quam iuxta Missalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiam si eędem ecclesię quouis modo exemptę apostolicæ sedis indulto, consuetudine, priuilegio, etiam iuramento, confirmatione apostolica, uel aliis quibusuis facultatibus munitæ sint nisi ab ipsa prima institutione a sede apostolica approbata, uel cōsuetudine, quę vel ipsa institutio super ducentos annos missarum celebrandarum in eisdem ecclesiis assidue obseruata sit a quibus, vt præfatam celebrandi cōstitutionem vel consuetudinem nequaquam auferimus, sic si Missale hoc, quod nunc in lucem

XVI. Qu. 1655

33.424

edi curauimus, ijsdem magis placeret, de Episcopi, uel Prælati Capitulique uni
uersi consensu, ut quibusuis non obstantibus iuxta illud missas celebrare pos-
sint, permittimus, ex alijs uero omnibus ecclesijs præfatis eorundem Missaliũ
vsum tollendo, illasq; penitus, & omnino reijciendo, ac huic Missali nostro nu
per edito, nihil unquam addendum, detrahendum, aut immutandum esse de-
cernendo, sub indignationis nostræ pœna, ac nostra perpetuo valitura constitu
tione, statuimus, & ordinamus. Mandates ac districte omnibus, & singulis eccle-
siarum prędictarum Patriarchis, Administratoribus, alijsque personis quacun-
que ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam si sanctæ Romanæ Ecclesię Cardi
nales, aut cuiusuis alterius gradus, & rationibus, & ritibus ex alijs mis[illegible]
quantumuis vetustis hactenus obseruari consuetis, in posterum penitus omis-
sis, ac plane reiectis, Missam iuxta ritum, modum, ac normam, quę per Missale
hoc a nobis nunc traditur, decantent, ac legant: neque in Missę celebratione a-
lias Ceremonias, vel preces, quam quę hoc Missali continentur, addere, vel reci
tare pręsumant. Atque vt hoc ipsum Missale in Missa decantanda, aut recitanda
in quibusuis ecclesiijs, absque vllo conscientię scrupulo, aut aliquarum pœna-
rum, sententiarum, & censurarum incursu, post hac omnino sequantur: eoq; li-
bere & licite vti possint & valeant, auctoritate apostolica, tenore pręsentium,
etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. Ne ve Pręsules, Administratores,
Canonici, Capellani, & alij quocunque nomine nuncupati Presbyteri secula-
res, aut cuiusuis ordinis regulares, ad missam aliter quàm a nobis statutum est ce
lebrandam teneantur: neque ad Missale hoc immutandum a quolibet cogi, &
compelli, pręsentes ve literæ vllo vnquam tempore reuocari, aut moderari pos-
sint, sed firmæ semper & validę in suo existant robore, similiter statuimus, & de
claramus. Non obstantibus pręmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus a-
postolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis, generalibus vel
specialibus constitutionibus, & ordinationibus: necnon ecclesiarum prędicta-
rum vsu, longissima, & immemorabili pręscriptione, non tamen supra ducentos
annos roborata, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunque. Volu-
mus, autem, & eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostræ constitutio-
nis, ac Missalis editionem, qui in Romana ad sunt Curia presbyteri, post mensẽ:
qui vero intra montes, post tres: & qui vltra montes incolunt, post sex menses,
aut cum primum illis missale hoc venale propositum fuerit, iuxta illud missam
decantare vel legere teneantur. Quod vt vbique terrarum incorruptum, ac mẽ
dis & erroribus purgatum præseruetur, omnibus in nostro & sanctæ Romanę ec
clesiæ dominio mediate, vel immediate subiecto commorãtibus impressoribus
sub amissionis librorum, ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso fa
cto applicandorum: alijs vero in quacunque orbis parte consistentibus sub ex-
communicationis latæ sententiæ, & alijs arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra, vel
specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdem partibus a nobis constituendi,
ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori Missalis exemplum,
ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma
cum Missali in Vrbe secundum magnam impressionem impresso collatum
fuisse, & concordare, nec in nullo penitus discrepare, prius plena fides fa-

cta

cta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant vel
præsumant, auctoritate apostolica, & tenore præsentium similibus inhibemus.
Verum, quia difficile esset præsentes literas ad quæque Christiani orbis loca de
ferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicæ
principis apostolorum, ac Cãcellariæ apostolicæ, & in acie Campi Floræ de mo-
re publicari, & affigi, ac earundem literarum exemplis etiam impressis, ac manu
alicuius publici tabellionis subscriptis, necnon sigillo personæ in dignitate ec-
clesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus indubitatam fidem vbique gen-
tium, & locorum baberi præcipimus, quę præsentibus haberetur, si ostenderen-
tur vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ
permissionis, statuti, ordinationis, mandati; præcepti, concessionis, indulti, decla
rationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario cõ-
traire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipoten-
tis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursum.
Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Mille-
simo, Quingentesimo, Septuagesimo, Pridie Idus Iulij, Pontificatus nostri
Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, In-
dictione Decimatertia, die vero Vigesimanona mensis Iulij, Pontificatus San-
ctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Pa-
pæ Quinti, anno eius quinto, retroscriptæ literæ publicatæ, & affixæ fuerunt
ad valuas Basilicæ principis apostolorum, ac Cancellariæ apostolicæ, & acie
Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philiber-
tum Cappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

TABELLA TEMPORARIA
Festorum mobilium.

Anni Dñi.	Lræ Dñicales.	Aureus numer⁹.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha resurrectionis	Ascensio Domini.	Pentecostes	Corpus Christi.	Dñic. post Pent.	Prima Dñica Aduẽt⁹
1582	c	6	xxvj							23	28 No.
1583	b	7	vij	6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.	19 maij	29 maij	9 Iun.	25	27 No.
1584	A g	8	xviii	29 Ian.	15 Feb.	1 Apr.	10 maij	20 maij	31 Ma.	2	2 De.
1585	f	9	xxix	17 Feb.	6 mar.	21 Apr.	30 maij	9 Iunij	20 Iun.	24	1 Dec.
1586	e	10	x	2 Feb.	19 Feb.	6 Apr.	15 maij	25 maij	5 Iun.	26	30 No.
1587	d	11	xxi	25 Ian.	11 Feb.	29 mar.	7 maij	17 maij	28 Ma.	27	29 No.
1588	cb	12	ii	14 Feb.	2 mar.	17 Apr.	26 maij	5 Iunij	16 Iun.	24	27 No.
1589	A	13	xiii	29 Ian.	15 Feb.	2 Apr.	11 maij	21 maij	1 Iun.	27	3 De.
1590	g	14	xxiiii	18 Feb.	7 mar.	22 Apr.	31 maij	10 iunij	21 Iun.	24	2 De.
1591	f	15	v	10 Feb.	27 Feb.	14 Apr.	23 maij	2 iunij	13 Iun.	25	1 De.
1592	ed	16	xvj	26 Ian.	12 Feb.	29 mar.	7 maij	17 maij	28 Ma.	27	29 No.
1593	c	17	xxvij	14 Feb.	3 mar.	18 Apr.	27 maij	6 iunij	17 Iun.	24	28 No.
1594	b	18	viii	6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.	19 maij	29 maij	9 Iun.	25	27 No.
1595	A	19	xix	22 Ian.	8 Feb.	26 mar.	4 maij	14 maij	25 Ma.	28	3 De.
1596	g f	1	i	11 Feb.	28 Feb.	14 Apr.	23 maij	2 iunij	13 Iun.	[illegible]	1 De.
1597	e	2	xij	2 Feb.	19 Feb.	6 Apr.	15 maij	25 maij	5 Iun.	26	30 No.
1598	d	3	xxiiij	18 Ian.	4 Feb.	22 mar.	30 Apr.	10 maij	21 Ma.	28	29 No.
1599	c	4	iiij	7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.	20 maij	30 maij	10 Iun.	25	28 No.
1600	b a	5	xv	30 Ian.	16 Feb.	2 Apr.	11 maij	21 maij	1 Iun.	27	3 De.
1601	g	6	xxvj	18 Feb.	7 mar.	22 Apr.	31 maij	10 iunij	21 Iun.	24	2 De.
1602	f	7	vij	3 Feb.	20 Feb.	7 Apr.	16 maij	26 maij	6 Iun.	6	1 De.
1603	e	8	xviij	26 Ian.	12 Feb.	30 mar.	8 maij	18 maij	29 maii	27	30 No.
1604	d c	9	xxix	15 Feb.	3 mar.	18 Apr.	27 maij	6 Iun.	17 iunij	24	28 No.
1605	b	10	x	6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.	19 maij	29 maij	9 Iunij	25	27 No.
1606	a	11	xxi	22 Ian.	8 Feb.	26 mar.	4 maij	14 maij	25 maij	28	3 De.
1607	Ag	12	ij	11 Feb.	28 Feb.	15 Apr.	24 maij	3 Iun.	14 Iun.	25	2 De.
1608	fe	13	xiii	3 Feb.	20 Feb.	6 Apr.	15 maij	25 maij	5 Iun.	26	30 No.
1609	d	14	xxiiij	15 Feb.	4 mar.	19 Apr.	28 maij	7 Iun.	18 Iun.	24	29 No.
1610	c	15	v	7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.	20 maij	30 maij	10 Iun	25	28 No.
1611	b	16	xvj	30 Ian.	16 Feb.	3 Apr.	12 maij	22 maij	2 Iun.	26	27 No.
1612	A g	17	xxvii	19 Feb.	7 mar.	22 Apr.	31 maij	10 Iun.	21 Iun.	24	2 De.
1613	f	18	viij	3 Feb.	20 Feb.	7 Apr.	16 maij	26 maij	6 Iun.	26	1 De.
1614	e	19	xix	26 Ian.	12 Feb.	30 mar.	8 maij	18 maij	29 Maii	27	0 No.
1615	d	1	i	15 Feb.	4 mar.	19 Apr.	28 maij	7 iunij	18 Iun	24	29 No.
1616	c b	2	xij	31 Ian.	17 Feb.	3 Apr.	12 maij	22 maij	2 Iun.	26	27 No.
1617	A	3	xxiij	22 Ian.	8 Feb.	26 mar.	4 maij	14 maij	25 maii	28	3 De.
1618	g	4	iiij	1 Feb.	28 Feb.	15 Apr.	24 maij	3 iunij	14 Iun	25	2 De.
1619	f	5	xv	27 Ian.	13 Feb.	31 mar.	9 maij	19 maij	30 maii	27	1 De.
1620	ed	6	xvi	6 Feb.	4 Mar.	19 Apr.	28 maij	7 Iun	18 iun.	24	29 No.
1621	c	7	vii	7 Ian.	24 Feb	11 Apr.	20 maii	30 maij	15 iun.	25	28 No.

Tabula Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris, anni correctionis 1582. (detractis prius decem diebus) vsque ad annum 1700 exclusiue.

Aure. nu.	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epactę.	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19

1	2	3	4	5
1	12	23	4	15

Similі modo vt dictum est de litera Dominicali deprehendes etiam Epactæ numerum in suprascripta numerorum serie: nam primum numerum qui est 26. tribue ab Idibus Octobris anni correctionis. 1582. vsque in finem anni, sequentem, qui est 7. tribue anno 1583. & sic deinceps donec ad annum tuum peruenias, & finitis decem & nouem annis regredere iterum ad principium.

Quando inchoatur Aduentus Domini.

Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori Festo S. Andreę vel ipsa die Sancti Andreæ, si in Dominica venerit.

Quatuor Tempora.

Quatuor tempora celebrantur quarta & sexta feria, & Sabbatho post tertiã Dominicam Aduentus, post primam Dominicam Quadragesimę, post Pentecosten, & Post festum Exaltationis Sanctæ Crucis.

Nuptiæ iuxta decretum Concilij Tridentini.

A Dominica prima Aduentus, vsque in diem Epiphaniæ, & a Feria quarta Cinerum vsque ad octauam Paschatis inclusiue, Sancta Synodus solennitates nuptiarum prohibet. In alijs vero temporibus solenniter celebrari permittit.

DE INDICTIONE.

Indictio est reuolutio 15. annorum ab 1. vsque ad 15. qua reuolutione peracta, iterum reditur ad vnitatem, initiumque sumit, quilibet annus huius cycli à Ianuario in bullis Pontificijs, sicut de cyclo decennouennali Aurei numeri scripsimus. Et quoniam Indictionis frequens vsus est in Diplomatibus, & scripturis publicis, facile annum Indictionis currentem quolibet anno proposito inueniemus ex sequenti tabella, cuius vsus perpetuus est, initium tamen sumit ab anno correctionis. 1582.

Tabula indictionis ab anno correctionis 1582.

10. 11. 12. 13. 14. 15. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Nam si anno 1582. tribuas primũ numerũ, qui est 10. & sequenti anno 1583 secundum numerum qui est 11. & sic deinceps vsque ad annum propositum, redeundo ad principium tabellę, quotiescunq; eam percurreris, cadet annus propositus in indictionem, quæ quæritur.

ELVCIDATIO CALENDARII.

IN Calendario locatur primo Epacta, deinde literæ Dominicales, tertio numerus Calendarum, Nonarum, & Iduum. Quarto dies cuiusq; mensis, cum festis Sanctorum suo loco.

De numero Nonarum, & Iduum cuiusque mensis versus.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, & Mars.
Quatuor at reliqui, dabit Idus quilibet octo.

Qua die mensis Calendę, Nonæ, & Idus sumuntur.

PRima quaque mensis die dicitur Calendis. Vbi Nonę fuerint quatuor, quinta mensis die dicitur, Nonis. decimatertia, Idibus Vbi fuerint sex, septima die dicitur, Nonis, decimaquinta, Idibus: reliquis vero diebus dicitur, Pridie, tertio, quarto, quinto, &c. Calendas, aut Idus, aut Nonas retrorsum numerando vsque ad eum diem, quo, aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus. dicitur.

De Anno & eius partibus.

ANnus habet menses duodecim, hebdomadas quinquagintaduas cum die vno. Dies trecentos sexaginta quinque, & sex horas. Hoc enim temporis interuallo Sol Zodiacum circuit. Quater autem sex horę singulis quaternis annis diem constituunt, hinc annus ille fit intercalaris, qui Bissextilis dicitur.

De numero dierum cuiusque mensis versus.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque, Nouemque,
Vno plus alij, viginti Februus octo:
At si Bissextus fuerit, superadditur vnus,
Et tunc bis, sexto Marti conscribe calendas.

Tabula literarum Dominicalium ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. (detractis prius decem diebus) vsque ad annum 1700. exclusiue.

C B A F E D C A G F E C B A
G B D

G E D C B G F E D B A G F D
F A C E



IN Tabula suprascripta literam Dominicalem singulis annis hoc pacto inuenies primā literam quę est C tribue ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. vsque in finem anni. Sequentem quæ est B tribue anno 1583. Sicq; deinceps progredere quousq; peruenias ad numerū anni cuius literā scire vis, quia literam super quā cadit numerus illius anni erit litera Dn̄icali. Quæ si vnica occurrerit annum cōmunē esse intelligas. Si dup. bissextilē, & tūc prior idest superior vsque ad festū S. Matthiæ Apostoli deseruiet: inferior aūt ad reliquā anni partē accōmodabitur, vt erit anno Dn̄i 1584. a primo die Ianuarij vsque ad 23 Februarij inclusiue seruiet litera Dominicalis A a dicto die vsque in finem anni illa quæ est inferior idest G Sciendum autem quod finitis viginti octo annis redeundum est ad principium cum annis tunc currentibus.

IANVARIVS

Habet dies xxxi. Luna xxix.




	*	A	Kal.	1	Circunsio Domini duplex. folio 19
	xxix	b	iiij	2	Octaua Sancti Stephani. dupl. cum cō. Octauarum 19
	xxviij	c	iij	3	Octaua Sancti Ioannis. dup. cum comm. Oct. ss. Inno. 19
	xxvij	d	Prid.	4	Octaua Sanctorum Innocentum. duplex. 19
	xxvj	e	Non	5	Vigilia. 19
25	xxv	f	viij	6	Epiphania Domini duplex. 20
	xxiiij	g	vij	7	De octaua Epiphaniæ. 21
	xxiij	A	vj	8	De octaua
	xxij	b	v	9	De octaua.
	xxj	c	iiij	10	De octaua.
	xx	d	iij	11	De octaua. & commem. Sancti Hyginij Papæ & mart.
	xix	e	Prid.	12	De octaua,
	xviij	f	Idib.	13	Octaua Epiphaniæ. duplex. 21
	xvij	g	xix	14	Hilarij Epi & cōf. semid. cū cō. S. Felicis p̄sbyteri & m̄. 192
	xvj	A	xviij	15	Pauli primi Eremitæ. semidup. cum cō. S. Mauri Abb. 193
	xv	b	xvij	16	Marcelli Papæ, & martyris. semiduplex. 193
	xiiij	c	xvj	17	Antonij Abbatis duplex. 193
	xiij	d	xv	18	Cath. S. Petri Romæ dup. & cōm. S. Priscæ virginis & mar.
	xij	e	xiiij	19	Martii, Marthæ, Audifax, & Abachum Martyrum. 194
	xj	f	xiij	20	Fabiani & Sebastiani martyrum duplex. 195
	x	g	xij	21	Agnetis virginis & martyris. duplex. 195
	ix	A	xj	22	Vincentij & Anastasij martyrum. semiduplex. 195
	viij	b	x	23	Emerentianæ virginis & martyris. 195.
	vij	c	ix	24	Timothei Episcopi, & martyris. 195.
	vj	d	viij	25	Conuersio Sancti Pauli Apostoli. duplex. 196
	v	e	vij	26	Polycarpi Episcopis, & martyris. 197
	iiij	f	vj	27	Ioannis Chrysostomi episcopi & confessoris. duplex. 197
	iij	g	v	28	Agnetis secundo. 198.
	ij	A	iiij	29	
	j	b	iij	30	
	*	c	Prid.	31	

Ianuarij dies	1	Horas habet	9	1 Quadrante	Nox	14	3 Quadrante
	10		9	2		14	2
	20		9	3		14	1

FEBRVARIVS

Habet dies xxviij. Luna xxx.



	xxix	d	Kal.	1	Ignatij episcopi & marty. semiduplex. folio 198
	xxviij	e	iiii	2	Purificatio Beatæ Mariæ. duplex. [illegible] 200
	xxvij	f	iii	3	Blasij episcopi & martyris.201.
25	xxvj	g	Prid.	4	
xxv	xxiiij	A	Non.	5	Agathæ virginis & martyris. semiduplex. 201
	xxiij	b	viii	6	Dorotheæ virginis & martyris.201
	xxij	c	viij	7	
	xxi	d	vi	8	
	xx	e	v	9	Apolloniæ virginis & martyris.201
	xix	f	iiii	10	
	xviij	g	iii	11	
	xvii	A	Prid.	12	
	xvi	b	Idib.	13	
	xv	c	xvi	14	Valentini presbyteri & martyris.201
	xiiij	d	xv	15	Faustini & Iouitæ martyrum.201
	xiii	e	xiiii	16	
	xii	f	xiii	17	
	xi	g	xii	18	Simeonis episcopi & martyris.201
	x	A	xi	19	
	ix	b	x	20	
	viii	c	ix	21	
	vii	d	viii	22	Cathedra sancti Petri Antiochiæ. dupl. folio 201
	vi	e	vii	23	Vigilia. folio 202
	v	f	vi	24	Matthiæ apostoli. duplex.202
	iiij	g	v	25	
	iii	A	iiii	26	
	ii	b	iii	27	
		c	Prid.	28	

Februarij dies		Horas habet		Nox	
	1		10		14
	10		10 2		13 2
	20		11		13

¶ In anno Bissextili Februarius est dierum 29 & festum S. Matthiæ celebratur 25 Februarij, & bis dicitur sexto Kalendas, id est, die 24 & die 25 & litera Dominicalis, quę assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem Vt si in Ianuario litera Dominicalis fuit A mutetur in præcedentem, quæ est G &c.

MARTIVS

Habet dies xxxj. Luna xxix.



	*	d	Kal.	1	
	xxix	e	vj	2	
	xxvii	f	v	3	
	xxviii	g	iii	4	
	xxvi	A	iiij	5	
25	xxv	b	Prid.	6	
	xxiiii	c	Non.	7	S. Tho. de Aquino, cōf. & cō. SS. Perpetuæ, & Felicitatis (m̄. 202
	xxiii	d	viii	8	
	xxii	e	vii	9	Quadraginta martyrum. semiduplex 203
	xxi	f	vi	10	
	xx	g	v	11	
	xix	A	iiii	12	Gregorij Papæ & cōfessoris, & Ecclesiæ Doctoris. dup 203
	xviii	b	iij	13	
	xvii	c	Prid.	14	
	xvi	d	Idib.	15	
	xv	e	xvii	16	
	xiiii	f	xvi	17	
	xiii	g	xv	18	
	xii	A	xiiii	19	Ioseph confessoris, duplex. 203
	xi	b	xiii	20	
	x	c	xii	21	Benedicti Abbatis. duplex.204
	ix	d	xi	22	
	viii	e	x	23	
	vii	f	ix	24	
	vi	g	viii	25	Annunciatio Beatæ Mariæ. duplex. 204
	v	A	vii	26	
	iiii	b	vj	27	
	iii	c	v	28	
	ii	d	iiii	29	
	i	e	iij	30	
	*	f	Prid.	31	

Martij dies		Horas habet		Nox	
	1		11 2		12 2
	10		12		12
	20		12 2		11 2

A P R I L I S

Habet dies xxx. Luna xxx.



	xxix	g	Kal.	1	
	xxvii)	A	iiij	2	
	xxvij	b	iij	3	
25	xxvj	c	Prid.	4	[Ambrosi Episcopi et Martyri]
xxv	xxiiij	d	Non	5	
	xxiij	e	viij	6	
	xxij	f	vij	7	
	xxj	g	vj	8	
	xx	A	v	9	
	xix	b	iiij	10	
	xviij	c	iij	11	Leonis Papæ & confeſſoris. duplex. 205
	xvij	d	Prid.	12	
	xvj	e	Idib.	13	
	xv	f	xviij	14	Tiburtii, Valeriani, & Maximi martyrum. 205
	xiiij	g	xvij	15	
	xiij	A	xvj	16	
	xij	b	xv	17	Aniceti Papæ & martyris. 205
	xj	c	xiiij	18	
	x	d	xiij	19	
	ix	e	xij	20	
	viij	f	xj	21	
	vij	g	x	22	So theris & Caij Pontificũ, & martyrum. ſemiduplex. 205
	vj	A	ix	23	Georgij martyris. ſemiduplex. 205
	v	b	viij	24	
	iiij	c	vij	25	Marci Euangeliſtæ. duplex. 206
	iij	d	vj	26	Cleti, & Marcellini Pont. & martyrum. ſemiduplex. 206
	ii	e	v	27	
	j	f	iiij	28	Vitalis martyris. 207
	*	g	iij	29	[Petri Martyr. Semid.]
	xxix	A	Prid.	30	[Catharinæ Virginis semiduplex: Senensis +]

Aprilis dies	1	Horas habet	13		Nox	11	
	10		13	2		10	2
	20		14			10	

M A I V S

Habet dies xxxi. Luna xxix.



	xxviij	b	Kal.	1	Philippi, & Iacobi apoſtolorum. duplex. 207
	xxvij	c	vi	2	Athanaſij epiſcopi & confeſſ. duplex. 207
	xxvj	d	v	3	Inuentio ſanctæ Crucis. duplex. & commemo. SS. Alexã.
25	xxv	e	iiij	4	Monicæ viduæ. 209 (Euẽ. & Theo. m̃. ac Iuu. epi & cõf. :08
	xxiiij	f	iij	5	
	xxiij	g	Prid.	6	Ioannis ante portam Latinam. duplex 209
	xxij	A	Non.	7	Apparitio S. Michaelis. 209 duplex.
	xxj	b	viij	8	S. Gregorij Theologi epiſcopi & confeſſoris. dup. 209
	xx	c	vij	9	duplex.
	xix	d	vj	10	Gordiani, & Epimachi martyrum. 209
	xviij	e	v	11	
	xvij	f	iiij	12	Nerei, Archilei, & Pancratij martyrum. 210
	xvj	g	iij	13	
	xv	A	Prid.	14	Bonifacij martyris. 210
	xiiij	b	Idib.	15	
	xiij	c	xvij	16	
	xij	d	xvj	17	
	xj	e	xv	18	
	x	f	xiiij	19	Pudentianæ virginis. 210
	ix	g	xiij	20	
	viij	A	xij	21	
	vij	b	xj	22	
	vj	c	x	23	
	v	d	ix	24	
	iiij	e	viij	25	Vrbani Papæ & martyris. 210
	iij	f	vij	26	Eleutherij Papæ & martyris. 211
	ii	g	vj	27	Ioannis Papæ & martyris. 211
	j	A	v	28	
	*	b	iiij	29	
	xxix	c	iij	30	Felicis Papæ & martyris. 211
	xxvii	d	Prid.	31	Petronillæ virginis. 211

Maij dies	1	Horas habet	14	1 [→ Quadrantem]	Nox	9	3
	10		14	2		9	2
	20		14	3		9	1

I V N I V S
Habet dies xxx. Luna xxix



xxvij	e	Kal.	1	
25 xxvj	f	iiij	2	Marcellini, Petri,& Erasmi martyrum.311
xxv xxiiij	g	iii	3	
xxiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non	5	
xxj	c	viii	6	
xx	d	vii	7	
xix	e	vi	8	
xviij	f	v	9	Primi & Feliciani martyrum.211
xvij	g	iiii	10	
xvj	A	iij	11	Barnabæ apostoli. duplex. 211
xv	b	Prid	12	Basilidis, Cyrinj, Naboris,& Nazarij martyrum.212
xiiij	c	Idib.	13	Antonij de Padua:
xiij	d	xviij	14	Basilij episcopi & confessoris. duplex 212
xij	e	xvii	15	Viti, Modesti,& Crescentiæ martyrum.213
xj	f	xvi	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiiii	18	Marci & Marcelliani, fratrum martyrum.213
viij	b	xiii	19	Geruasij & Protasij martyrum.213
vij	c	xii	20	Siluerij Papæ & martyris.214
vj	d	xi	21	
v	e	x	22	Paulini episcopi & confessoris.214
iiij	f	ix	23	Vigilia.
iij	g	viii	24	Natiuitas Sancti Ionanis baptistæ. duplex.215
ij	A	vii	25	De octaua Natiuitatis S.Ioannis Baptistæ.216
j	b	vj	26	Ioannis & Pauli mart. sem. cũ cõ. oc. Natiuitatis S.Ioã. 216
*	c	v	27	De octaua Natiuitatis Sancti Ioannis.216
xxix	d	iiii	28	Leonis papæ & confessoris. sem.& com. oct.& vigiliæ. 216
xxviij	e	iij	29	Petri & Pauli Apostolorum duplex.217
xxvij	f	Pri.ca	30	Comm. S.Pauli Apostoli. dup. & comm. oct. S.Ioann.218

Iunij	1	Horas	15	Nox	9
dies	10	habet	15		9
	20		15		9

I V L I V S
Habet dies xxxj Luna xxix.




xxvj	g	Kal.	1	Oct.S.Ioan.Baptistæ. dup.& com. octauę apostolorum.219
25 xxv	A	vi	2	Visitatio B.Mariæ. dup. cum comm. oct. apostolorum.219
xxiiij	b	v	3	De octaua apostolorum.220
xxiij	c	iiii	4	De octaua.220
xxij	d	iii	5	De octaua.220
xxj	e	Prid.	6	Octaua apostolorum Petri & Pauli. duplex. 220
xx	f	Non.	7	
xix	g	viii	8	
xviij	A	vii	9	
xvij	b	vi	10	Septẽ fratrũ m̃.& SS. Ruffinę ac Secũdæ virg. & m̃. sem.221
xvj	c	v	11	Pij Papę & martyris.221
xv	d	iiii	12	Naboris & Felicis martyrum.221
xiiij	e	iii	13	Anacleti papæ & martyris, semiduplex. 221
xiij	f	Prid.	14	Bonauenturę episcopi & confessoris. semiduplex. 222
xij	g	Idib.	15	
xj	A	xvii	16	
x	b	xvi	17	Alexij confessoris.222
ix	c	xv	18	Symphorosę cum septem filijs martyribus.222
viij	d	xiiii	19	
vij	e	xiii	20	Margaritæ virginis & martyris.223
vj	f	xii	21	Praxedis virginis. 223
v	g	xi	22	Mariæ Magdalenæ. duplex. 223
iiij	A	x	23	Apollinaris episcopi & martyris. semidup.' 223
iij	b	ix	24	Vigilia. & comm. Sanctæ Christinæ virginis & mart. 223
ii	c	viii	25	Iacobi apost. dup. & cõ S.Christoph. m̃. ĩ missis priuatis 224
j	d	vii	26	Annæ Matris Mariæ, Duplex Illo
*	e	vi	27	Pantaleonis martyris.225
xxix	f	v	28	Nazarij, Celsi,& Victoris p̃p̃ m̃.& Inn. p̃p̃ & conf. sem.' 225
xxviij	g	iiii	29	Marthæ virg. semid.& cõ. SS.Felicis p̃p̃, Simplicij, Faustini,
xxvij	A	iii	30	Abdon,& Sennen martyrum-225 (& Beatricis mar. 225
25 xxvj	b	Pri.ca	31	

Iulij	1	Horas	14	3	Nox	9	1
dies	10	habet	14	2		9	2
	20		14	1		9	3



A V G V S T V S

Habet dies xxxj. Luna xxx.



xxiiij	c	Kal.	1	Petri ad vincula dup. comme. SS. Machabæorũ mart. 226
xxiij	d	iiij	2	Stephani Papæ & mar. 226
xxij	e	iij	3	Inuentio S. Stephani protomart. ſemidu 226
xxj	f	Prid	4	Dominici confeſſoris duplex. 227
xx	g	Non	5	Dedicatio S. Mariæ ad Niues duplex, 227
xix	A	viij	6	Transfig. dñi dup. cõ SS. Xiſti p̃p̃, Feliciſſ. & Agap. m̃. 227
xviij	b	vij	7	Donati Epiſcopi & martyris. 228
xvij	c	vj	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi mar. ſemid. 228
xvj	d	v	9	Vigilia, & commem ſancti Romani mart. 229
xv	e	iiij	10	Laurentij martyris, duplex. 230
xiiij	f	iij	11	De oct. S. Laur. cũ cõmo. SS. Tyburtij & Suſannæ m̃. 230
xiij	g	Prid	12	De oct. & commem S. Claræ virg. 230
xij	A	Idib.	13	De oct. & comm S Hippolyti & Caſſiani mart. 231
xj	b	xix	14	De Vigilia cum com oct. & S. Euſebij confeſſ. 231
x	c	xviij	15	Aſſumptio Beatæ Mariæ virg. duplex. 232
ix	d	xvij	16	De oct. aſſumpt. B. Mar. cum com. oct. S. Lau. 232
viij	e	xvj	17	Oct. S. Lau. dup. & com. oct. Aſſumpt. 232
vij	f	xv	18	De octa & commem S. Agapiti marty. 232
vj	g	xiiij	19	De octaua.
v	A	xiij	20	Bernardi abbatis, dup. cum comm octauæ Aſſumpt. 233
iiij	b	xij	21	De octaua.
iij	c	xj	21	Oct. Aſſump. B. Mar. dup. & comm SS. Timothei, Hippo-
ij	d	x	23	(lyti, & Sympho. m̃. 233. Vigilia. 333
j	e	ix	24	Bartholomæi apol. dup. Romæ celeb die 25. 233
*	f	viij	25	Ludouici regis Franciæ confeſſoris. 234
xxix	g	vij	26	Zepherini Papæ & martyris. 234
xxviij	A	vj	27	
xxvij	b	v	28	Aug. epi. conf. & Eccl. doct. dup. & cõ S. Hermetis mar. 234
xxvj	c	iiij	29	Decollatio S. Ioannis Baptiſtæ, dup. & comm. S. Sabinæ
25 xxv	d	iij	30	Felicis & Adaucti martyrum. 235 (marty. 235
xxiiij	e	Prid.	31	

Auguſti	1	Horas	14		Nox	10
dies	10	habet	13	2		10	2
	20		13			11

S E P T E M B E R

Habet dies xxx. Luna xxix.



xxiii	f	Kal.	1	Aegidij Abbatis. & cõm SS. martyrum xii. fratrum. 236.
xxii	g	iiii	2	
xxi	A	iii	3	
xx	b	Prid.	4	
xix	c	Non	5	
xviii	d	viii	6	
xvii	e	vii	7	
xvi	f	vi	8	Natiu. B. Mariæ dup. & cõ S. Adriani m̃. ĩ miſſis priuat 236
xv	g	v	9	De oct. S. Mariæ. & cõ. Sancti Gorgonij martyris. 237
xiiii	A	iiii	10	De octaua.
xiii	b	iii	11	De octaua. & cõmemor. SS. Proti, & Hyacinthi mar. 237
xii	c	Prid.	12	De octaua
xi	d	Idib.	13	De octaua.
x	e	xviii	14	Exaltatio S. Cru. du. cũ cõ. octa. Natiuitatis S. Mariæ. 237
ix	f	xvii	15	Oct. Natiuit, Beatæ Mariæ. dup. cũ cõ S. Nicomedis m̃. 238
viii	g	xvi	16	Cornelij & Cypr. Põt. & m̃. ſemi. & cõ. SS. Euphemiæ, Lu
vii	A	xv	17	(ciæ, & Gemin m̃. 238
vi	b	xiiii	18	
v	c	xiii	19	
iiii	d	xii	20	Vigilia. & cõ Sancti Euſtachij, & ſociorum marty. 238
iii	e	xi	21	Matthei apoſtoli. duplex. 238
ii	f	x	22	Mauritij & ſociorum martyrum. 239
i	g	ix	23	Lini p̃p̃ & m̃. ſem. cũ cõ. S. Theclæ virginis & marty. 239
*	A	viii	24	
xxix	b	vii	25	
xxviii	c	vi	26	Cypriani, & Iuſtinæ martyrum. 239
xxvii	d	v	27	Coſmæ, & Damiani martyrum. ſemiduplex. 239
xxv. xxvi	e	iiii	28	
25 xxiiii	f	iii	29	Dedicatio Sancti Michaelis Archangeli. duplex. 240
xxiii	g	Idib.	30	Hieronymi preſb. conf. & Eccleſiæ Doctoris. duplex. 240

Septembris	1		12			11
dies	10	Horas	12	Nox	12	2
	20	habet	11		13	

O C T O B E R
Habet dies xxxj. Luna xxx.



xxii	A	Kal.	1	Remigii Episcopi & confessoris.241
xxi	b	vj	2	
xx	c	v	3	
xix	d	iiii	4	Francisci confessoris. duplex.241
xviii	e	iij	5	
xvii	f	Pri d.	6	(li,& Apul.mart.241
xvi	g	Non.	7	S.Marci papæ & conf. cum com. SS.Sergij,Bacchi,Marcel
xv	A	viij	8	
xiiii	b	vi	9	Dionysij,Rustici,& Eleutherii martyrum. semidup. 242
xiii	c	vj	10	
xii	d	v	11	
xi	e	iiij	12	
x	f	iij	13	
ix	g	Prid.	14	Calisti Papæ & martyris. semiduplex. 242
viii	A	Idib.	15	
vii	b	xvij	16	
vi	c	xvj	17	
v	d	xvj	18	Lucæ Evangelistæ.duplex. 243
iiii	e	xiiij	19	
iii	f	xiij	20	
ii	g	xij	21	Hilarionis Abbatis. & cõ. SS.Vrsulę & soc.virg.& mar. 243
i	A	xj	22	
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviii	d	viij	25	Chrysanthi & Dariæ martyrum.243
xxvii	e	vij	26	Euaristi Papæ & martyris.243
xxvi	f	vj	27	Vigilia.244
25 xxv	g	v	28	Simonis & Iudæ Apostolorum. duplex. 244
xxiiii	A	iiij	29	
xxiii	b	iij	30	
xxij	c	Pr.ca	31	Vigilia.244

Octobris dies		Horas habet			Nox		
	1		11			13	
	10		10	2		13	2
	20		10			14	

N O V E M B E R
Habet dies xxx. Luna xxix.



xxi	d	Kal.	1	Festum omnium Sanctorum.duplex.245
xx	e	iiii	2	Com.omnium fid.defunc.dup. & de oct. omniũ Sanc. 245
xix	f	iii	3	De octaua.
xviij	g	Prid.	4	De octaua. cum com. SS.Vitalis & Agricolæ martyr. 246
xvii	A	Non.	5	De octaua.
xvi	b	viii	6	De octaua.
xv	c	vii	7	De octaua.
xiiij	d	vi	8	Oc.oĩum SS. dup.& com. SS.quatuor Coronat.mart. 246.
xiii	e	v	9	Dedic.Basilicæ Saluatoris dupl. cu co. S.Theod.mar. 246
xii	f	iiii	10	Tryphonis,Respicij,& Nymphæ mart. 247
xi	g	iii	11	Martini epi & conf. dupl. & comm. S.Mennæ mart.247
x	A	Prid.	12	Martini papæ & mart. semiduplex. 247
ix	b	Idib.	13	
viii	c	xviij	14	
vii	d	xvij	15	
vi	e	xvj	16	
v	f	xv	17	Gregorii Thaumaturgi episcopi & Confessoris.247
iiij	g	xiiii	18	Dedic.Basilicarum Petri & Pauli. duplex. 248
iii	A	xiii	19	Pontiani Papæ & mart.248
ii	b	xii	20	
j	c	xi	21	
*	d	x	22	Cæcilię virginis & mar. semiduplex 248
xxix	e	ix	23	Clementis Papæ & m̃. semid.cum cõ.S.Felicitatis mar.248
xxviij	f	viii	24	Chrysogoni mart.248
xxvij	g	vii	25	Catherinę virginis & mart. duplex.249
25 xxvj	A	vi	26	Petri Alexandrini episcopi & mart.249
xxv xxiiij	b	v	27	
xxiij	c	iiii	28	
xxij	d	iii	29	Vigilia. & comm. S.Saturnini mart.249
xxi	e	Pri.ca	30	Andreę apostoli. duplex.249

Nouembris dies.		Horas habet.			Nox		
	1		9	3		14	1
	10		9	2		14	2
	20		9	1		14	3

DECEMBER

Habet dies xxxj. Luna xxx.



	xx	f	Kal.	1	
	xix	g	iiii	2	Bibianæ virginis & martyris. commemoratio. 190
	xviij	A	iii	3	
	xvij	b	Prid.	4	Barbaræ virginis & martyris. commemoratio. 190
	xvi	c	Non.	5	Sabbæ Abbatis. commemoratio.
	xv	d	viii	6	Nicolai episcopi & confessoris. semiduplex. 190
	xiiij	e	vii	7	Ambrosij episcopi & conf. & Ecclesiæ. Doct. dup. 191
	xiii	f	vi	8	Conceptio Beatæ Mariæ. duplex. 191
	xii	g	v	9	
	xi	A	iiii	10	Melchiadis papæ & martyris. commemoratio. 191
	x	b	iii	11	Damasi papæ & confessoris. semiduplex. 191
	ix	c	Prid.	12	
	viii	d	Idib.	13	Luciç virginis & martyris. duplex. 191
	vii	e	xix	14	
	vi	f	xviii	15	
	v	g	xvii	16	
	iiij	A	xvi	17	
	iii	b	xv	18	
	ii	c	xiiii	19	
	j	d	xiii	20	Vigilia. 192
	*	e	xii	21	Thomç apostoli. duplex. 192
	xxix	f	xi	22	
	xxviij	g	x	23	
	xxvij	A	ix	24	Vigilia. 9
25	xxvj	b	viii	25	Natiuitas Domini nostri Iesu Christi. duplex. 9
	xxv	c	vii	26	Stephani protomartyris. dup. & cō. Octa. Natiuitatis. 12
	xxiiij	d	vi	27	Ioannis apostoli & Euang. dup. & cōme. Octauarum. 13
	xxiij	e	v	28	SS. Innocentum mart. dupl. & comme. Octauarum. 13
	xxij	f	iiii	29	Thomæ Cantuar. episc. & mar. sem. & cōm. Octauarū. 14
	xxi	g	iii	30	De Dn̄ica infra octau. Natiu. vel de octa. cum cō. octa. 16
19	xx	A	Prid.	31	Syluestri papę & conf. dupl. cum comm. octauarum. 18

Decembris dies		Horas habet		Nox	
	1		9		15
	10		9		15
	20		9		15

Hæc Epacta 19 nigra nunquam est in vsu, nisi quando eodem anno concurrit cum aureo numero xix.

Declaratio Tabulę paschalis nouæ reformatæ

EX tabula vero Paschali noua ita eadem festa mobilia reperientur. In cellula literæ Dominicalis currentis quæratur Epacta currens. Nam è directo omnia festa mobilia deprehendentur. Vt anno 1585. in cellula literæ Dominicalis f, tunc currentis è regione Epactæ xxix. quæ eodem anno currit, habetur Septuagesima die 17. Febr. dies Cinerum 6. Martij, & Pascha die 21. Aprilis, &c.

¶ Sed siue antiqua, siue noua tabula Paschali vtamur, inuenienda sunt omnia festa mobilia in annis Bissextilibus per literam Dominicalem posteriorem, quæ nimirum currit post festum S. Matthiæ Apostoli, ne scilicet ambigamus, vtra duarū literarum pro hoc, aut illo festo indagando accipienda sit: ita tamen, vt Septuagesimæ, & diei Cinerum inuētæ in Ianuario, aut Februario addatur vnus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior litera Dominicalis, quæ in Kalendario priorem semper sequitur: Post festum autem S. Matthiæ in Febrnario licet posterior litera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita vt dies 24. Februarij dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quòd si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum est, quia tunc & litera posterior currit, & dies mensis proprijs numeris respondent, cum dies intercalaris Februario sit additus. Exempli gratia. Anno 1096. Bissextili Epacta erit v. & literæ Dominicales A, g, Si igitur per posteriorem literā, quæ est g festa mobilia inuestigentur, reperietur Septuagesima die 11. Febr. & dies Cinerum 28. Febr. Si autem addatur vnus dies, cadet Septuagesima in diem 12. Febr. quæ est Dominica, & dies Cinerum in diem 29. Febr. quæ est feria quarta. Pascha autem, & reliqua festa in eos dies cadēt, qui in tabula expressi sunt. Item anno 4088. Bissextili Epacta erit xxiiii & literæ Dominicales d, c. Si igitur per literam c, quæ posterior est, inquirantur festa mobilia, inuenietur Septuagesima die 21. Febr. & si addatur vnus dies, cadet in diem 22. Febr. quæ est Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martij: quare nihil additur, & cęt.

¶ Aduentus Domini celebratur semper die Dominico, qui propinquior est festo S. Andreæ Apostoli, nempe à die 27. Nouembris inclusiue vsque ad diem 3. Decēbris inclusiue: ita vt litera Dominicalis currens, quæ reperitur in Kalendario à die 27. Nouembris inclusiue vsque ad diem 3. Decembris inclusiue, indicet Dominicam Aduentus. Vt verbi gratia, si litera Dominicalis est g, Dominica Aduentus cadet in diem secundum Decembris; quia ibi est litera g, in Kalendario, & cæt.

¶ Numerus quoque Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini ita breuissime inuestigabitur. Vide quot Dominicæ sint post Pascha vsque ad festum S. Georgij inclusiue, quod cadit in diem 23. Aprilis. Nam tot Dominicæ addendæ sunt ad 24. vt habeatur numerus Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini. Vt quoniam, quando Pascha celebratur die 26. Martij, sequuntur quatuor Dominicæ vsque ad festum S. Georgij inclusiue, quod etiam tunc cadit in diē Dominicum, erunt 28. Dominicæ inter Pentecosten, & Aduentum Domini. Item quia quando Pascha cadit in diem 3. Aprilis, sequuntur duæ Dominicæ vsque ad festum S. Georgij inclusiue, erunt 26. Dominicæ inter Pentecosten, & Aduentum Dn̄i. Quod si nulla Dn̄ica sequatur diē Paschæ vsq; ad dictū festū inclusie, vel ipse dies Paschæ cadat in illud festū, erunt 24. Dn̄icę: si denique Pascha celebretur post idem festum, erunt tantum 23. Dominicæ inter Pentecosten, & Aduentum Dn̄i.

¶ Ex his omnib⁹ facile intelligi pōt, qua rōne vtraq; tabula Paschalis cōposita sit.

DE INCREMENTO DIERVM ET NOCTIVM.

Insequenti etiam Kalendario post finem cuiusque mensis indicantur incremēta, & diminutiones dierum & noctium in decimum quenque diem mensis, per horas duntaxat integras & quartas horæ partes: in quibus designandis præposito dierum numero, sequenti priori numero horæ altero quartæ significantur.

TABVLA PASCHALIS NOVA REFORMATA.

Literæ Dn̄ical.	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.	Ascensio	Pentecostes.	Corpus Christi.	Dn̄icę iter Pēt. & Aduent.	Prima Dn̄ica Aduentus.
D	23	18 Ianuarij	4 Februarij	22 Martij	30 April.	10 Maij	21 Maij	28	29 Nouēbris
	2221 20 19 18 17 16	25 Ianuarij	11 Februarij	29 Martij	7 Maij	17 Maij	28 Maij	27	29
	15 1413 12 11 10 9	1 Februarij	18 Februarij	5 Aprilis	14 Maij	24 Maii	4 Iunij	26	29
	8 7 6 5 4 3 2	8 Februarij	25 Februarij	12 Aprilis	21 Maij	31 Maij	11 Iunij	25	29
	1* 2928 27 26 25 25 24	15 Februarij	4 Martij	19 Aprilis	28 Maij	7 Iunij	18 Iunij	24	29
E	23 22	19 Ianuarij	5 Februarij	23 Martij	1 Maij	11 Maij	22 Maij	28	30 Nouēbris.
	21 20 1918 17 16 15	26 Ianuarij	12 Februarij	30 Martij	8 Maij	18 Maij	29 Maii	27	30
	14 13 12 11 10 9 8	2 Februarij	19 Februarij	6 Aprilis	15 Maij	25 Maij	5 Iunij	26	30
	7 6 5 4 3 2 1	9 Februarij	26 Februarij	13 Aprilis	22 Maij	1 Iunij	12 Iunij	25	30
	* [illegible]827 26 25 252	16 Februarij	5 Martij	20 Aprilis	29 Maij	8 Iunij	19 Iunii	24	30
F	23 22 21	20 Ianuarij	6 Februarij	24 Martij	2 Maij	12 Maij	23 Maii	28	1 Decemb.
	201918 17 1615 14	27 Ianuarij	13 Februarij	31 Martij	9 Maij	19 Maij	30 Maii	27	1
	13 12 11 10 9 8 7	3 Februarij	20 Februarij	7 Aprilis	16 Maij	26 Maij	6 Iunii	26	1
	6 5 4 3 2 1 *	10 Februarij	27 Februarij	14 Aprilis	23 Maij	2 Iunij	13 Iunii	25	1
	292827 26 25 25 24	17 Februarij	6 Martij	21 Aprilis	30 Maij	9 Iunij	20 Iunij	24	1
G	23 22 21 20	21 Ianuarij	7 Februarij	25 Martij	3 Maij	13 Maij	24 Maii	28	2 Decemb.
	19 18 17 16 15 14 13	28 Ianuarij	14 Februarij	1 Aprilis	10 Maij	20 Maij	31 Maii	27	2
	12 11 10 9 8 7 6	4 Februarij	21 Februarij	8 Aprilis	7 Maij	27 Maij	7 Iunii	26	2
	5 4 3 2 1 * 19	11 Februarij	28 Februarij	15 Aprilis	24 Maij	3 Iunij	14 Iunii	25	2
	[illegible] 26 25 25 24	18 Februarij	7 Martij	22 Aprilis	31 Maij	10 Iunij	21 Iunii	24	2
A	23 22 21 20 19	22 Ianuarij	8 Februarij	26 Martij	4 Maij	14 Maij	25 Maij	28	3 Decemb.
	18 17 16 15 14 13 12	29 Ianuarij	15 Februarij	2 Aprilis	11 Maij	21 Maij	1 Iunij	27	3
	11 10 9 8 7 6 5	5 Februarij	22 Februarij	9 Aprilis	18 Maij	18 Maij	8 Iunii	26	3
	4 3 2 1 * 29 28	12 Februarij	1 Martij	16 Aprilis	25 Maij	4 Iuni	15 Iunij	25	3
	27 26 25 25 24	19 Februarij	8 Martij	23 Aprilis	1 Iunij	11 Iunij	22 Iunij	24	3
B	23 22 21 20 19 18	23 Ianuarij	9 Februarij	27 Martij	5 Maij	15 Maij	26 Maij	27	27 Nouēbris.
	17 16 15 14 13 1211	30 Ianuarij	16 Februarij	3 Aprilis	12 Maij	22 Maij	2 Iunij	26	27
	10 9 8 7 6 5 4	6 Februarij	23 Februarij	10 Aprilis	19 Maij	29 Maij	9 Iunij	25	27
	3 2 1 * 292827	13 Februarij	2 Martij	17 Aprilis	26 Maij	5 Iunij	16 Iunij	24	27
	26 25 25 24	20 Februarij	9 Martij	24 Aprilis	2 Iunij	12 Iunij	23 Iunij	23	27
C	23 22 21 20 19 18 17	24 Ianuarij	10 Februarij	28 Martij	6 Maij	16 Maij	27 Maij	27	28 Nouēbris.
	16 15 14 13 12 11 10	31 Ianuarij	17 Februarij	4 Aprilis	13 Maij	23 Maij	3 Iunij	26	28
	9 8 7 6 5 4 3	7 Februarij	24 Februarij	11 Aprilis	20 Maij	30 Maij	10 Iunij	25	28
	2 1 * 2928 2726 25	14 Februarij	3 Martij	18 Aprilis	27 Maij	6 Iunij	17 Iunij	24	28
	25 24.	21 Februarij	10 Martij	25 Aprilis	3 Iunij	13 Iunij	24 Iunij	23	28

Tabula Paſchalis antiquā reformata.

Cyclus epactarum.	Lr̄æ Dñicales.	Dñica Septuag.	Dies Cinerum.	Dies Paſchę	Dies Aſcēſionis.	Dies Pentecoſtes.	Corpus Chr̄i.	Dñica poſt Pent.	Prima Dñica Aduent.
		Ianua.	Febr.	Mar.	April.	Maij	Maij		
xxiij									
xxij	d	18	4	22	30	10	21	28	29 Nou.
xxj	e	19	5	23	1.Maij.	11	22	28	30
xx	f	20	6	24	2	12	23	28	1.Decēb.
xix	g	21	7	25	3	13	24	28	2
xviij	A	22	8	26	4	14	25	28	3
xvij	b	23	9	27	5	15	26	27	27. Nou.
xvj	c	24	10	28	6	16	27	27	28
xv	d	25	11	29	7	17	28	27	29
xiiij	e	26	12	30	8	18	29	27	30
xiij	f	27	13	31	9	19	30	27	1.Decēb.
xij	g	28	14	1. Apr.	10	20	31	27	2
xj	A	29	15	2	11	21	1.Iunij	27	3
x	b	30	16	3	12	22	2	26	27. Nou.
ix	c	31	17	4	13	23	3	26	28
viij	d	1.Feb.	18	5	14	24	4	26	29
vij	e	2	19	6	15	25	5	26	30
vj	f	3	20	7	16	26	6	26	1.Decēb.
v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
iiij	A	5	22	9	18	28	8	26	3
iij	b	6	23	10	19	29	9	25	27. Nou.
ij	c	7	24	11	20	30	10	25	28
j	d	8	25	12	21	31	11	25	29
*	e	9	26	13	22	1.Iun.	12	25	30
xxix	f	10	27	14	23	2	13	25	1.Decēb.
xxviij	g	11	28	14	24	3	14	25	2
xxvij	A	12	1.Mar.	16	25	4	15	25	3
25 xxvj	b	13	2	17	26	5	16	24	27. Nou.
XXV xxiiij	c	14	3	18	27	6	17	24	28
	d	15	4	19	28	7	18	24	29
	e	16	5	20	29	8	19	24	30
	f	17	6	21	30	9	20	24	1.Decēb.
	g	18	7	22	31	10	21	24	2
	A	19	8	23	1.Iun.	11	22	24	3
	b	20	9	24	2	12	23	23	27 Nou.
	c	21	10	25	3	13	24	23	28

RVBRICAE GENERALES

MISSALIS.



ISSA quotidie dicitur ſecūdum ordinē officij. De Feſto duplici, vel ſemiduplici, vel ſimplici: de Dñica, vel Feria: vel Vigilia, vel Octa. & extra ordinē officij, Votiua, vel pro Defunctis.

¶De Duplici.

Miſſa dicitur de Duplici illis diebus quibus in Calēdario ponitur hęc nota Duplex. & in feſtis mobilibus, quā docūq; officiū fit duplex. In duplicibus dicitur vna tantū oratio, niſi aliqua cōmemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in proprijs miſſis aſſignatum eſt. Quando dici debet. Gloria in excelſis, & Credo, inferius dr̄ in ꝑprijs rubr.

¶De Semiduplici, & Simplici.

Miſſa de Semiduplici dicitur, qn̄ in Calendario ponitur hæc vox Semiduplex. Pręterea, in Dñicis, & diebus infra octauas. In ſemiduplicibus tā feſtis, quā Dñicis, & infra octauas dicūtur plures orationes, vt infra dicitur in rubrica de oratione. Infra octauam dr̄ miſſa ſicut in die Feſti, niſi propriā miſſam habuerit: in Dominicis vero ſicut in proprijs locis aſſignatur. De Simplici dicitur miſſa ſicut de ſemiduplici, vt ſuis locis ponitur.

¶De Feria, & Vigilia.

Miſſa de Feria dicitur, quando non occurrit feſtum, vel octaua, vel ſabbatum in quo fit officiū beatę Mariæ. In ferijs tamen Quadrageſimæ, Quaruor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiam ſi duplex, vel ſemi duplex feſtum, vel octaua occurrat, in Eccleſijs cathedralibus, & collegiatis cantantur duæ miſſæ, vna de feſto poſt Tertiā, alia de feria poſt Nonam. In vigilijs autem quæ veniunt infra octauā, Miſſa dicitur de vigilia cum Cōmemoratione octauæ. Si feſtum habens vigiliam celebretur feria ſecunda, miſſa vigiliæ dicitur in ſabbatho, ſicut etiā fit officium, excepta vigilia Natiuitatis, & Epiphaniæ. Miſſa vigiliæ in Aduētu occurrentis, dicitur cum commemoratione de Aduentu, licet de ea non ſit factū officium, uigilia Natiuitatis excepta. Si in Quadrageſima, & Quatuor Temporibus occurrat vigilia, dicatur miſſa de feria cum commemoratione vigiliæ. Toto tēpore Paſchali non dicitur Miſſa de uigilia, niſi in vigilia Aſcenſionis, quæ tamen non ieiunatur, ſicut nec vigilia Epiphaniæ.

¶De Miſſis Votiuis ſanctę Mariæ, & alijs.

IN Sabbatis nō impeditis feſto duplici, & ſemiduplici, vel feria, vt infra, dicitur miſſa de ſancta Maria ſecundum varietatem temporum, vt in fine Miſſalis ponitur. Si ſabbathū fuerit impeditum feſto duplici, vel ſemiduplici, Octaua, Vigilia, Feria, Quatuor Temporū & Quadrageſimæ, miſſa principalis dicitur ſecundum off. diei. In Aduētu autem licet off. non fiat de S. Maria in ſabbatho, dicitur tn̄ miſſa principalis đ ea cum commemoratione de Aduentu, niſi fuerint Quatuor Tempora, vr ſupra. Alijs diebus infra Hebdomadam qn̄ offic. fit de Feria (exceptis ferijs Aduētus, Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum) dici pōt aliqua miſſa votiua, etiam in principali miſſa, quæ dicitur Conuentualis, ſecūdum ordinem dierum in fine miſſalis aſſignatum, cum commemoratione feriæ de qua factum eſt offic. Quæ tamen miſſæ & aliæ quæcunque votiuę, in miſſis priuatis dici poſſunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die offi. non eſt duplex. Id vero paſſim non fiat, niſi rationabili de cauſa. Et quo ad fie-

ri poteſt, miſſa cum officio conueniat.

¶ De Miſſis defunctorum.

PRima die cuiuſcunque menſis (extra tempus Paſchale) non impedita officio duplici, & ſemiduplici, dr̃ miſſa principalis generaliter pro defunctis ſacerdotibus, benefactoribus, & alijs. In eccleſijs autem Cathedralibus & Collegiatis dicantur duæ miſſæ, vna pro defunctis, alia de feſto ſimplici ſi occurrit vel de feria, ſi propriã habeat miſſam, vel reſumenda ſit miſſa de Dominica præcedenti, quæ fuit impedita, cum infra Hebdomadam non occurrit alius dies in quo reſumi poſſit miſſa de Dñica. Sed ĩ eccleſiis nõ cathedralibus nec collegiatis dicatur miſſa de die cum cõmemoratione gñaliter pro defunctis. Prȩterea Feria ſecunda cuiuſque Hebdomadæ in qua offic. fit de feria, miſſa principalis dici põt pro defunctis. Si autẽ fuerit propria miſſa de Feria, vel de feſto ſimplici in cathedralibus & collegiatis Eccleſiis dicantur duæ miſſæ, alioquin in miſſa de die fiat cõmemoratio, (vt dictum eſt) pro defunctis. Excipitur tñ totũ tps Paſchale, & qñ per annum offi. eſt duplex, vel ſemiduplex : quibus tpibus non dr̃ miſſa principalis pro defunctis, niſi in die depoſitionis defuncti & in Anniuerſario pro defunctis. Et ſimiliter niſi fuerit duplex, quocũq; die dici pñt priuatæ miſſæ ꝑ defunctis, præterquã in Dñicis. ¶ In die Cõmemorationis oĩum defunctorum, & in die Depoſitionis, & in Anniuerſario defuncti, dr̃ vna tñ Orõ: in aliis miſſis, plures, vt in Rubrica de Commemorationibus, & Orõnibus dicetur. ¶ Sequentia ꝑ defunctis dr̃ in die oĩum Fidelium defunctorũ, & Depoſitionis defuncti. In Anniuerſario aũt, & miſſa communi pro defunctis, dicat̃ ꝑ arbitrio Sacerdotis.

¶ De Tranſlatione Feſtorum.

IN dicendis miſſis ſeruetur ordo Breuiarii de Tranſlatione feſtorum duplicium & ſemiduplicium, qñ maiori aliquo feſto, ſeu Dñica impediũtur. In Eccleſijs aũt, vbi titulus eſt Eccſiæ, vel cõcurſus populi ad celebrandum feſtum qđ trãſferri dẽt, pñt cantari duæ miſſæ, vna de die, alia de feſto, aut ſaltem commemoratio fieri de feſto, ſi eo die de feſto in illa Eccleſia offic. fieri non dẽat.

¶ De Commemorationibus.

COmmemorationes in miſſis, fiunt ſicut in Offic. De Feſto ſimplici fit cõmemoratio in miſſa, qñ de eo in offi. facta eſt cõmemoratio in Veſperis. Qñ aũt de eo fit cõmemoratio tñ ad Laudes, in miſſa ſolleñi nulla fit cõmemoratio de eo, ſed in miſſis tñ priuatis. De Dñica fit commemoratio, qñ in ea fit de feſto duplici. De octaua fit cõmemoratio, qñ infra octauã fit de aliquo feſto, niſi illud feſtũ fuerit de exceptuatis in Rubrica offic. de Commemorationibus. Item qñ infra octauam fit de Dñica. De feria fit cõmemoratio in Aduentu, Quadrageſima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, & Vigiliis; qñ miſſa dicenda eſt de feſto duplici, vel ſemiduplici illis temporibus occurrẽte. Sed in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrãt, in Feriis, Rogationibus, & Vigiliis ꝓdictis, q̃ hñt miſſas proprias, dñr duæ miſſæ una de feſto, alia de Feria, Rogationibus, & Vigilia prædictis abſq; vlla vtrorumq; cõmemoratione. Qñ infra hebdomadam dñr miſſæ Votiuæ, poſt primã Orõnem ſp̃ dicatur oratio eius de quo fit offic. Qñ fit commemoratio de Feria Quatuor Tẽporũ, ꝑ ferię cõmemoratione dr̃ prima orõ, q̃ concordat cum offi. In faciendis cõmemorationibus ſeruetur ordo vt in Breuiario. De Dñica, ante feſtũ ſemiduplex, quod infra octauam celebratur : de feſto ſemiduplici, ante octauam, de octaua, ante ferias ꝓdictas, de ferijs ꝓdictis, ante feſtũ ſimplex, de feſto ſimplici, ante orõnes votiuas. Si faciẽda ſit commemoratio ꝑ defunctis, ſemper ponitur penultimo loco. In aliis cõmemorationibus a prædictis, ſeruetur dignitas orõnum, vt de Spiritu ſancto ante beatã Mariã, de Angelis ante Apľos, & ſimiliter in aliis. In miſſis Defunctorum, nulla fit cõmemoratio pro Viuis, ẽt ſi oratio eſſet cõmunis pro Viuis & defunctis. Qñ dñr plures orõnes, prima tñ & ultima cũ

ſua concluſione terminãtur, & ante primam & ſecundã orationem tñ dr̃ Oremus: ante primam dr̃ etiam Dñs vobiſcũ. Cum uero dñr plures orõnes, & vna orõ eadem ſit cum alia ibidem dicẽda, orõ hmõi; illa. ſ. quæ eadem eſt, non aliæ, commutetur cũ alia de Cõmuni; vel Proprio q̃ ſit diuerſa. Idẽ ſeruetur in ſecretis & orationibus poſt cõionẽ.

¶ De Introitu, Kyrie eleiſon, & Gloria in excelſis.

INtroitus ſemper eodem modo dr̃ cũ Gloria patri, vt in Ordinario, præterquam tpe Paſſionis, & in miſſis defunctorum, ut etiam ibi annotatum eſt. Kyrie eleiſon dr̃ nouies poſt Introitũ, alternatim cum miniſtro, ideſt, ter. Kyrie eleiſon ter, Chriſte eleiſon ter, Kyrie eleiſon. Gloria in excelſis deo dicitur quãdocunque, in Matutino dictus eſt Hymnus Tedeum, præter quam in miſſa feriæ quintæ in cœna Domini, & Sabbati ſancti, in quibus Gloria in excelſis Deo, dicitur. In miſſis Votiuis nõ dr̃ niſi ĩ miſſa beatę Mariæ in ſabbatho & Angelorum, & niſi miſſa Votiua dicẽda ſit pro re graui, vel pro publica Eccleſiæ cauſa. Neque dicitur in miſſis de functorum.

¶ De Orationibus.

IN feſtis duplicibus, dr̃ una tñ Orõ, niſi facienda ſit aliqua commemoratio, vt dictum eſt ſupra. In feſtis ſemiduplicibus occurrẽtibus ab octaua Pẽtecoſtes vſq; ad Quadrageſimam dr̃ ſecunda orõ, A cunctis tertia ad libitum. In feſtis ſemiduplicibus occurrentibus ab octa. Epiphaniæ vſq; ad Purificationem dr̃ ſecũda orõ Deus qui ſalutis, tertia Eccleſiæ vel pro Papa. In feſtis ſemiduplicibus a feria quarta, Cinerũ vſq; ad Dñicam Paſſionis : ſecũda, de Feria iij. A cunctis. In ſemiduplicibꝰ, a Dominica paſſionis vſq; ad Dñicam palmarum, ſecunda orõ de feria tertia Eccleſiæ vel pro Papa. In feſtis ſemiduplicibus ab oct. Paſchæ vſq; ad Aſcẽſionẽ ſecunda orõ de S. Maria, Concede, tertia Eccſæ, vel ꝑ Papa. In feſtis ſemiduplicibus infra Oct. occurẽtibus, ſecũda orõ dr̃ de oct. tertia, q̃ ſecundo loco infra octau dr̃. Infra octauas Paſchæ, & Pentecoſtes, qñ miſſa dr̃ de octaua, dñr duæ tantum orationes, una de die, alia Eccleſiæ, vel pro Papa. Infra alias octauas, & in vigiliis quæ ieiunantur (excepta vigilia Natiuitatis Domini, & Pentecoſtes) dñr tres, vna de die, ſecũda de ſancta Maria, tertia Eccleſiæ, vel pro Papa. Sed infra octauas ſanctæ Mariæ, & in uigilia, & infra octauam Omniũ ſanctorum, ſecunda oratio dicitur de Spiritu ſancto, alia Eccleſiæ, vel pro Papa. In Dominicis infra octauas occurrẽtibus, dñr duæ orationes, vna de Dñica, ſecunda de Octaua. In die octaua dicitur una tantum oratio, niſi aliqua com memoratio facienda ſit. In Dominicis dicuntur tres, vt in Ordinario aſſignantur, quibuſdam exceptis, vt ſuis ẽt locis aſſignatur. In feſtis ſimplicibus, & feriis per annũ, dñr tres, vt in ſemiduplicibus poſſunt ẽt dici quinq;, vel ſeptẽ ad libitum. In ferijs quatuor Temporũ, & vbi plures legunt lectiones, huiuſmodi plures orõnes dñr poſt vltimã orõnẽ ante epiſtolam, & aliæ orationes cum lectionibus, vt ſuis locis in Proprio Miſſarũ de Tempore. In miſſis Votiuis qñ dñr pro re graui, vel pro publica Eccleſiæ cauſa, dicitur tãtum vna oratio : ſin aliter, dñr plures, vt in Feſtis ſimplicibus. Sed in votiuis beatę Mariæ, ſecũda orõ dr̃ de Spiritu ſancto, & in votiuis de Apoſtolis qñ dicitur oratio A cũctis, eius loco dicitur oratio de ſancta Maria, Concede. Si qñ plures dñr orationes, occurrat fieri cõmemoratio alicuius Sancti, ea ponitur ſecundo loco, & tertia oratio dr̃, quę aliàs ſecundo loco dicenda erat. ¶ In concluſione orationũ hic modus ſeruatur. Si oratio dirigatur ad patrẽ, concluditur. Per dominũ noſtrũ, &c. Si ad filiũ. Qui viuis & regnas cum Deo patre. Si in principio orõnis fiat mẽtio filii, concluditur Per eundẽ. Si in fine orationis, eius fiat mẽtio. Qui tecũ viuit. Si facta ſit mẽtio Spiritus ſancti, in concluſione dr̃ In vnitate eiuſdẽ Spiritus ſancti deus &c. Alia quoq; in dicẽdis orationib' ſeruẽtur, quæ ſuperius in rubrica de Cõmemo. dicta ſunt.

¶ De epiſtola, Graduali, Alleluia, & Tractu, ac de Euangelio.

POſt vltimã orationem, dr̄ Epiſtola: qua finita, a miniſtris dr̄ Deo grãs.
Poſt epiſtolam dr̄ Graduale quod ſem-
per dr̄, præterquam Tp̄e Paſchali, cuius
loco tunc dñr duo verſus, vt dr̄ in rubri
ca Sabbati ĩ Albis. Poſt Graduale dñr
duo Alľa. deinde Verſus & poſt ver-
ſum, vnum Alľa. Tp̄e Paſchali, qñ nõ
dr̄ Graduale dr̄ aliud Alleluia, poſt ſe-
cundum Verſum, & qñ dr̄ Sequentia,
non dr̄ poſt vltimum Verſum, ſed poſt
Sequentiam. A Septuageſima vſq; ad
Sabbatum ſanctum, nõ dr̄ Alleluia ne-
que dr̄ in miſſis de Feria in Aduentu,
Quatuor Temporibus, & Vigilijs quæ
ieiunantur, exceptis Vigilia Natiuitatis
Dñi ſi uenerit in Dñica, & Vigilia Pa-
ſchæ & Pẽtecoſtes, ac Quatuor Tẽpori
bus Pentecoſtes. Nec dr̄ in feſto Innocẽ
tium, niſi venerit in Dñica. A Septuage
ſima vſque ad Paſcha, eius loco dicitur
Tractus qui Tractus prædicto tp̄e in ali
quibus Feriis non dr̄, vt ſuis locis ponit̄,
neq; in Feriis a Septuageſima vſque ad
Quadrageſimã qñ repetitur miſſa Do-
minicæ. Dicto Graduali, ſeu Alleluia,
ſeu Tractu dicitur Euangelium. Et in
principio Euangelij dicitur. Dominus
vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo:
deinde, Sequentia ſancti euangelii ſe-
cundum N. ℞. Gloria tibi domine. In
fine Euangelii a miniſtro dicitur Laus
tibi Chriſte. Poſtea, ſi dicẽdũ eſt, dicit̄.
Credo.

¶ De Symbolo.

SYmbolum dr̄ poſt Euangeliũ in om
nibus Dominicis per annum, etiã ſi
in illis fiat de feſto in quo alias nõ dice
retur. In tribus miſſis de Natiuitate Dñi
& deinceps vſque ad octauã beati Ioan
nis apoſtoli. In Epiphania, & ꝑ octauã.
Feria quinta in Cęna Dñi. In Paſchate
Reſurrectionis, & per octauã. In Aſcen
ſione Domini, & per octauam. In Pen-
tecoſte, & per octauam. In feſto Corpo-
ris Chriſti, & per octauam. In omnibus
feſtis beatæ Mariæ, & per octauas. In oĩ
bus feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſta
rum, & per octauas. In feſtis Quatuor
doctorum, vid elicet, Gregorij, Ambro-
ſij, Auguſtini, & Hieronymi, addito fe-
ſto ſancti Thomæ de Aquino. Itẽ in fe-
ſtis doctorum Baſilij, Athanaſij, Grego
rij Nazianzeni, & Ioãnis Chryſoſtomi.
In vtraque Cathedra ſancti Petri, & in
feſto ſancti Petri ad Vincula. In feſtis
Conuerſionis, & Commemorationis
ſancti Pauli apoſtoli. In feſto ſancti Ioã-
nis ante portam Latinam. In feſtis In-
uẽtionis, & Exaltationis ſanctæ Crucis.
In feſtis Angelorum. In feſto ſancti Bar
nabæ apoſtoli. In feſto ſanctæ Mariæ
Magdalenæ. In Trãsfiguratione Domi-
ni. In die octauarum ſancti Ioannis Ba-
ptiſtæ, & ſancti Laurentii. In feſto om-
nium ſanctorum, & per octauam. In de
dicationibus ſancti Saluatoris, & Sãcto
rum Apoſtolorum Petri & Pauli. In An
niuerſario dedicationis propriæ Eccle-
ſiæ, & per oct. In die conſecrationis Ec-
cleſiæ, vel Altaris. In feſtis Sanctorũ q-
bus dedicata eſt eccľia, & vbi habetur
corpus vel inſignis reliquia Sancti de
quo agitur. In die Creationis, & Coro-
nationis sũmi Põtificis, & in Anniuer-
ſario eiuſdẽ diei. Itẽ in omnibus feſtis,
q̃ in Dñicis & ꝑ oct. celebrantur, in qui-
bus rõne Dñicæ, & Octauę dici dẽt. Itẽ
in feſto Patroni alicuius loci, uel tituli
Eccľę & in feſtis principalibus Ordinũ
& per eorũ oct. in Eccleſiis tm̃ illius or
dinis. Item dr̄ Credo, in Miſſis votiuis, q̃
ſollẽniter pro re graui, vel pro publica
Eccleſię cauſa celebrantur.

De Offertorio, Secretis, Pręfationibus, & Canone.

POſt Symbolum, vel ſi non ſit dicen-
dum, poſt Euãgelium, dr̄ Dominus
vobiſcum deinde Offertoriũ poſtea fit
oblatio cũ orõnibus vt in Ordinario.
Qua oblatione facta, dñr orõnes ſecre
tę, ſecundum numerũ orõnum q̃ palã
dictę sũt, ſed ante primã orõnẽ non dr̄
Dñs vobiſcũ, nec aliq̃d aliud, ſed dicto.
Suſcipiat dñs ſacrificiũ, abſolute dñr.
neque etiam ante ſecundam orationẽ
dicitur Oremus: Terminatur autem
prima, & vltima oratio, vt dictum eſt ſu
pra in rubrica de orõnibus, & ſecreto
dñr vſque ad illa verba in concluſione.

Per omnia ſecula ſeculorum quæ clara
voce proferuntur, & incipitur Præfatio
Pręfationes autem dñr vt in Ordinario
adnotatum eſt, & quæ in Quadrageſi-
ma Tempore paſchali & infra oct. pro
priæ aſſignantur, dñr etiam in Domini-
cis, & feſtis q̃ illis temporibus celebran
tur niſi illa feſta propriam præfationẽ
habeant. In miſſis Votiuis dr̄ etiam Pręſ
fatio propria, ſi propriam habeant. Et
qñ aliqua miſſa votiua pro publica cau
ſa ſollemniter celebratur, dr̄ in cantu
ſollemni, vt in duplicibus. Poſt præfa-
tionem incipitur Canon Miſſæ ſecreto,
in quo ſeruentur omnia, vt in Ordina-
rio. Vbi vero infra actionem Commu-
nicantes, & Hanc igitur, vel alia varia-
ri contingit, ſuo loco in proprijs miſſis
adnotatur.

¶ De communione, Orationibus poſt communionem, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino, de Benedictione, & Euangelio ſancti Ioannis.

EXacto Canone, & alijs oĩbus vſque
ad cõmunionẽ, ea peracta dr̄ cõio,
& orationes poſt communionem eodẽ
modo, & ordine vt in principio miſſæ:
& repetito Dominus vobiſcũ, dicitur,
Ite miſſa eſt vel Benedicamus domino,
pro tẽporis ratione. Ite miſſa eſt dicitur
quandocunque dicitur Gloria in excel
ſis. Cum non dicitur eius loco dicitur
Benedicamus domino. ℞. Deo gratias.
In miſſis defunctorũ, dicitur Requie
ſcant in pace. ℞. Amen.
¶ dicto Placeat, datur Benedictio, quæ
a celebrãte sẽper datur in miſſa, pręter
quam in miſſis defunctorũ. Deinde dr̄
Euangeliũ ſancti Ioannis In principio,
præmiſſo Dñs vobiſcum & Initium yt
moris eſt: quod Euangelium nunquã
prætermittitur in miſſa, niſi qñ fit de fe
ſto in aliqua Dñica, vel Feria, q̃ hẽt Euã
gelium proprium: tunc enim eius loco
dr̄ propriũ. Et in tertia miſſa de die Na
tiuitatis Domini dicitur Euangeliũ de
Epiphania. Cum natus eſſet Ieſus.

¶ De ordinanda Miſſa ex ſupradictis rubricis.

SVpradictis rubricis cognitis, ſi q̃s ve-
lit ordinare miſſam diei, recurrat ad Or
dinarium miſſarum de Tempore, vel
de Sanctis ſecundum qualitatem oſſic.
Si proprium non habeat, recurrat ad
Commune ſanctorum. Si de Feria agen
dum ſit, & propria miſſa non fuerit de
Feria, dicatur miſſa præcedentis Dñicæ
omiſſis Gloria in excelſis, & Symbolo:
pręterquam Tempore paſchali, in quo
ſemper dr̄ Gloria in excelſis, vt ſupra, ex
cepta miſſa Rogationum, & in Aduẽtu
prætermittitur Alleluia poſt Graduale,
cum ſuo verſu. Si dicenda ſit miſſa Vo-
tiua, requiratur poſt Commune ſancto
rum ſuo loco. Si plures orationes dicen
dæ ſint, requirãtur poſt miſſas votiuas,
ſuo luco de ſingulis rebus ſingulæ. Si ꝓ
defunctis dicẽda ſit miſſa, habetur poſt
miſſas votiuas, cum collectis diuerſis,
circa finẽ Miſſalis. Ordinariũ tot⁹ miſ
ſæ, cum Præfationibus, Canone, & aliis
dicẽdis, habetur ſuo loco, cum Proprio
miſſarum de Tempore.

RITVS SERVANDVS IN celebratione Miſſæ

¶ De præparatione Sacerdotis celebraturi.



SAcerdos celebratur⁹, ſerua-
tis ijs q̃ ſuperius dicta ſunt,
quo ad præuiam cõfeſſionẽ
& Horas canonicas, Matuti
no ſaltẽ abſoluto, orõni ali-
quãtulũ vacet, & orõnes inferi⁹ poſitas
ꝓ tp̄is opportunitate dicat. Deinde ac-
cedit ad locũ in Sacriſtia, vel alibi p̄pa-
ratũ, vbi paramẽta aliaq; ad celebratio
nẽ neceſſaria hñtur, accipit Miſſale, per
quirit miſſam, perlegit; & ſignacula or
dinat ad ea, quæ dicturus eſt. Poſtea la-
uat manus, dicens orationem inferius
poſitã. Deinde præparat calicẽ, ponens
ſuper eius os purificatorium, & ſuper
illud patenam cum hoſtia, quam tegit
parua palla; & uelo ſerico: ſuper velo
ponit burſam coloris paramentorum
intus habens corporale plicatum. Qui-
bus ita diſpoſitis accedit ad paramenta,

vbi calciatus pedibus, & indutus veſti-
bus ſibi cōuenientibus, quarum exterior
ſaltem talum pedis attingat: induit ſe,
ſi ſit Prælatus ſęcularis, ſupra rocchet-
tū: ſi ſit Prælatus regularis, vel alius Sa-
cerdos ſecularis, ſupra ſuperpelliceū, ſi
cōmode haberi poſſit, alioquin ſine eo,
ſupra veſtes cōmunes, dicens ad ſingu-
la ſingulas orationes inferius poſitas.
Ac primū accipiēs Amictū circa extre-
mitates, & cordulas: oſculatur ī medio,
& ponit ſuꝑ caput, & mox declinat ad
collū, & eo circa veſtiū collaria tegens,
ducit cordulā ſub bracchijs, & circūdu
cens ꝑ dorſum ad ventrē reducit, & li-
gat. Tum Alba induitur caput ſubmit-
tēs, deinde manicā dextrā bracchio dex
tro, & ſiniſtrā ſiniſtro imponens, Albā
ipſam corpori adaptat, eleuat ante, & a
lateribus hinc inde, & Cingulo ꝑ mini-
ſtrū a tergo ſibi porrecto, ſe cingit. Mini
ſter eleuat Albā ſupra cingulū circū cir
ca, vt honeſte depēdeat, & tegat veſtes,
ac eius fimbrias diligenter aptat, vt ad
latitudinē digiti vel circa ſupra terram
æqualiter fluat. Sacerdos accipit Mani-
pulū, oſculatur crucē in medio, & im-
ponit bracchio ſiniſtro. Deinde amba-
bus manibus accipiens ſtolā, ſimili mo
do deoſculatur, & imponit mediū eius
collo, ac trāſuerſando eā ante pectus in
modū crucis, ducit partē a ſiniſtro hu-
mero pēdentē ad dextrā, & partē a dex-
tro humero pendentē ad ſiniſtrā. Sicq;
vtranq; partē ſtolæ extremitatibus cin-
guli hinc inde ipſi cingulo coniungit. Si
celebrans ſit Epiſcopus, nō ducit ſtolā
ante pect⁹ ī modū crucis, ſed ſinit hinc
inde vtraſque extremitates pendere: &
accipit cruciculā a collo ante pect⁹ cor
dulis pendentem. Poſtremo Sacerdos
accipit Planetā. Si ſit Epiſcopus, & ſol-
lemniter celebrat, accipit paramenta,
& alia vt in Pontificali.

¶ De ingreſſu Sacerdotis ad Altare.

SAcerdos oībus paramētis īdutus, ac-
cipit in manu ſiniſtra Calicē vt ſupra
præparatū: & burſā manu dextra ſuper
Calice tenens, capite cooperto accedit
ad altare, miniſtro cū Miſſali, & alijs ad
celebrādū neceſſarijs præcedēte. Proce
dit aūt oculis demiſſis, inceſſu graui, e-
recto corpore. Si vero cōtigerit eū tran-
ſire ante altare maius, capite cooperto
faciat ad illud reuerentiā: ſi ante locū
ſacramenti, genuflectat. Si ante altare
vbi celebretur miſſa, in qua eleuatur ſa
cramentum, ſimiliter genuflectat, & de
tecto capite illud adoret. Cū peruenerit
ad altare, ſtans ante illud in infimo gra-
du, caput detegit, biretū miniſtro porri
gens, & altari, ſeu imagini crucifixi de-
ſuper poſitæ ꝓfunde inclinat. Si aūt in
eo ſit tabernaculū Sāctiſſimi Sacramē-
ti, genuflectēs debitā facit reuerētiam.
Tūc aſcēdit ad mediū altaris, ibi ad cor
nu Euangelij ſiſtit Calicē: extrahit cor-
porale de burſa, quod extēdit in medio
altaris, & ſuper illud Calicē velo coop-
tū collocat. Si in altari paramenta acce
pit, hoc idē facit antequā deſcendat ab
altari miſſā inchoaturus. Si eſt cōſecra
turus plures hoſtias ꝓ Cōmunione fa-
cienda, quæ ob quantitatē ſuꝑ patena
manere nō poſſint: locat eas ſuper Cor-
porale ante Calicē, aut in aliquo Cali-
ce vel vaſe mundo cōſecrato eas ponit
retro poſt Calicē, & alia patena coope-
rit. Collocato Calice in altari, accedit
ad cornu epiſtolæ, Miſſale ſuper cuſſi-
no aperit, reperit miſſam, & ſignacula
ſuis locis accōmodat. Deinde rediēs ad
mediū altaris, facta primū Cruci reue-
rentia, deſcendit ad gradum infimum
altaris pro miſſa inchoanda.

¶ In miſſa ſollēni miſſale in altari, calix
& alia neceſſaria præparentur in credē
tia cooperta linteo cū luminarib⁹, ſicut
magis decet, antequā Sacerdos veniat
ad altare. Ipſe aūt ꝓcedit cū miniſtris:
& cū ꝑuenerit ad infimū gradū altaris,
ibi medi⁹ īter Diaconū a dextris, & Sub
diaconū a ſiniſtris, antequā aſcēdat ad
altare, facit cū ipſis (vt īfra) Cōfeſſionē.

¶ In miſſa Pōtificali oīa ſeruentur, vt ī
Pōtificali & Cæremoniali Romano or-
dinat: cui⁹ Pōtificalis ordinē Eps̄ nunq̄
prætermittat, quandocunq; cū Diaco-
no, & Subdiacono paratis celebrat.

De principio Miſſæ, & Cōfeſſi. faciēda.

SAcerdos quāprimū deſcēderit ad ī-
fimū gradū altaris, cōuertit ſe ad ip-

ſum altare, vbi ſtās ante illud iūctis ma-
nibus ante pectus, detecto capite, facta
prius Cruci vel Altari reuerentia, erect⁹
incipit miſſā. Si aūt celebraturus ſit co
rā ſūmo Pōtifice, ſiſtit ſe in infimo gra-
du altaris a cornu Euāgelij ante ipſum
Pontificē, vbi genuflexus expectat: acce
pta benedictione erigit ſe, & ſtās verſus
altare incipit miſſam. Si autē ſit coram
Cardinale, Patriarcha, Archiepiſcopo,
vel Epiſcopo in eorū reſidentijs, vel lo-
co iuriſdictionis: ſtās in infimo gradu a
cornu Euāgelij vt ſupra expectat: dato
ſigno facit profundā reuerentiā Præla-
to, & verſus ad altare incipit miſſam. Si
aūt ſollēniter celebrat corā Sūmo Pon
tifice, aut alio ex Prælatis prędictis in ec
cleſijs ſuæ iuriſdictionis ſtans a ſiniſtris
Prælati, facit cū eo Confeſſionē, & alia
ſeruat vt in Cæremoniali Romano, &
in Pontificali ordinatur. Stans igitur ce
lebrās in infimo gradu altaris vt ſupra,
ꝓducēs manu dextera a fronte ad pect⁹
ſignum crucis, dicit intelligibili voce.
In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſan-
cti Am. Et poſtquā id dixerit, nō debet
aduertere quęcunque in alio altari ce-
lebrantē, ēt ſi ſacramētū eleuet, ſed cō-
tinuate ꝓſequi miſſā ſuā vſq; ad finem.
Cū ſeipſum ſignat, ſiniſtrā ponit īfra pe
ctus: in alijs benedictionibus cū eſt ad
altare, & ſeipſum nō benedicit, ſed ob-
lata vel aliquid aliud, ponit eā ſuper al-
tari. Seipſum benedicēs, vertit ad ſe pal
mā manus dextræ, & omnibus illius di-
gitis iunctis & extenſis, a fronte ad pe-
ctus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum,
ſignū crucis format. Si vero alijs, vel rē
aliquā benedicit, paruū digitum vertit
ei cui benedicit, ac benedicēdo totā ma
nū dextrā extēdit, oībus illius digitis pa
riter iūctis, & extēſis: quod in omni bn̄-
dictione obſeruatur. Poſtquā dixerit In
nomine patris &c. vt ſupra: iūgit man⁹
ante pect⁹ ꝓnūciās clara voce Antipho
nā Introibo ad altare dei. Miniſter re-
tro poſt eū ad ſiniſtrā genuflexus, & in
miſſa ſollēni miniſtri hinc inde ſtantes
proſequuntur. Ad deū qui lętificat iu-
uentutē meā Deinde Sacerdos eodem
modo ſtās incipit, & ꝓſequitur cū mini
ſtro vel miniſtris alternatim Pſalmum
Iudica me deus. vſque ad finem, cum
Gloria patri. Quo finito repetit Anti-
phonā Introibo, cū miniſtris vt ſupra.
Qui pſalmus nūquā prætermittitur, ni
ſi in miſſis defunctorum, & in miſſis de
Tꝑe a Dn̄ica paſſionis incluſiue vſq; ad
Sabbathū ſanctū excluſiue: in quib⁹ ſe-
mel tātum dicta antiphona. Introibo,
cū miniſtris vt ſupra, Sacerdos ſtatim
ſubiungit ℣. Adiutorium noſtrū, &c.
vt infra. Cum in fine pſalmi dicit, Glo-
ria patri, &c. caput cruci inclinat. Repe
tita Antiphona Introibo, dextra manu
producens ſignū crucis a fronte ad pe-
ctus, dicit ℣. Adiutorium noſtrū in no-
mine domini. ℟. Qui fecit cœlū & ter-
ram. Deinde caput, ſeq; profunde alta
ri inclinans, dicit, Confiteor deo, vt in
Ordinario. Et proſequitur eodē modo
ſtās inclinatus donec a miniſtro vel mi
niſtris dictū ſit, Miſereatur. Cū incipit
a miniſtris Confiteor, ſe erigit, Cū dicit
Mea culpa, ter pect⁹ dextra manu ꝑcu-
tit. Si eſt corā Pontifice, & Cardinali &
Legato ſedis Apoſtolicę, Patriarcha, Ar
chiepiſcopo, & Ep̄o in eorū Prouincia,
Ciuitate, vel Diœceſi ꝯſtitutis: vbi dicit
Vobis fratres, dicat Tibi pr̄: ſimiliter ī
fine, vbi dicit Vos fratres, dicat Te pr̄:
qđ dicēs ſūmo Pōtifici genuflectit, alijs
Prælatis ꝓfunde īclinat. Cū miniſter, &
q̄ ītersūt (ēt ſi ibi fuerit ſūmus Pōtifex)
rn̄dent Cōfiteor, dicūt tibi pr̄, & te pr̄.
Facta a circūſtātib⁹ Cōfeſſiōe: celebrās
ſtās reſpōdet Miſereatur veſtri, &c. De-
inde ꝓducēs manu dextra a frōte ad pe
ct⁹ ſignū Crucis, dicit Indulgentiā, &c.
Et ſtās inclinat⁹, ꝓſequitur Deus tu cō-
uerſus & q̄ ſequunt̄ in Ordinario, clara
voce vſq; ad orōnē Aufert a nobis, &c.
q̄ dicit ſecreto. Et tūc ſi corā ſūmo Pōti
fice, aut alijs Pręlatis vt ſup. celebret: fa
cta ſummo Pōtifici genuflexione, alijs
Prælatis profunda reuerētia, accedit ad
īfimū gradū āte mediū altaris: & ibi di
cit Aufer a nobis, &c. vt ſupra.

¶ De Int. Kyrie eliſ. & Gloria ī excelſis.

DIcto Aufer a nobis, &c. Celebrans
iūctis manibus aſcendit ad me-
dium altaris, vbi ſtans inclinatus, &

iūctis manibus ſuper Altare poſitis, ita vt digiti parui duntaxat frontē ſeu mediū anterioris partis tabulæ ſeu menſæ altaris tangant, reſiduo manuū inter altare & ſe retento, pollice dextro ſuper ſiniſtrū in modū crucis poſito (quod ſēper obſeruatur cum manus iunctæ ſup altare ponuntur) ſecreto dicit Oramus te domine, &c. Quo dicto cū dicit Quorum reliquiæ hic ſunt, oſculatur altare in medio, manibus extēſis hinc inde ſuper altare poſitis: quod in omni deoſculatione altaris ſeruatur: ſed poſt conſecrationem pollices ab indicibus nō diſiunguntur. Oſculato altari accedit ad cornu ſiniſtrum altaris, ideſt, Epiſtolæ: vbi ſtans verſus altare, & producens a fronte ad pectus ſignum crucis, incipit intelligibili voce Introitum miſſæ & ꝓſequitur iunctis manibus. Cum repetit Introitum, non ſignat ſe vt prius: & eo repetito iunctis manibus ante pectus, accedit ad mediū altaris, vbi ſtans verſus illud ſimiliter manibus iūctis, dicit ſimili voce ter kyrie eleiſon ter Chriſte eleiſon, & iterū ter kyrie eleiſon, alternatim cum miniſtro. Si miniſter, vel qui interſunt celebranti non reſpondeāt, ipſe ſolus nouies dicto vltimo Kyrie eleiſon: Sacerdos ibidē vt prius ſtās & manus extendens, eleuanſq;, & iungens voce prædicta incipit, ſi dicendum ſit, Gloria in excelſis, cū dicit Deo, caput cruci inclinat: quo erecto ſtans iunctis manibus vt prius, proſequitur vſq; ad finē. Cum dicit. Adoramus te: Gratias agimus tibi: Ieſu Chriſte: Suſcipe deprecationē noſtrā, & iterū Ieſu Chriſte, caput cruci inclinat. Cū dicit ī fine. Cum ſancto ſpiritu. ſeipſum a fronte ad pectus ſignat, interim perſiens. In gloria dei patris. Amen. ¶ In miſſa ſollēni Sacerdos facta cōfeſſione aſcēdit cū miniſtris ad altare, quo ꝑ eū oſculato, ponit incenſum in thuribulo, miniſtrāte Diacono nauiculā, & Thuriferario thuribulū. Antequā ponat incēſum, illud benedicit, dicens Ab illo bn̄dicaris. &c. Poſtea Diaconus dimiſſa nauicula, accipit thuribulū, & dat celebrāti, oſculata prius eius manu, qui facta cruci reuerentia, eam ter incenſat, deinde Reliquias, ſi adſint, primū quæ a dextris ſūt, deinde quæ a ſiniſtris, bis cuique ducēs thuribulū; poſtea imagines, vel eorū loco cādelabra, ſemel ſingulis thuribulū ducens; primū a cornu Epiſtolæ, & illius poſtremā partē inferiorē altaris; deinde ſuperiorē ſcilicet tabulā altaris, & procedēs ante crucē, facta ei reuerētia incenſat alias imagines, ſeu earū loco candelabra in cornu Euangelij, & illius poſtremā partē altaris inferiorē, & ſuperiorē tabulæ; deinde totā anteriorē vſque ad extremū altaris in cornu Epiſtolæ, facta cruci reuerentia cū ante eā tranſit, & reddito thuribulo ipſi Diacono, ab eo ipſe ſolus incenſatur. Deinde, cū illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi ſtātibus, proſequitur Introitū, & Kyrie eleiſon. Cum vero intonat hymnum Gloria in excelſis deo Diaconus, & Subdiacon⁹, vnus poſt alium, ſtant a tergo celebrantis, poſtea aſcendunt ad altare, & hinc inde cum celebrante hymnum ſubmiſſa voce proſequuntur vſque ad finem. Quod etiam ſeruatur cum dicitur Credo & cum dicitur Dominus vobiſcum, Oratio, Præfatio & Pater noſter. Diaconus & Subdiaconus ſimiliter ſtāt vnus poſt alterum a tergo celebrantis.

De Oratione.

Dicto hymno Gloria in excelſis, vel ſi non ſit dicendus, eo omiſſo, celebrans oſculatur altare in medio, manibus hinc inde ſuper illo vt ſupra extenſis, tum iunctis ante pectus manibus, demiſſis ad terram oculis, vertit ſe ad manum ſiniſtrā, hoc eſt, ad latus dextrum verſus populū, & extendens, ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce prædicta, Dominus vobiſcum. & Et cū ſpiritu tuo, iunctis vt prius manibus reuertitur per eandē viam ad librū, vbi extendens & iungens ante pectus manus, caputque cruci inclinās, dicit Oremus, tū extēdit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus reſpiciat alterā, & digitis ſimul iunctis, quorū ſummitas humerorū altitudinē diſtantiamque non excedat, quod in omni extenſione manuū ante pectus ſeruatur. Stans aūt vt ſupra extēſis manibus, dicit Orationē. Cum dicit, Per dominum noſtrum, iūgit manus. Si aliter concluditur oratio Qui tecum, vel Qui viuis, cum dicit in vnitate, iungit manus. Cum nominatur nomē Ieſus, caput verſus crucē inclinat. Cum in oratione nominatur nomen beatæ Mariæ, vel Sanctorū, de quibus dicitur miſſa, vel fit cōmemoratio, item in oratione pro Papa qn̄ nominatur, caput inclinat. Si plures orationes ſunt dicendæ, idem in eis, in voce, extēſione manuū, & capitis inclinatione, quod ſupra dictū eſt, obſeruatur. Si altare ſit ad Orientē verſus populum, celebrans verſa facie ad populū, non vertit humeros ad altare, cū dicturus eſt Dn̄s vobiſcum, Orate fratres, Ita miſſa eſt, vel daturus benedictionē, ſed oſculato altari in medio, ibi expanſis & iunctis manibus vt ſupra, ſalutat populum. In Quatuor tēporibus, vel alias qn̄ dicēdæ ſunt plures orationes cū Prophetijs, dicto Kyrie eleiſon, in medio Altaris, reuertitur ad cornu Epiſtolæ, vbi ſtans ante librū extenſis & iunctis ante pect⁹ manibus, & caput cruci inclinans, dicit Oremns, Flectamus genua, & illico manibus ſuper altare extenſis, vt ſe ipſum ad altare ſuſtineat, genuflectit, & ſine mora ſurgens, eadē voce dr̄ a miniſtro Leuate, & manibus extenſis dicit orōnē vt ſupra, & in cōcluſione iungit. Dū autem legit Prophetiā, manus tenet ſuper librū vel eltare poſitas. In miſſa ſollemni cū dr̄ Dominus vobiſcū, & Orō, Diaconus & ſubdiaconus ſtant retro poſt celebrantē. Flectamus genua dr̄ a Diacono, a Subdiacono vero, Leuate, illo primum genuflectente, hoc primum ſurgente.

¶ De Epiſtola Graduali, & alijs vſque ad Offertorium.

Dictis orationibus celebrans poſitis ſuper librū, vel ſuper altare manibus, ita vt palmæ librū tangant, vel (vt placuerit) librū tenens: legit Epiſtolam intelligibili voce, & reſpondetur a miniſtro Deo gratias, & ſimiliter ſtans vt prius, proſequitur Graduale, Alleluia, & Tractum ac Sequentiam, ſi dicenda ſint. Quibus dictis celebrans ſi priuatim celebret, ipſemet ſeu miniſter portat librum Miſſalis ad alteram partē altaris in cornu Euangelij, & dum tranſit ante medium altaris, caput cruci inclinat, & miſſale ſic locat, vt poſterior pars libri reſpiciat ipſum cornu altaris, & non ad parietē, ſiue ad partē eius cōtra ſe directam. Locato miſſali in altari, celebrans redit ad mediū altaris, & ibi ſtās profunde inclinatus, iunctis manib⁹ ante pectus, leuatiſque ad Deū oculis, ſecrete dicit Munda cor meum & Dn̄s ſit in corde meo & Iube domne, vt in Ordinario. Quibus dictis vadit ad librum Miſſalis, vbi ſtans verſus illū iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Deinde pollice dextrę manus ſigno crucis ſignat, primo librum ſuper principio Euangelij, quod eſt dicturus, poſtea ſeipſum in fronte, ore, & pectore, dicēs, Sequentia, vel Initium ſancti Euāgelij, &c. ℟. Gloria tibi domine. Tum iunctis iterū vt prius manibus, ſtans vt ſupra, proſequitur Euangelium vſque ad finem. Quo finito miniſter reſpondet Laus tibi Chriſte. & celebrans eleuans parumper librum, oſculatur Euangelium, præterquam in miſſis Defunctorum, in quibus non oſculatur, & niſi celebret coram ſummo Pōtifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha Archiepiſcopo vel Epiſcopo in eorum reſidētijs, quo caſu defertur cuilibet prædictorū oſculandus liber, & ipſe celebrans tūc non oſculatur. Dicto Euangelio ſtās in medio Altaris verſus Crucem eleuans & iungens manus, caputque cruci inclinans, incipit (ſi dicendum ſit) Credo. cum dicit in vnum Deum caput cruci inclinat, quo erecto ſtans ibidē iunctis ante pectus manibus vt prius, proſequitur vſq; ad finē. Cum dicit Ieſum Chriſtum, caput cruci inclinat. Cum dicit Et incarnatus eſt, vſque ad Homo fact⁹ eſt incluſiue, genuflectit. Cum dicit. Et vitam venturi ſeculi. Amen, producit ſibi manū dextra ſignū crucis a fronte ad pectus. ¶ In miſſa ſollēni Subdia-

conus circa finem vltimæ orationis accipit ambabus manibus librum Epiſtolarũ, deferens illũ ſupra pectus, & facta altari genuflexione ĩ medio, vadit a parte Epiſtolæ cõtra altare, & cãtat Epiſtolã, quã etiã celebrans interim ſubmiſſa voce legit: & ea cantata, Subdiaconꝰ redit ad celebrantẽ, oſculatur eius manũ, & ab eo benedicitur, præterquã in miſſis defunctorũ. Deinde idẽ Subdiaconꝰ accipit Miſſale celebrãtis, defert ad cornu Euãgelij in altare, & ibi miniſtrat celebranti: qui ſubmiſſa voce lecto Euangelio, & per Diaconũ delato libro euãgeliorũ ad altare, imponit incenſum in thuribulũ. Deinde Diaconus dicit Mũda cor meũ genuflexus ante altare, accepto libro euangeliorũ de altari, & benedictione a celebrante, oſculataque illius manu, præcedẽtibus Thuriferario & duobus Acolythis cum luminaribꝰ ſeu candelabris de credentia ſumptis, vadit cum Subdiacono a ſiniſtris ad locum Euangelij contra altare verſus populum, vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acolythos tenẽtes candelabra accenſa, dicit Dominus vobiſcum, iunctis manibus. Cum dicit Sequentia &c. ſignat librũ, frontẽ, os & pectus: poſtea ter librum incenſat, hoc eſt in medio, a dextris, & a ſiniſtris, & proſequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans ſtat iunctis manibus a cornu Epiſtolæ verſus Euãgeliũ. Quo finito oſculatur Sacerdos librũ a Subdiacono ſibi delatũ, & a Diacono ter incenſatur. Si ſit corã Prælato in ſua reſidentia, liber defertur ad Prælatũ vt ſupra, & ille incenſatur vt in Pontificali. Poſtea ſtans in medio altaris verſus crucẽ, incipit (ſi dicendũ ſit) Symbolũ, ſtãtibus poſt eũ Diacono & Subdiacono: deinde ad altare accedẽntibus, & cũ eo proſequentibus, vt dictũ eſt ad Gloria in excelſis. Si vero ſit prædicandũ, Cõcionator finito Euangelio prædicet, & ſermone ſiue concione expleta, dicatur Credo, vel ſi non ſit dicendum, cãtetur Offertoriũ. Cum vero in Symbolo cantatum fuerit. Et incarnatus eſt. Diaconus accepta burſa de credentia, eam defert eleuatã cũ ſolitis reuerentijs ad medium altaris, in quo explicat corporale, & reuertitur ad celebrantẽ. Si quãdoq; celebrans cantat miſſam ſine Diacono & Subdiacono, Epiſtolã cantat aliquis Lector ſuperpelliceo indutus, qui in fine non oſculatur manum celebrantis: Euangelium aũt cantat ipſe celebrans ad cornu Euangelij, qui & in fine miſſæ cantat, Ite miſſa eſt vel Bñdicamꝰ Dño, pro temporis diuerſitate.

De Offertorio, & alijs vſq; ad Canonẽ.

Dicto Symbolo, vel ſi non ſit dicendum, dicto Euangelio celebrans oſculatur altare in medio, & iunctis manibus ante pectus, ibidẽ a manu ſiniſtra ad dextrã vertit ſe ad populũ, & extendens ac iungens manus dicit. Dominus vobiſcũ, & iunctis manibus reuertitur per eandẽ viã ad mediũ altaris, vbi extendẽs & iungens manus, caputq; cruci inclinans; dicit Oremus, tũ iunctis vt prius manibus dicit Offertoriũ. & oĩa quæ vſq; ad finẽ miſſæ in medio altaris dicẽda ſunt, dicit ibidẽ ſtãs verſus ad altare, niſi vbi aliter ordinatur. Dicto Offertorio diſcooperit calicẽ & ad cornu Epiſtolæ ſiſtit, & amota parua palla deſuper hoſtiã, accipit patenã cũ hoſtia, & ambabus manibus vſq; ad pectus eã eleuatã tenẽs, oculis eleuatis ad deũ dicit: Suſcipe ſancte pr &c. Si fuerint aliæ hoſtiæ nõ ſuper patenã, ſed ſup corporale, vel in alio vaſe pro Communione populi conſecrandæ, calicem illum ſeu vas dextra diſcooperit, & intentionem ſuam etiam ad illas offerendas, & cõſecrandas dirigens dicit vt ſupra; Suſcipe &c. vt in Ordinario. Quo dicto, faciens ſignum crucis cum dicta patena, ponit hoſtiã ſuper corporale circa medium anterioris partis corporalis ante ſe, & patenã ad manũ dextram aliquantulũ ſubtus corporale, & cooperit purificatorio. Si autem adſit vas ſeu calix cum alijs hoſtijs, ipſum cooperit alia patena vel palla. Deinde accipit calicẽ, purificatorio extergit, & accipiens ampullã vini de manu miniſtri, ponit vinum in calicem, Deinde producit ſignum crucis ſuper ampullam aquę, & dicit Deus

qui humanæ ſubſtantiæ: imponens parum aquæ in calice proſequitur Da nobis per huius aquæ, & vini myſterium. Si vero celebrat pro defunctis: nõ facit ſignum crucis ſuper aquam, ſed imponit abſque benedictione, dicens orationem ut ſupra. Impoſita aqua in calice, & finita oratione prædicta, accipit calicem diſcoopertum, & ſtãs ante mediũ altaris ipſum ambabus manibꝰ eleuatum tenens, videlicet, cum ſiniſtra pedẽ, cum dextera autem nodũ infra cuppã, intẽtis ad deum oculis offert, dicẽs, Offerimus tibi dñe, &c. qua orõne dicta facit ſignũ crucis cũ calice ſup corporale, & ipſũ in medio poſt hoſtiã collocat, & palla cooperit. Deinde iunctis manibus ſuper altare poſitis, capite inclinato dicit ſecreto. In ſpiritu humilitatis, &c. Poſtea eleuans oculoſ manuſque expandẽs, & ſtatim iungens ante pectus (quod ſemper facit quãdo aliquid eſt benedicturus) dicit, Veni ſanctificator, &c. cũ dicit & benedic, ſignat manu dextra cõmuniter ſuper hoſtiã & calicẽ. Tunc iunctis ante pectus manibꝰ, accedit ad cornu Epiſtolæ, vbi ſtãs miniſtro aquã fundẽte lauat manus, ideſt, extremitates digitorum pollicis & indicis, dicẽs Pſalmũ, Lauabo inter innocẽtes, & Gloria patri. &c. q verſus Gloria patri, prætermittitur ĩ miſſis defunctorum, & in miſſis a Dominica de paſſione vſq; ad Sabbatũ ſanctum excluſiue.

¶ Celebrãs lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus iũctis reuertitur ad mediũ altaris, vbi ſtans oculoſq; ad Deum eleuãs, & ſtatim demittẽs manibus iunctis ſup altare, capiteq; inclinato dicit ſecreto, Suſcipe ſãcta Trinitas, &c. Quo dicto, manibꝰ hinc inde extẽſis, & ſup altare poſitis, oſculatur altare ĩ medio: tũ iunctis manibus ante pectus, demiſſiſq; oculis ad terrã, a ſiniſtra manu ad dextrã vertit ſe ad populũ, & verſus eũ extẽdẽs & iũgẽs manus, dicit voce aliquãtulũ eleuata, Orate fratres & ſecreto pſequẽs vt meũ ac veſtrũ ſacrificiũ, & pficit circulũ, reuertẽs iũctis manibꝰ ante pectꝰ a manu dextra ad mediũ altaris. Et reſpõſo a miniſtris vel circunſtantibus Suſcipiat dñs ſacrificiũ de manibꝰ tuis, &c. alioquin per ſe ipſum, dicens Sacrificium de manibus meis, ipſe celebrãs manibus ante pectus extenſis, vt fit ad orationem, ſtans in medio altaris verſus librum dicit abſolute ſine alia interpoſitione Orationem vel Orationes ſecretas: cum dicit Per dominum, iungit manus: cũ dicit Ieſum Chriſtum, caput inclinat, quod facit in prima orõne, & in vltima, ſi plures ſint dicendæ. Peruento autem in cõcluſione vltimæ ſecretæ ad verba illa Per omnia ſecula ſeculorum, excluſiue, celebrans ſtans in medio altaris depoſitis ſuper eo manibus hinc inde extenſis, dicit conuenienti, & intelligibili voce Præfationẽ. Cum dicit Surſum corda, eleuat manꝰ hinc inde extenſas vſque ad pectus. Cum dicit Gratias agamus dño, iungit manus, cum dicit Deo noſtro, cruci caput inclinat. Reſpõſo Dignum & iuſtum eſt, eleuatis & extenſis vt prius manibus, proſequitur Præfationem propriam, vel cõem, vt tps requirit. Cum dicit Sãctus, iũctis ante pectus manibus, & inclinatꝰ voce mediocri proſequitur. Cum dicit Benedictus q venit in nomine dñi, &c. ſignum crucis ſibi producit a fronte ad pectus. ¶ In miſſa ſollẽni, dicto Oremꝰ. Diaconus, & Subdiaconus accedunt ad Altare a cornu Epiſtolæ, Diaconus amouet Calicem, ſi eſt in Altari, vel ſi eſt in Credentia, vt magis decet, accipit eum de manu Subdiaconi, qui illũ de credentia cum patena, palla & velo à collo ſibi pẽdẽte coopertũ detulit, detegit & dat patenã cũ hoſtia celebranti, Subdiaconus extergit calicẽ purificatorio, Diaconus accepta ampulla vini de manu Subdiaconi, imponit vinũ in calice, Subdiaconus interĩ ampullã aquæ oſtendẽs celebrãti, dicit Bñdicite, pr reuerẽde: q facto verſus eam ſigno crucis, dicit orõnẽ, Deus q humanæ, &c. interĩ Subdiaconꝰ infundit paulũ aquæ ĩ calicẽ, Diaconus illũ celebrãti dat, & pedẽ calicis tãgens, ſeu brachiũ dextrum celebrantis ſuſtentans, cũ eo dicit Offerimus tibi domine, &c. poſtea poſitum in altari vt ſupra, palla cooperit. Sub-

diacono deinde ponit in dextera manu patenam, quã cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis, qui vadit post celebrantem ante medium altaris & ibi stat in loco conuenienti. Dicto Veni sanctificator, vt supra, celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrãte Diacono nauiculam, dicẽs Per intercessionem &c. ut in Ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi, incensat oblata, ter ducens thuribulum super calicem & hostiam simul in modum crucis, & ter circũ calicẽ & hostiam, scilicet bis à destra ad sinistrã, & semel à sinistra ad dextram, dispensans uerba in qualibet incẽsatione hoc modo. In prima incensatione Incensum istud. In secunda à te benedictum. In tertia ascendat ad te domine. In quarta & descendat super nos. In quinta & sexta misericordia tua. Deinde incensat altare vt supra dicẽs Dirigatur dñe oratio mea, &c. & cum incensatur crux, Diaconus amouet calicem ad partem Epistolæ, & incensata cruce reponit in loco suo, vt in Ordinario. Cum reddit thuribulum Diacono, dicit Accẽda in nobis, &c. Et incensatur ab eo: postea Diaconus incensat Chorum, & postremo Subdiaconum tenentem patenam, & ipse Diaconus incensatur à Thuriferario, & Thuriferarius postea incensat populum. Cum dr̃ Præfatio, Diaconus & Subdiaconus stant retro post celebrantem: & paulò antequam dicatur Sanctus, accedunt ad altare, vbi cum celebrante hinc inde dicunt Sanctus, & q̃ sequuntur vsque ad Canonem. Deinde Diaconus accedit ad sinistram celebrãtis, ei assistens dum dicitur Canon. nisi alius Sacerdos assistat; Subdiaconus vero tunc stat post celebrantem.

¶ De Canone missę, vsque ad consecrationem.

Finita Præfatione vt supra, celebrãs stans ante medium altaris, versus ad illud, aliquantulum eleuat manus, oculisq; eleuatis ad Deũ, & sine mora deuote demissis, ac manib⁹ iũctis, & super altare positis, profunde inclinatus incipit Canonẽ: secreto dicẽs: Te igitur, &c. vt in Ordinario. Cum dicit, vti accepta habeas & bñdicas prius osculatur ante se altare, deinde erigit se, & stat iunctis manibus ante pectus. Cum dicit. Hæc dona ✠ hæc munera ✠ hæc sancta sacrificia ✠ dextra manu signat ter communiter super hostiam & calicem. Deinde extensis manibus ante pectus, prosequitur In primis quæ tibi offerimus, &c. Vbi dicit vnà cũ famulo tuo Papa nostro N. exprimit nomen Papæ: se de autem vacante verba prædicta omittuntur: vbi dicitur, & Antistite nostro N. specificatur nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarij in ꝓpria Diœcesi, qui si est vita functus, prædicta verba ommittuntur. Si celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omissis prædictis verbis, eorũ loco dicit. Et me indigno seruo tuo. Si vero celebrans est Papa, omissis verbis, vnà cum famulo tuo Papa nostro N. Antistite nostro N. dicit vnà cum me indigno famulo tuo, quẽ gregi tuo præesse voluisti. Et continuant omnes vt se quitur. Et omnibus orthodoxis. &c. Cũ dicit Memento domine, eleuans & iungẽs man⁹ vsq; ad faciẽ vel pectus, sic iũctis manibus stat paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite, faciẽs commemorationẽ viuorũ Christi fidelium ad suã voluntatẽ, quorũ nomina si vult secreto cõmemoret: non tñ necesse est ea exprimere, sed mẽte tm̃ eorũ memoriã hẽat. Põt ẽt celebrãs si pro pluribus orare intẽdit, ne circũstãtib⁹ sit morosus, ante missam in aïo proponere sibi oẽs illos tã viuos q̃ defunctos, pro qbus in ipsa missa orare intendit, & hoc loco gñaliter vno cõtextu ipsorũ virorũ cõmemorationẽ agere, ꝓ qb⁹ ante missã orare ꝓposuit in missa. Cõmemoratione viuorum facta, demissis & extẽsis vt prius manib⁹, cõtinuat. Et omnium circumstantium, &c. Similiter stãs ꝓsequitur Communicantes. Cum dicit Iesu Christi, caput cruci inclinat: in conclusione quando dicit Per eunde. iungit manus. Cum dicit Hanc igitur oblationem, expãdit manus simul sup oblata, ita vt palmæ sint apertæ versus ac supra calicem & hostiam, quas sic tenet, vsque ad illa verba Per Christum dominũ nostrũ, tunc enim iũgit manus, & sic prosequitur. Quam oblationẽ tu deus in omnibus quęsumus & cũ dicit benedictã, ad scriptam, ratã cõiter signat ter super hostiam, & calicẽ simul. Deinde cũ dicit, vt nobis corpus separatim signat semel sup hostiã tantũ: & cũ dicit & sanguis semel sup calicẽ tantũ, deinde eleuans & iungens manus ante pectus, ꝓsequitur, fiat dilectissimi filij tui dñi nostri Iesu Christi: inclinans caput cruci, si opus fuerit extergit pollices, & indices super corporale, & dicit secreto vt prius. Qui pridie quã pateretur: & accipiens pollice & indice dextrę man⁹ hostiã, & eã cũ illis, ac indice & pollice sinistrę manus tenẽs, stãs erectus ante mediũ altaris, dicit, Accepit panem in sanctas, ac venerabiles man⁹ suas eleuãsq; ad cœlũ oculos, & statĩ demittẽs dicit, & eleuatis oculis in cęlũ ad te Deũ patrem suum omnipotentẽ, caputq; aliquantulũ inclinans dicit tibi gratias agens & tenens hostiã inter pollicẽ, & indicẽ sinistræ manus, dextra producit signum crucis super eam dicens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicẽs, Accipite & manducate ex hoc omnes. Si adsit vas cum alijs hostijs consecrandis, discooperit manu dextra calicem, seu vas aliarum hostiarũ, & cubitis sup altare positis, stans capite inclinato, distincte, reuerenter, & secreto profert verba consecrationis super hostiam, & simul super omnes, si plures sint consecrandæ, & hostiam suam pollicibus & indicibus tantum tenens, attente, deuote, & continuate profert verba cõsecrationis, Hoc est enim corpus meũ. Quibus prolatis celebrans tenens hostiam inter pollices, & indices prædictos sup altare, reliquis manuum digitis extẽsis & simul iunctis (& hostiis si plures sint consecratæ, in loco in quo a principio missæ sunt positę sup corporali, vel alio vase, vel calice dimissis) genuflexus eã adorat. Tunc se erigens, quantum commode potest, eleuat in altum hostiam, & intentis in eam oculis (quod & in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandam, & mox ipsam reuerenter super corporale reponit in eodem loco vnde eam leuauit, & deinceps pollices, & indices non disiungit, nisi quando hostiam consecratam tangere vel tractare debet, vsq; ad ablutionem digitorum post communionem. Reposita hostia consecrata super corporali genuflexus usque ad terram ipsam veneratur, si adsit vas aliarum hostiarum patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat hostiam accẽso prius intorticio minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores planetæ, ne ipsum celebrantem impediat in eleuatione brachiorum quod & facit in eleuatione calicis. Celebrans adorato Sacramento surgit, & discooperit calicem in quem, si opus sit, extergit digitos, quod semper faciat, si aliquod fragmentum digitis adhæreat, & stans erectus dicit, Simili modo postquam cenatum est, & ambabus manibus accipiens calicẽ iuxta nodum infra cuppam, aliquantulumque eleuans, & statim deponens dicit accipiens & hunc pręclarum calicẽ &c. cum dicit benedixit sinistra calicẽ infra cuppam tenens, dextra signat sup eum, & prosequẽs, deditque discipulis suis, &c. ambabus manibus tenens calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super altare positis, & capite inclinato, profert secreto & deuote vt supra verba consecrationis sanguinis: Hic est enim calix, &c. Quibus dictis reponit calicẽ super corporale & dicens, Hæc quotiescunq; feceritis, &c. genuflexus sanguinem reuerenter adorat. Tum se erigit, & accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum, & erectum, quantum commode potest, ostendit populo adorãdum: mox ipsum reuerenter reponit sup corporale in locũ pristinum, & manu dextra palla cooperit, ac genuflexus Sacramentum veneratur. In Missa sollemni cum celebrans dicit, Quam oblatione, &c. Diaconus accedit ad dexteram celebrantis, & ibi in superiori gradu altaris

ris genuflexus, cum Sacramentũ eleua-
tur, fimbrias planetæ eleuat, & qñ opꝰ
eſt, ſe erigens, calicẽ cooperit, & diſco-
operit, & cum celebrante genuflectit.
Repoſito calice, Diaconus redit ad li-
brum, niſi alius aſſiſtat.

¶ De Canone poſt Conſecrationẽ vſq; ad Orationem Dominicam.

REpoſito calice, & adorato, celebrãs
ſtans ante altare, extenſis manibus
ante pectus, dicit ſecreto, Vnde & me-
mores. & cum dicit, Hoſtiam ✠ purã:
Hoſtiam ✠ ſanctam: Hoſtiam ✠ imma
culatam, manu dextera ſignat ter com
muniter ſuper hoſtiam & calicem, &
ſemel ſuper hoſtiam tantum, & ſemel
ſuper calicem tantum dicẽs panem ✠
ſanctum vitæ æternæ, & calicem ✠ ſalu
tis perpetuæ: deinde ſtans vt prius, ex-
tenſis manibus proſequitur, Supra quę
propitio, &c. Cum dicit Supplices te
rogamus &c. inclinat ſe ante medium
altaris, manibus iunctis ſuper illo poſi-
tis: cum dicit, ex hac altaris paticipatio
ne, oſculatur altare: cum dicit, ſacro-
ſanctum filij tui iungit manus: & dexte
ra ſignat ſemel ſuper hoſtiam tantum,
& ſemel ſuper calicem dicens, Cor ✠
pus & ſan ✠ guinem ſumpſerimus: &
cum dicit, omni benedictione cœleſti,
ſeipſum ſignat à fronte ad pectus ſigno
crucis, & proſequitur, & gratia replea-
mur. Cũ dicit, Per eundem, iungit ma
nus. Cum dicit, Memento Domine fa
mulorum famularumque tuarum, ſta
tim extenſis & iunctis manibus ante pe
ctus, vel vſque ad faciẽ eleuatis, & intẽ-
tis oculis ad Sacramentũ ſuper altare,
facit cõmemorationẽ fideliũ defuncto
rũ, de quibus ſibi videtur, eodẽ modo,
vt dictũ eſt de cõmemoratione viuorũ.
Qua cõmemoratione facta, ſtãs vt priꝰ
extenſis manibus proſequitur, ipſis do
mine, & omnibus in Chriſto &c. & in
fine ad Per eundem, iungit manus, &
caput inclinat. Cum dicit Nobis quo-
que peccatoribus, vocem aliquantulũ
eleuat, & dextra manu pectus ſibi ꝑcu-
tit, & ꝓſequit̃ ſecreto famulis tuis, &c.
ſtans vt prius. Cum dicit Per Chriſtum
Dominum noſtrum: per quẽ hæc om-
nia Domine ſemper bona creas, iungit
manus ante pectꝰ: deinde manu dextra
ter ſignans cõmuniter ſuper hoſtiã &
calicem dicit, San ✠ ctificas, viui ✠ fi-
cas, bene ✠ dicis, & præſtas nobis: Po-
ſtea diſcooperit manu dextra calicem,
& genuflexus reuerentiã facit Sacramẽ
to. tum ſe erigit, & reuerenter accipit
hoſtiam inter pollicẽ & indicem dextrę
manus, & cum ea ſuper calicem, quem
manu ſiniſtra tenet circa nodum infra
cuppam, ſignat ter a labio ad labiũ, di-
cens, Per ✠ ipſum, & cum ✠ ipſo, & in
ipſo Et cum hoſtia bis inter ſe & cali-
cẽ a labio calicis incipiẽs ſignat dicens,
eſt tibi deo pa ✠ tri omnipotenti, in vni
tate ſpiritus ✠ ſancti. Deinde tenẽs ma
nu dextra hoſtiam ſuper calicem, ſini-
ſtra calicem, eleuat eum aliquãtulum
ſimul cum hoſtia dicẽs, Omnis honor
& gloria & ſtatim vtrumque deponẽs,
hoſtiã collocat ſuper corporali, & ſi o-
pus ſit, digitos extergit, vt ſupra, ac pol
lices & indices vt prius iungens, calicẽ
palla cooperit, & genuflexus vſque ad
terram Sacramẽtum veneratur. In miſ
ſa ſollemni cũ celebrans dicit Per quẽ
hæc omnia, &c. Diaconus facta Sacra-
mento genuflexione, accedit ad dextrã
celebrantis, & quando opus eſt, diſco-
operit calicem, & cum celebrante ado-
rat: ſimiliter cooperit, & iterũ genufle-
ctit: Poſtea vadit retro poſt celebrantẽ,
vbi ſtat, dum dicitur oratio Dominica.

¶ De Oratione Dominica, & alijs vſq; ad factam Communionem.

CElebrans cooperto adoratoq; ca-
lice, erigit ſe, & manibus extenſis
hincinde ſuper altare poſitis, dicit in-
telligibili voce: Per omnia ſecula ſecu-
lorũ, &c. Cũ dicit, Oremus, iungit ma
nus, caput Sacramẽto inclinans. Cũ in-
cipit, Pater noſter extendit manus, &
ſtans oculis ad Sacramentũ intentis, ꝓ-
ſequitur vſq; ad finẽ. Reſponſo a mini-
ſtro, Sed libera nos a malo & a celebrã
te, Amẽ. manu dextra, pollice & indice
non diſiunctis, patenã aliquantulũ pu-
rificatorio extergens, eã accipit inter in
dicẽ & mediũ digitos, quã tenens ſuper
altare erectã, dicit ſecreto Libera nos

quæſumꝰ, &c. Antequã celebrãs dicat,
Da propitius pacẽ, eleuat manu dextra
patenã de altari, & ſeipſum cũ ea ſignat
a fronte ad pectus: dicens Da propitius
pacem in diebus noſtris, patenam ipsã
oſculatur, & proſequens vt ope miſeri-
cordiæ tuæ, &c. ſubmittit patenam ho-
ſtiæ, quã indice ſiniſtro accõmodat ſu-
per patenã, diſcooperit calicẽ, & genu-
flexus in terra ſacramentũ adorat: tum
ſe erigens, accipit hoſtiã inter pollicem
& indicem dextræ manus, & cũ illis, ac
pollice, & indice ſiniſtræ manus eã ſuꝑ
calicẽ tenẽs, reuerẽter frangit ꝑ mediũ
dicẽs Per eundẽ dñm noſtrũ Ieſũ Chri
ſtũ filiũ tuũ & mediã partẽ quã ĩter pol
licẽ, et ĩdicẽ dextræ manꝰ tenet, ponit ſu
ꝑ patenã: de alia media, quã ſiniſtra ma
nu tenet, frangit cũ pollice & indice de-
xtræ manus particulã proſequens Qui
tecum viuit & regnat, &c. Quã inter ip-
ſos dextræ manus pollicẽ & indicẽ reti-
nẽs, partẽ maiorẽ, quam ſiniſtra tenet,
adiungit mediæ ſuper patenã poſitæ in
terim dicens, in vnitate Spiritus ſancti
deus & particulã hoſtiæ, quã in dextra
manu retinuit, tenẽs ſuꝑ calicẽ quẽ ſini
ſtra ꝑ nodũ infra cuppã retinet, intelli-
gibili voce dicit. Per omnia ſecula ſecu
rũ. ℞. Amẽ, & cũ ipſa particua ſignãs
ter a labio ad labiũ calicis dicit Pax dñi
ſit ſemper vobiſcũ, Reſponſo ꝑ mini-
ſtrum Et cũ ſpiritu tuo, particulã, quã
dextra manu tenet, ponit in ſanguinem
dicẽs ſecreto Hæc cõmiſtio & cõſecra-
tio corporis, &c. Deinde pollices & in-
dices ſuper calicẽ aliquantulũ tergit &
iungit, calicẽ palla cooperit, & genufle-
xus Sacramentũ adorat, ſurgit, & ſtans
iunctis manibus ante pectus, capite in-
clinato verſus Sacramentũ, dicit intelli
gibili voce Agnus dei qui tollis pecca-
ta mundi, & dextra percutiens ſibi pe-
ctus dicit, miſerere nobis, quod & ter-
tio facit, cum dicit dona nobis pacem.
Tũc manibus iunctis ſuꝑ altare poſitis,
oculiſq; ad ſacramẽtũ intẽtis inclinatꝰ
dicit ſecreto Dñe Ieſu Chriſte &c. Qua
orõne finita, ſi eſt daturus pacẽ, oſculat̃
altare ĩ medio, & ei ſtatim inſtr̃m pacis
porrigat̃ a miniſtro iuxta ipsũ ad dextrũ
hoc eſt ĩ cornu Epiſtolæ genuflexo & di
cit Pax tecũ Si nõ adſit q hmõi ĩſtr̃o pa
cẽ recipiat a celebrãte, pax nõ datur, ẽt
ſi illius datio miſſę ꝯueniat, nec oſculat̃
altare, ſed dicta præmiſſa orõne ſtatim
ſubiungit alias orõnes vt in ordinario.
Si vero celebret pro defunctis, non per
cutit pectus ad Agnus dei, quia dicit,
dona eis requiẽ, nec dicit primã orõnẽ,
Dñe Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apl̃is tuis,
&c. Non dat pacem, ſed dicit alias duas
ſequentes Orationes, Dñe Ieſu Chriſte
fili Dei viui, & Perceptio corporis tui.
Quibus Orationibus dictis, genuflectẽs
Sacramentum adorat, & ſe erigẽs dicit
ſecreto, Panem cęleſtem accipiã. Quo
dicto dextra manu accipit de patena re
uerenter ambas partes hoſtiæ, & collo-
cat inter pollicem & indicem ſiniſtræ
manus, quibus patenam inter eũdem
indicẽ, & mediũ digitos ſupponit, & ea
dẽ manu ſiniſtra tenẽs, partes hmõi ſu
per patenã inter pectus & calicẽ parũ
inclinatus, dextra tribus vicibus percu
tit pectus ſuũ, interim ẽt tribus vicibus
dicẽs voce aliquãtulũ eleuata, Dñe non
ſũ dignꝰ, & ſecreto ꝓſequitur Vt intres
&c. Quibus tertio dictis ex ſiniſtra acci-
pit ambas partes p̃dictas hoſtiæ ĩter pol
licẽ, & indicẽ dextræ manus & cũ illa
ſupra patenã ſignat ſeipsũ ſigno crucis
dicẽs Corpus Dñi nr̃i Ieſu Chriſti cuſto
diat aĩam meã ĩ vitã æternã. Amẽ, & ſe
ĩclinãs reuerẽter eaſdẽ ambas partes ſu
mit, qbꝰ sũptis deponit patenã ſuꝑ cor
porale. & erigens ſe iũctis indicibus, &
pollicibus ambas quoq; manꝰ ante fa
ciẽ iũgit, & aliquãtulũ quieſcit in medi
tatione ſãctiſſimi Sacr̃i. Deinde depoſi-
tis manibꝰ dicit ſecreto, Quid retribuã
dño ꝓ oĩbꝰ q̃ retribuit mihi: & diſcooꝑ
to calice genuflectit, ſurgit, accipit pate
nã, & eã diligẽter cũ pollice & ĩdice dex
træ manus ſuꝑ calicẽ extergit, & ipſos
digitos ne quid fragmẽtorum in eis re
maneat. Si vero adſint hoſtiæ conſecra
tæ ſuper corporale poſitæ ꝓ alio tꝑe cõ
ſeruãdę, facta priꝰ genuflexione reponit
eas in vas ad hoc ordinatũ, & diligen-
ter aduertit, ne aliquod fragmentum,
quantumcunq; minimum, remaneat

super corporale: quod si fuerit, accurate reponit in calicē: post extersionē patenæ iunctis pollicibus, & indicibus iterū genuflectit sacramento: surgit & calicē dextera manu infra nodum cuppæ accipit dicens, Calicem salutaris, &c. Et signans se signo Crucis cum calice dicit, Sanguis Domini nostri, &c. Et manu sinistra supponens patenam calici, stans reuerenter sumit totum sanguinem cū particula in calice posita. Quibus sumtis dicit secreto. Quod ore sumpsimus, &c. Postea super altare porrigit calicē ministro, in cornu Epistolę, quo vinum fundente, se purificat: deinde vino & aqua abluit pollices, & indices super calicē, quos abstergit purificatorio interim dicēs, Corpus tuum domine quod sumpsi, &c. Ablutionem sumit &, extergit os & calicem purificatorio, quo facto purificatorium extendit super calicem, & desuper patenam, ac super patena paruam pallam, & cooperit velo, plicat corporale, & reponit in bursam, quam ponit super calicem, & collocat super altare vt prius. ¶ Si qui sunt communicandi in missa, eos communicet antequam sumat purificationem. Quibus communicatis dicit, Quod ore sūpsimus domine, &c. Et deinde se & eos qui communicarunt purificans dicit, Corpus tuum domine quod sumpsi, & alia facit vt supra. ¶ In missa sollemni Diaconus stans retro post celebrantem, cū in oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita nostra. facta ibidem genuflexione altari vadit ad dextram celebrantis, & Subdiaconus circa finē orationis Dominicę reuertitur ad altare, & porrigit patenam Diacono, qui eam discooperit, & eam purificatorio abstergens dat celebranti, illius manum osculando, & quādo opus est, discooperit, & cooperit, & cum celebrante adorat calicem. Cum dicitur, Pax domini, &c. Subdiaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione, vadit ad sinistram celebrātis, & simul dicunt, Agnus dei: deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit post celebrantem. Diaconus vero a dextris expectat pacem, & cum celebrans osculatur altare, & ipse se erigēs simul osculatur altare, & a celebrante complexus accipit pacem, respondens ei, Et cum spiritu tuo. Postea iterum Sacramento in altari adorato, vertit se ad Subdiaconum retro post celebrātem, qui similiter a Diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus Acolytho vadit ad Chorum, & dat similiter pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, & reuersus ad altare dat pacem Acolytho, qui ipsum comitauerat, qui & alijs Acolythis circa altare dat pacē: deinde vadit ad dexteram celebrantis, & quando opus est, discooperit calicē, accipit ampullam vini, & infundit quā do celebrans vult purificare. In Missa Pontificali, assistens accipit & defert pacem, vt in Pōtificali habetur. Si in Missa sollemni fiat communio, omnia fere uentur, vt supra, sed prius communicet Diaconum & Subdiaconum, & alios per ordinem: & dum prædictos communicat, a Choro cātetur communio.

¶ De communione, & Orationibus postcommunionem dicendis.

CElebrante purificato, dum calicē collocat in altari, liber Missalis defertur per ministrum ad cornu Epistolæ, & collocatur vt in Introitu. Deinde celebrans stans legit Antiphonam quę dicitur Cōmunio: qua lecta, iunctis manibus ante pectus, vadit ad medium altaris, & eo osculato, vertit se ad populum & dicit, Dominus vobiscum redit ad librum, dicit orationes Postcōmunionē, eisdē, modo, numero, & ordinē vt supra dictæ sunt Collectæ. Quibus dictis; iungēns manus ante pectus, reuertitur ad medium altaris, & eo osculato vertit se ad populum, & dicit vt supra, Dominus vobiscum. Quo dicto, stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit, si dicendum est: Ite missa est. Quo dicto per eandem viam reuertitur ad altare. Si vero non sit dicēdum dicto Dominus vobiscum reuertitur eodem modo per eandem viam ad medium altaris, vbi stās versus ad illud iū-

iunctis ante pectus manibus dicit, Benedicamus dno. In missis autem defunctorum eodem modo stans dicit, Requiescāt in pace. In Quadragesima autē a feria Quarta Cinerum vsque ad feriam Quartā maioris Hebdomadæ, in feriali officio postquā celebrans dixit orationes post communionem cū suis solitis cōclusionibus, antequam dicat, Dominus vobiscum, stans in eodem loco ante librum dicit Oremus. Humiliate capita vestra deo. & extensis manib⁹ subiungit eadē voce orationem super populū ibidē positam: qua finita osculatur altare, & vertens se ad populū dicit, Dominus vobiscū, & alia vt supra. In missa sollēni Diaconus defert librū Missalis ad cornu Epistolę, postea vadit retro post celebrantem: Subdiaconus vero vadit ad cornu Euangelij: vbi calicem mundat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in bursam, & illam ponit super calicē coopertū velo, quem collocat in altari vel super credentia vt prius: postea redit ad locum suum retro post Diaconum, qui cū dicit, Ite missa est, cum celebrante vertit se ad populum: & in Quadragesima dicto per celebrantē Oremus. Diaconus vertēs se ad populum iunctis manibus dicit vt supra, Humiliate, &c. quo dicto vertit se versus altare a tergo celebrantis, & celebrās dicit orationem super populum.

¶ De Benedictione in fine missæ, & Euangelio Sancti Ioannis.

DIcto Ite missa est vel Benedicamus domino, vt supra, Celebrans ante medium altaris stans iunctis manibus super altare, & capite inclinato, dicit secreto, Placeat tibi sancta Trinitas, &c. quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positis, ipsum in medio osculatur, tum erigens se adhuc stans versus illud, extendit, eleuat, & iungit manus, caputq; cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotes deus: & iūctis manibus, ac demissis ad terrā oculis, vertens se ad populū extēsa manu dextra, iunctisq; digitis semel benedicit populo, dicēs Pater, & filius, & spiritus sanctus: & circulū perficiēs reuertitur ad cornu Euāgelij, vbi dicto Dominus vobiscū, ℞. Et cū spiritu tuo, pollice dextro signans primū signo crucis altare seu librū, deinde frontem, os & pectus, dicit Initium sancti euangelij secundum Ioannē, vel Sequentia sancti euangelij, vt dictum est in rubricis generalibus, & ℞. Gloria tibi dñe, iunctis manibus legit Euangelium In principio, vel aliud vt conuenit. Cum dī. Et verbum caro factum est genuflectit, & surgens prosequitur vt prius vsq; ad finem. Si celebrans in altari vertit faciē versus populum, non vertit se, sed stans vt erat, bñdicit populū vt supra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu Euāgelii, & dicit Euangelium sancti Ioānis. Si celebrauit coram summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolicæ, Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in prouincia, ciuitate, vel diœcesi sua existente, celebrans dicto Placeat tibi sancta Trinitas, &c. dicit Bñdicat vos omnipotens deus, &c. cōuertens se ad summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero, Legatum, vel Prælatum suum, capite inclinato quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur Pater, & filius, & spiritus sanctus, benedicens astantes a parte vbi nō adest Pōtifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælatus prædicti. Si autem celebrauit corā Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo extra eorum titulum, ecclesiā, prouinciam, ciuitatem vel diœcesim constitutis, eis absque alio respectu vt cæteris qui intersunt more consueto benedicit. Si autem celebrauit pro defunctis, dicto Placeat tibi sancta Trinitas, vt supra, accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium sancti Ioannis, prætermissa benedictione, quæ in missis defunctorum non datur. Finito Euangelio in fine missæ, si celebrauit coram summo Pontifice, Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, in eorum residentijs, ecclesia, vel loco iurisdictionis eorum, couuertit se ad illum corā quo ex prædictis celebrauit, & facit reuerentiam conuenientem. Si non cele-

brauit, & facit reuerentiam conuenientem. Si non celebrauit coram aliquo prædictorum, huiuſmodi reuerentiam prætermittit. Quibus omnibus abſolutis, extinguuntur per miniſtrum candelæ: interim Sacerdos cooperto capite accipit ſiniſtra calicem, dextram ponẽs ſuper burſam ne cadat, deſcendit ad infimum gradum altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud, caput inclinat: & facta reuerentia, præcedente miniſtro, eo modo quo venerat redit ad Sacriſtiã, interim dicens. Antiphonam, Trium puerorum. & canticum, Benedicite. Si vero ſit dimiſſurus huiuſmodi veſtes ante altare vbi celebrauit, finito Euangelio prædicto, ibidem deponit veſtes, & dicit Antiphonam prædictam Triũ puerorum, cum cantico, & alijs orationibus, vt ſuo loco ponuntur. Dicto Euãgelio ſecundum Ioannem, vel alio vt ſupra, celebrans diſcedit cum miniſtris ordine quo venerat.

¶ De his quæ omittuntur in miſſa pro Defunctis.

IN miſſa pro defunctis ante confeſſionem non dicitur pſalmus, Iudica me Deus: Sed pronunciata Antiph. Introibo ad altare dei. & reſpõſo a miniſtro, ad deum qui lętificat, &c. dicitur ℣. Adiutorium noſtrum & Confeſſio, cum reliquis vt ſupra. Cum celebrans ad altare incipit, introitum non ſignat ſe, ſed manu dextera extenſa, facit ſignum crucis ſuper librum, quaſi aliquẽ benedicens. Non dicitur, Gloria patri, ſed poſt pſalmum repetitur, Requiem æternam, nec Gloria in excelſis, nec Alleluia, nec Iube domne benedicere, nec Dominus ſit in corde meo: nec oſculatur librum in fine. Non dicitur Credo, non benedicitur aqua in calicem fundenda, ſed dicitur, Deus qui humanæ ſubſtantiæ, &c. Cum lauat manus, non dicitur Gloria patri, in pſalmo Lauabo inter innocentes. Ad Agnus dei nõ dr̃ miſerere nobis, cuius loco dr̃ dona eis requiem, nec tertio, dona nobis pacẽ, cuius loco dicitur dona eis requiẽ ſempiternam: non dicitur prima oratio ante communionem, ſcilicet, Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. nec datur pax. In fine non dicitur Ite miſſa eſt, nec Benedicamus domino, ſed Requieſcãt in pace. Et non datur benedictio: ſed dicto Placeat, dicitur vt ſupra, In principio erat verbũ, &c. Alia omnia vt in alijs miſſis.

¶ In miſſa ſollemni non incenſatur altare ad Introitum, & Subdiaconus finita Epiſtola, non oſculatur manum celebrantis, nec benedicitur Diaconus, qui nõ petit benedictionem, nec oſculatur celebrantis manum: non tenentur luminaria ad Euangelium, ſed duo tantũ Acolythi ſine candelabris tenent medium Subdiaconum, tenentem librum Euangeliorum. Non incenſatur liber, nec in fine celebrans: nec defertur liber Euangeliorum oſculandus: oblata, & altare incenſantur vt ſupra: incenſatur ſolus celebrans, & nõ incenſantur alij. Subdiaconus non tenet patenam poſt celebrantem: ſed tempore eleuationis Sacramenti illud incenſat.

¶ Finita miſſa, ſi facienda eſt abſolutio, celebrãs retrahit ſe ad cornu Epiſtolę, vbi exuitur caſula, & depoſito manipulo, accipit pluuiale nigrũ: Subdiaconus medius inter duos Acolythos deferentes candelabra accenſa, defert crucem ſicut in proceſſionibus, præcedentibus duobus alijs Acolythis, vno cum thuribulo & nauicula, alio cum aqua benedicta & aſperſorio, ſequitur celebrãs & Diaconus à ſiniſtris. Subdiaconus cum cruce ſiſtit ſe in loco parato ad caput contra altare medius inter dictos Acolythos deferentes luminaria: celebrans vero ex alia parte verſus altare: à ſiniſtris Diaconus, & alij duo Acolythi deferentes vas aquæ benedictæ, & thuribulũ. Interim cãtatur ℟. Cum dicitur Kyrie eleiſon, celebrans ponit incenſũ in thuribulũ miniſtrante Diacono nauiculam. Incœpto Pater noſter, accipit aſperſorium de manu Diaconi, & facta altari reuerentia, comitante Diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorẽ pluuialis, aſpergit circuens locum paratum: cum tranſit ante crucem profunde inclinat, Diaconus vero genuflectit:

& rediens ad priſtinum locum, de manu eiuſdem Diaconi accipit thuribulũ; & eodem modo quo aſperſerat, incenſat. Poſtremo Diacono tenente librum orat iunctis manibus dicens Et ne nos, & vers⁹ A porta inferi, cũ aliis, & Orationem Abſolue quæſumus domine, &c. vt in Proprio Miſſarum pro defunctis, & poſt eam dicens Requiem æternam, dona eis domine. facit crucẽm manu dextra ſuper locum paratum, & dicto per Cantores Requieſcant in pace, præcedente Cruce redit cum aliis ad Sacriſtiam.

¶ De his quæ clara voce aut ſecreto dicenda ſunt in Miſſa.

IN miſſa priuata clara voce dicuntur Antiphona & Pſalmus, ad Introitũ Confeſſio, & q̃ ſequuntur excepta orõne Aufer a nobis, & Oramus te domine per merita ſanctorum tuorum, &c. Itẽ Introitus, Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis, Epiſtola, Graduale, Euangeliũ, Credo, Offertoriũ, Præfatio, Nobis quoque peccatoribus, ſolum hæc tria verba. Item Per omnia ſecula ſeculorum, &c. cum Pater noſter, Pax domini, Agnus dei, Domine non ſum dignus, Cõmunio, Poſtcommunio, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino, vel Requieſcant, Euangelium In principio. Alia omnia dicuntur ſecreto. In miſſa ſollemni clara voce a celebrante dicũtur quando intonatur Gloria in excelſis, & Credo, Dominus vobiſcum, Oremus, ante Offertorium Præfatio, Pater noſter, & Oratio poſt communionem. Alia omnia a celebrante dicuntur ſecreto in miſſa ſollemni.

¶ De hora celebrandi Miſſam.

MIſſa priuata ſaltem poſt Matutinum quacũq; hora ab aurora vſque ad meridiem dici poteſt. Miſſa aũt Conuentualis & ſollemnis, ſequenti ordine dici debet. In feſtis duplicibus & ſemiduplicibus, in Dominicis, & infra octauas, dicta in choro Hora tertia. In feſtis ſimplicib⁹ & feriis per annum dicta Sexta. In Aduentu, Quadrageſima, Quatuor Temporibus, & vigilijs quæ ieiuuãtur, dicta Nona. Miſſa aũt defunctorum dici dẽt poſt Matutinum, & Primam diei, & vbi dicuntur eorũ vigiliæ, mane poſt Matutinũ diei, dictis huiuſmodi vigiliis cum Laudibus, immediate dici poteſt miſſa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi miſſam conuentualem, miſſæ in nocte Natiuitatis Domini, q̃ ſuo loco dicuntur, Miſſa, ſcilicet, Conuentualis prima poſt mediam noctem, ſecunda poſt Laudes, & Primam, tertia poſt Tertiam, vel vbi aliter ex diſpenſatione Apoſtolica diſponatur.

¶ De ordine ſedendi, ſtandi, & genuflectendi in Miſſa ſollemni.

IN miſſa ſollemni celebrans medius inter Diaconum, & Subdiaconum ſedere poteſt a cornu Epiſtolæ iuxta altare, cum cantatur Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis, & Credo. alio tempore ſtat ad altare, & genuflectit quãdo oportet vt ſupra: Item genuflectit quando legitur Euangeliũ. In principio ad illa verba & verbum caro factum eſt, & Euangelium Cum natus eſſet Ieſu ad illa verba & procidentes adorauerunt eũ. Itẽ Euangelium feriæ iiij, poſt Dominicã quartam Quadrageſimæ, ad illa verba in fine & procidens adorauit eum. Et cum Diaconus cantat illa verba, ipſe verſus librum, celebrans & circunſtantes verſus altare genuflectunt. Subdiaconus vero tenens librum, & Acolythi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit Dñica Palmarum, & in Miſſis de cruce ad illa verba in Epiſtola, In nomine Ieſu, omne genuflectatur., & ad Paſſionem quando Chriſtus expirauit, vt in ſuis locis ponitur. Itẽ genuflectit celebrans priuate celebrans cum dicit, Flectamus genua, non autem cum ſollemniter celebrat, ſed Diacon⁹, & Subdiaconus, & circunſtantes. Item celebrans & miniſtri genuflectunt, cum dr̃ in Quadrageſima Adiuua nos deus. Item cum dicitur in miſſa Spiritus ſancti. Veni ſancte Spiritus reple, &c. Item qñ legitur Paſſio, ad illa verba, expira- & qñcunq; fiũt genuflexiones vt ſupra. Circunſtãtes aũt in miſſis priuatis

ſemper genu flectunt, præterquam ad
Euangelium. In ſollemnibus autem ge
nuflectitur ab ijs qui non ſunt Prælati
ad Cenfeſſionem cũ ſuo pſalmo, & ab
omnibus quando eleuatur Sacramen-
tum, ſed dũ cantatur. Introitus, Gloria
in excelſis, Epiſtola, Graduale, Credo,
Offertorium, & facta Communione
dum cantatur Communio ſedetur, in
alijs ſtatur. In miſſis feriarum Aduen-
tus, Quadrageſimæ, Vigiliarum quæ ie
iunantur & Quatuor Temporum, ac
in miſſis defunctorum circunſtãtes ge-
nuflectunt ad Confeſſionem, cum ſuo
pſalmo, ad Orationes, dicto per cele-
brãtem Sanctus, vſque ad Pax domini,
& ad Poſt communionem, excepta vi-
gilia Paſchæ & Pentecoſtes, ac Natiui-
tatis Domini.

DE COLORIBVS ET qualitate paramentorum.



Aramenta Altaris, celebrã-
tis, & miniſtrorum ſint co-
loris conueniẽtis officio &
miſſæ diei, ſecũdum vſum
Romanæ Eccleſiæ: quę quĩ
que coloribus vti conſueuit, albo, ru-
beo, viridi, violaceo, & nigro.

¶ Albo colore vtitur a veſperis vigiliæ
Natiuitatis Domini vſque ad octauam
Epiphanię incluſiue, exceptis feſtis Mar
tyrum, quæ infra eam veniunt: Feria v.
in Cœna Domini, & Sabbatho ſancto
in officio miſſæ, & ab illo die vſque ad
ſabbathum Pentecoſtes excluſiue: in
officio de tempore, præterquam in miſ
ſa Litaniarum. & Rogationum. In feſtis
beatæ Mariæ, & per eius octauas, prę-
terquam in benedictione candelarum,
& proceſſione, quæ fit in feſto Purifica
tionis eiuſdem. Item in eius miſſis voti
uis. In miſſa ſanctæ Trinitatis. In feſto
Corporis Chriſti. In feſtis Angelorum.
In feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ. In feſto
Omniũ ſanctorum. In principali feſto
ſancti Ioannis Euangeliſtæ, quod cele-
bratur infra octa. Natiuitatis. In vtraq;
Cathedra ſancti Petri. In Conuerſione
ſancti Pauli. In feſto ſancti Petri ad Vin
cula. In feſto Transfigurationis Domi-
ni. In feſtis Confeſſorum Pontificum
& non Pontificum & Doctorum. In fe-
ſtis Sanctarum Virginum & non virgi-
num. In Dedicatione & Conſecratione
Eccleſiæ vel Altaris, ac in conſecratio-
ne Pontificis, & per octauas prædicto-
rum Feſtorum, quæ octauas habent,
quando fit officium de octaua: & in Do
minicis infra eas occurrentibus.

¶ Rubeo colore vtitur a vigilia Pente-
coſtes in Miſſa vſque ad ſabbathum ſe-
quens incluſiue. In feſtis ſanctæ Crucis.
In feſto ſancti Ioannis ante portam La-
tinam. In Natali Apoſtolorum Petri &
Pauli, & in feſtis aliorum Apoſtolorũ:
exceptis feſto principali ſancti Ioannis
Euangeliſtæ poſt Natiuitatem, & feſto
Conuerſionis ſancti Pauli, & Cathedræ
ſancti Petri, & eius Vinculorum. In fe-
ſtis Martyrum, excepto feſto ſanctorũ
Innocentum quando nõ venerit in Do
minica: ſi autem in Dominica venerit,
vtitur rubeo: ſimiliter in eius die octa-
ua, & per octauas prædictorum feſtorũ
quę octauas habent, quando fit de octa
ua, & in Dominicis infra eas octauas oc
currentibus.

¶ Viridi colore vtitur ab octaua Epi-
phanię vſque ad Septuageſimam, & ab
octaua Pentecoſtes vſque ad Aduentũ
excluſiue, in officio de tempore, exce-
pta Dominica Trinitatis vt ſupra: ac ex
ceptis Dominicis infra octauas occur-
rentibus, in quibus color Octauarum
ſeruatur: exceptis etiam Vigilijs, &
Quatuor Temporibus, vt infra.

¶ Violaceo colore vtitur a prima Do-
minica Aduentus vſque ad Miſſam vi-
giliæ Natiuitatis Domini incluſiue: &
a Septuageſima vſque ad officium an-
te Miſſam in vigilia Paſchę incluſiue in
officio de tempore, excepta feria quin-
ta in Cœna Domini, in qua vtitur albo:
& feria ſexta in Paraſceue, in qua vtitur
nigro, vt infra: & benedictione Cerei, in
qua Diaconus illius Pręfationem dicẽs
ſolus vtitur albo: ea autem finita viola-
ceo vt prius. Item in Officio vigiliæ Pen
tecoſtes ante miſſam, facta benedictio-
ne fontium incluſiue. In Quatuor Tem
poribus. In vigilijs, quæ ieiunantur, ex-

ceptis Vigilia, & Quatuor Temporibus
Pẽtecoſtes. In Miſſa Litaniarum & Ro-
gationum. In feſto ſanctorum Innocen
tium, quando non venerit in die Domi
nica. In benedictione candelarũ in die
Purificationis beatæ Mariæ, & in bene
dictione palmarum, & ipſa Dominica
in Palmis, & in eorundem ac generali-
ter in omnibus proceſſionibus: excep-
tis proceſſionibus ſancti Sacramenti, &
quæ fiunt in ſollemnibus diebus.

¶ Nigro colore vtitur Feria ſexta in Pa
raſceue, & in miſſis Defunctorum.

¶ In officio miſſæ celebrans ſemper vti-
tur planeta ſuper Albam. Si autem ſit
Epiſcopus, & ſollemniter celebrat, ſup
Dalmatica & Tunicella. Pluuiali vtitur
in proceſſionibus, & benedictionibus,
quæ fiunt in altari. Item in officio Lau-
dum, & Veſperarum, quando ſollem-
niter dicuntur. Eodem vtitur aſſiſtẽs ce
lebranti in Miſſa Pontificali. Item quã-
do celebrans poſt miſſam Defunctorũ
facit in fine abſolutionem. Cum cele-
brans vtitur pluuiali, ſemper deponit
manipulum, & vbi pluuiale haberi nõ
poteſt, in benedictionibus quæ fiunt in
altari, celebrans ſtat ſine planeta cũ Al
ba & Stola. Dalmatica & Tunicella v-
tuntur Diaconus & Subdiaconus in
Miſſa ſollemni, & proceſſionibus, & be
nedictionibus quãdocunque Sacerdo-
ti miniſtrant. In diebus vero ieiuniorũ
(præterquam in vigilijs ſanctorum) &
in Dominicis & ferijs Aduẽtus, & Qua
drageſimæ, ac in vigilia Pentecoſtes an
te Miſſam (exceptis Dominica Gaude-
te, etiam ſi eius Miſſa infra hebdoma-
dam repetatur, & Dominica Lætare, Vi
gilia Natiuitatis, ſabbato ſãcto in bene
dictione Cerei & in Miſſa, ac Quatuor
temporibus Pentecoſtes) in Cathedra-
libus, & præcipuis Eccleſijs vtuntur pla-
netis plicatis ante pectus, quam plane-
tam Diaconus dimittit cũ lecturus eſt
Euangelium, & tunc ſuper ſiniſtrũ hu-
merum ſuper ſtolam complicatur, aut
ponitur aliud genꝰ ſtolæ latioris in mo-
dum planetæ plicatæ, & facta commu-
nione reſumit planetam, vt prius. Simi-
liter Subdiaconus dimittit eam cum le
cturus eſt Epiſtolam, quam legit in Al-
ba, & poſtea eam reſumit vt prius. In
minoribus autẽ Eccleſijs, prædictis die-
bus ieiuniorum alba tãtum amicti mi-
niſtrent. Subdiaconus cum manipulo,
Diaconus etiam cum ſtola humero ſi-
niſtro pendente ſub dextrum.

DE DEFECTIBVS IN CElebratione Miſſarum occurrentibus.



Acerdos celebraturus, om-
nem adhibeat diligẽtiam,
ne aliquid ex requiſitis ad
ſacramentum Euchariſtiæ
conficiendum deſit. Poteſt
autem defectus contingere ex parte ma
teriæ conſecrãdæ, & ex parte formæ ad-
hibendæ, & ex parte miniſtri conficien
tis. Quicquid enim horum deficit, ſcili-
cet materia debita, forma cum intẽtio-
ne, & ordo ſacerdotalis in conficiente,
non conficitur ſacramẽtum. Et his exi-
ſtentibus, quibuſcunque aliis deficien-
tibus veritas adeſt ſacramenti. Alii ve-
ro sũt defectus, qui in miſſę celebratio
ne occurrentes, etſi veritatem ſacramẽ-
ti non impediãt, poſſunt tamen aut cũ
peccato, aut cum ſcandalo cõtinger .

¶ De defectibus Materiæ.

DEfectus ex parte materiæ poſſunt
cõtingere, ſi aliquid deſit ex ijs, quę
ad ipſam requirũtur. Requiritur enim
vt ſit panis triticeus, & vinum de vite, &
vt huiuſmodi materia conſecranda, in
actu cõſecrationis ſit corã Sacerdote.

¶ De defectu panis.

SI panis nõ ſit triticeus, vel ſi triticeus
ſit admiſtus granis alterius generis
in tãta quantitate, vt non maneat panis
triticeus, vel ſit alioqui corruptus, non
conficitur ſacramẽtum. Si ſit cõfectus
de aqua roſacea, vel alterius diſtillatio-
nis, dubiũ eſt an conficiatur. Si cęperit
corrumpi, ſed non ſit corruptus, ſimili-
ter ſi nõ ſit azymus, ſecundum morẽ ec
cleſiæ Latinæ, conficitur, ſed cõficiens
grauiter peccat. Si celebrans ante cõſe-
crationem aduerterit hoſtiam eſſe cor-

ruptam, aut non eſſe triticeam, remota illa hoſtia, aliam ponat, & a Canone iterum incipiat, & proſequatur miſſam. Si id aduerterit poſt conſecrationem, etiā poſt illius hoſtiæ ſeu ſanguinis sūptionem poſita alia, a conſecratione incipiat, ſcilicet, ab illis verbis. Qui pridie quam pateretur, & illam priorem ſi nō ſumpſit, ſumat poſt ſumptionē corporis & ſanguinis, vel alii ſumendam tradat, vel alicubi reuerenter conſeruet. Si autem ſumpſerat, nihilominus ſumat eam quam conſecrauit: quia præceptū de perfectione ſacramenti maioris eſt ponderis, quàm quod a ieiunis ſumatur. Aduertendum autē, quòd ſi hoc contingat poſt ſumptionem ſanguinis, apponi debet rurſus nouus panis, & vinum cum aqua, facta prius oblatione, & proſequenda omnia quæ ſequuntur, ne ſacramētum remaneat imperfectū, & vt debitus ſeruetur ordo. Si hoſtia cōſecrata diſpareat, vel caſu aliquo, vt vēto, aut miraculo, vel a mure accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri, tunc altera conſecretur (ab eo loco incipiendo, Qui pridie quam pateretur: facta eius prius oblatione) & illud animal ſi capi poteſt, occidatur, & comburatur & cineres eijciantur in Sacrarium, vel ſub altari.

¶ De defectu vini.

SI vinum ſit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, ſeu non maturis expreſſum, vel admixtum tantum aquæ vt vinum ſit corruptum; non conficitur ſacramentum. Si vinum cœperit aceſcere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel muſtum, tūc de vuis expreſſum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua roſacea, ſeu alterius diſtillationis; conficitur ſacramentum, ſed cōficiens grauiter peccat. Si celebrans ante conſecrationem ſanguinis, quamuis poſt cōſecrationem corporis, aduertat aut vinum, aut aquam, aut vtrunque non eſſe in calice; debet ſtatim apponere vinum cum aqua, & conſecrare, incipiendo ab illis verbis, Simili modo. &c. Si poſt verba conſecrationis aduertat vinum non fuiſſe poſitum, ſed aquā depoſita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & reſumat a verbis prædictis. Si hoc aduertat poſt ſumptionem corporis, vel huiuſmodi aquę apponat aliam hoſtiam iterum conſecrandam, & vinum in calice, & vtrunque conſecret, & ſumat in fine, quamuis aliam hoſtiam conſecratam, vel aquam ſumpſerit, propter ſacramēti integritatem in celebratione ſeruandā. Si quis percipiat ante conſecrationem vel poſt conſecrationem, totum vinum eſſe acetum, vel aliàs corruptum, idem ſeruetur quod ſupra, ac ſi deprehenderet non eſſe poſitum vinum, vel ſolam aquam fuiſſe appoſitam in calice. Si autem celebrans ante conſecrationem calicis aduertat non fuiſſe appoſitā aquā, ſtatim ponat eam, & proferat verba cōſecrationis. Si id aduertat poſt cōſecrationem calicis. nullo modo apponat, q̃a non eſt de neceſſitate ſacramēti. Si materia quæ eſſet apponenda ratione defectus vel panis vel vini, non poſſet vllo modo haberi; ſi id fit ante conſecrationem corporis, vlterius procedi non debet: ſi poſt conſecrationem corporis, aut etiam vini deprehenditur defectus alterius ſpeciei, altera iam conſecrata: tunc ſi nullo modo haberi poſſit, procedendum erit, & miſſa abſoluenda. Quod ſi expectando aliquamdiu haberi poſſit, expectandum erit, ne imperfectum ſacrificium remaneat.

¶ De defectibus formæ.

DEfectus ex parte formæ poſſunt cōtingere, ſi aliquid deſit ex ijs quæ ad integritatem verborum in ipſa conſecratione requiruntur. Verba autem conſecrationis, quæ ſunt forma huius ſacramenti, ſunt hæc. Hoc eſt enim corpus meum. Et Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamēti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Si quis autem aliquid di-

Auribus percipe orationem meam, & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te quia exaudiſti me.

Non eſt ſimilis tui in dijs domine: & non eſt ſecundum opera tua.

Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es deus ſolus.

Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.

Et tu domine deus miſerator & miſericors: patiens & multæ miſericordiæ & verax.

Reſpice in me & miſerere mei, da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundātur: quoniam tu domine adiuuiſti me, & cōſolatus es me.

Gloria patri, & filio.

Pſalmus 115.

CRedidi, propter quod locutus sū: ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax.

Quid retribuā domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram omni populo eius: pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.

O domine quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius, in atriis domus domini, in medio tui Hieruſalem.

Gloria patri. Pſalm 129.

DE profundis clamaui ad te domine domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael, ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui.

Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiſcaris domine delicta noſtra vel parentum noſtrorum: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Ego dixi domine miſerere mei. ℟. Sana animam meā quia peccaui tibi. ℣. Conuertere domine aliquātulum. ℟. Et deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. ℟. Quemadmodū ſperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. ℟. Et ſancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

AVres tuæ pietatis mitiſſime deus inclina precibus noſtris, & gratia ſancti ſpiritus illumina cor noſtrum, ut tuis myſterijs digne miniſtrare, teque ęterna charitate diligere mereamur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem

nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri, vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur.

VRe igne sancti spiritus renes nostros & cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

MEntes nostras, quæsumus domine paraclitus, qui a te procedit, illuminet, & inducat in omnẽ, sicut tuus promisit filius, veritatem.

ADsit nobis, quæsumus domine, virtus spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

DEus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

COnscientias nostras quæsumus domine visitando purifica: vt veniẽs domin⁹ noster Iesus Christus filius tuus paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit & regnat, in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

ORATIONES DICENDAE cum Sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus dicat.

DA domine virtutẽ manibus meis ad abstergendum omnem maculã vt sine pollutione mentis & corporis valeam tibi seruire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput dicat.

IMpone dñe capiti meo galeã salutis, ad expugnãdos diabolicos incursus.

Ad Albam, cum ea induitur.

DEalba me domine, & munda cor meum, vt in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis.

Ad cingulum dum se cingit.

PRæcinge me domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentiæ, & castitatis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

MEreear domine portare manipulum fletus, & doloris: vt cũ exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam dum imponitur collo.

REdde mihi domine, stolam immortalitatis, quã perdidi in præuaricatione primi parentis, & quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysteriũ merear tamen gaudium sempiternum.

Ad Casulam cum assumitur.

DOmine, qui dixisti, Iugum meum suaue est, & onus meum leue: fac, vt istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

ALIÆ ORATIONES DIcendæ ab Episcopo quando in pontificalibus celebrat.

Ad Caligas.

CAlcia domine pedes meos in præparationem Euãgelij pacis, & protege me in velamento alarum tuarum.

Cum exuitur Cappa.

EXue me domine veterem hominẽ cum moribus, & actibus suis: & indue me nouum hominem: qui secundum deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

Cum lauat manus.

DA domine virtutem manibus meis: ad abstergendum omnem maculam immundam, & vt sine pollutione mentis, & corporis valeam tibi seruire.

Ad Amictum.

POne domine galeam salutis in capite meo ad expugnandas omnes diabolicas fraudes: inimicorum omnium versutias superando.

Ad Albam.

DEalba me domine, & a delicto meo munda me: vt cum his qui stolas suas dealbauerũt in sanguine agni, gaudijs perfruar sempiternis.

Ad Cingulum.

PRæcinge me domine cingulo fidei, & virtute castitatis lumbos meos, & extingue in eis humorem libidinis, vt iugiter maneat in me vigor totius castitatis.

Cum accipit Crucem pectoralem.

MVnire digneris me domine Iesu Christe ab omnibus insidijs inimicorum omnium, signo sanctissimæ crucis tuæ: ac concedere digneris mihi indigno seruo tuo, vt sicut hanc crucem sanctorum tuorum reliquijs refertam ante pectus meum teneo, sic semper mente retineam, & memoriam passionis, & sanctorum victorias martyrum.

Ad Stolam.

REdde mihi domine, obsecro, stolam immortalitatis, quam perdidi in præuaricatione primi parentis, & quamuis indignus accedere præsumo ad tuum sacrum mysterium cum hoc ornamento, præsta vt in eodem in perpetuum merear lætari.

Ad Tunicellam.

TVnica iucunditatis, & indumento lætitiæ induat me dominus.

Ad Dalmaticam.

INdue me domine indumento salutis, & vestimento lætitiæ, & Dalmatica iustitiæ circunda me semper.

Ad Chirotecas.

CIrcunda domine manus meas mũdicia noui hominis, qui de cælo descendit, vt quemadmodum Iacob dilectus tuus, pelliculis hædorum opertis manibus paternam benedictionem oblato patri cibo potuque gratissimo impetrauit, sic & oblata per manus nostras salutari hostia, gratiæ tuæ benedictionem merear. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui in similitudinẽ carnis peccati pro nobis obtulit semetipsum.

Ad Planetam.

DOmine qui dixisti, Iugum meum suauẽ est, & onus meum leue: præsta vt illud portare sic valeam quod possim consequi tuam gratiam.

Ad Mitram.

MItram domine & salutis galeam impone capiti meo, vt contra antiqui hostis, omniumque inimicorum meorum insidias inoffensus euadam.

Ad Annulum.

COrdis & corporis mei domine digitos virtute decora, & septiformis spiritus sanctificatione circunda.

Ad Manipulum.

MErear, precor domine, manipulum portare mente flebili, vt cũ

exultatione portionem accipiam cum iustis.

Gratiarum actio post Missam. Antiphona. Trium puerorum cantemnus hymnum, que m cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominum. Quæ antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

¶ Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eũ in secula.
Benedicite angeli domini domino, benedicite celi domino.
Benedicite aquæ omnes, quæ super coelos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.
Benedicite sol & luna domino: benedicite stelle celi domino.
Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnis spiritus dei domino.
Benedicite ignis, & æstus domino: benedicite frigus & æstas domino.
Benedicite rores, & pruina domino: benedicite gelu, & frigus domino.
Benedicite glacies, & niues domino: benedicite noctes, & dies domino.
Benedicite lux & tenebræ domino: benedicite fulgura & nubes domino.
Benedicat terra dominum: laudet & superexaltet eum in secula.
Benedicite montes, & colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: benedicite maria & flumina domino.
Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cœli domino.
Benedicite omnes bestiæ & pecora domino: benedicite filij hominum domino.
Benedicat Israel dominum: laudet, & superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite serui domini domino.
Benedicite spiritus & animæ iustorum domino: benedicite sancti & humiles corde domino.
Benedicite Anania, Azaria, Misael domino: laudate & superexaltate eum in secula.
Benedicamus patrem & filium cum sãcto spiritu: laudemus & superexaltemus eum in secula.
Benedictus es domine in firmamento celi: & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in secula.

Psalmus 150.

LAudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: laudate eũ in psalterio & cithara.
Laudate eũ in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.
Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri. Deinde repetitur antiphona.
Trium puerorum cantemus hymnũ, quem cantabant iu camino ignis benedicentes dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus suis. ℣. Non nobs domine, nõ nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriã. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus qui tribus pueris mitigasti flãmas ignium, cõcede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones nostras, quæsumus domine, aspirando præueni: & adiuuã do prosequere, vt cuncta nostra oratio

tio, & operatio a te semper incipiat, & per te cepta finiatur.

DA nobis, quæsumus domine, vitiorum nostrorum flammas extingue re: qui beato Laurentio tribuisti, tormẽtorum suorum incendia superare. Per Christum dominum nostrum. Amen.

ALIÆ ORATIONES PRO opportunitate Sacerdotis ante celebrationem & Communionem dicendæ.

Die Dominico

Oratio Sancti Ambrosij Episcopi.

SVmme sacerdos & vere pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti Deo patri in ara crucis hostiam puram & immaculatam pro nobis miseris peccatoribus, & qui dedisti nobis carnem tuã ad manducandum, & sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium istud in virtute spiritus sancti, dicens: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Rogo per tuum sanguinem pretiosum, magnum salutis nostrę pretium. Rogo per hanc miram, & ineffabilem charitatem, qua nos miseros, & indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo. Doce me seruum tuum indignum quem inter cetera dona tua ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ. Doce me quæso per spiritum tuum tantum mysterium tractare ea reuerentia & honore, eaque deuotione & timore quibus oportet & decet. Fac me domine Iesu Christe per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere & intelligere, sentire & firmiter retinere, dicere & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem tantorum mysteriorum. Profunda sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam, concede mihi hodie & semper missarum sollemnia puro corde & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, & nefandis, vanis & obnoxijs cogitationib⁹. Muni me beatorum angelorum pia & fida tutela, atque fortissima custodia, vt hostes omnium bonorum confusi discedant per virtutem tanti mysterij, & per manum sancti angeli tui. Repelle a me domine Iesu Christe, & a cunctis seruis tuis durissimum spiritum superbię, cenodoxiæ, inuidiæ, iracundiæ, fornicationis, & immunditiæ, dubietatis & blasphemiæ. Confundantur, qui nos persequuntur, pereant illi qui cuncta perdere festinant. Rex virtutum, castitatis, & integritatis amator deus celesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo totum fomitem ardentem libidinis: vt maneat in me tenor totius castitatis animę & corporis. Mortifica in me carnis stimulos, & omnes libidinis commotiones, & da mihi veram & perpetuam castitatem cum ceteris donis tuis quæ tibi placent in veritate, vt sacrificium laudis casto corpore & mundo corde quotidie valeam tibi offerre. Quanta enim domine Iesu Christe cordis contritione, & lacrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate, & animi puritate istud diuinum & celeste sacrificium est celebrãdum, vbi caro tua in veritate sumitur: vbi sanguis tuus in veritate bibitur, vbi summa imis iunguntur: vbi adest præsentia sanctorum angelorum: vbi tu es sacerdos, & sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter constitutus? Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, & vere scio, & ipsum pietati tuæ confiteor, quia non sum dignus accedere ad mysterium tantum, propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter & credo ex toto corde, & ore confiteor, quia potes mundũ facere de immundo conceptum semine, de peccatoribus facere iustos, & san

ctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, vt cōcedas mihi peccatori hoc cęleſte ſacrificium celebrare cū timore & tremore, cum cordis puritate, & lacrymarum fonte, cum lętitia ſpiritali, & cęleſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatiſſimæ præſentiæ tuæ, & excubias ſanctorum angelorum tuorū in circuitu meo. Ego enim domine memor venerādæ paſſionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi ſacrificium, quod tu inſtituiſti: & offerri præcepiſti in commemorationem tui pro ſalute noſtra. Suſcipe ergo iſtud quæſo ſumme deus, dulciſſime Ieſu Chriſte pro eccleſia tua ſancta, & pro cuncto populo tuo quem acquiſiſti ſanguine tuo pretioſo. Et quoniā me peccatorem inter te, & eundem populum mediū eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimonium nō agnoſcas, officium diſpenſationis creditæ non recuſes, nec per me indignum famulum tuum, eorum ſalutis pereat pretiū, pro quibus victima factus ſalutaris dignatus es eſſe redemptio. Profero ergo domine, (ſi dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitum, miſeriam orphanorum, neceſſitates peregrinorū inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſenum, ſuſpiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum. Tu enim miſereris omnium domine, & nihil odiſti omnium quæ feciſti. Memorare quæ ſit noſtra ſubſtātia: quia tu pater noſter es: ne iraſcaris ſatis, neque multitudinem viſcerum tuorum ſuper nos contineas. Non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer a nobis domine iniquitates noſttas!: & ignē ſancti ſpiritus in nobis clementer accēde. Aufer cor lapideū de carne noſtra, & da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, & honorificet: te delectetur, te ſequatur, & te perfruatur. Oramus domine clementiam tuam, vt ſereno vultu familiam tuam, ſacri tui nominis officia præſtolantem aſpicere digneris. Et vt nullius ſit irritum votum, nullꝰ vacua poſtulatio, tu nobis preces ſuggere, quas ipſe audire propitius, & exaudire delecteris. Rogamus etiam te ſancte pater pro ſpiritibus fidelium defunctorum, vt ſit illis ſalus æterna, ac ꝑpetua ſanitas, gaudium, & refrigerium ſempiternum, hoc magnum pietatis ſacramentum. Domine deus meus ſit illis hodie magnum, & plenum gaudiū de te pane viuo & vero, qui de cœlo deſcendiſti, & das vitam mundo de carne ſancta, & benedicta, agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi. Et potare de fonte pietatis tuæ, qui per lānceam militis de latere emanauit crucifixi domini noſtri, vt conſolati exultent in laude & gloria tua ſancta Peto domine clementiam tuam, vt deſcendat ſuper hunc panem & calicem iſtum plenitudo diuinitatis tuæ. Deſcendat etiā domine illa ſancti ſpiritus tui inuiſibilis forma, & incomprehenſibilis maieſtas, ſicut quondam in patrum hoſtias deſcēdebat, quæ & oblationes noſtras corpus & ſanguinem tuum efficiat, & me indignum ſacerdotem tuum tractare myſterium, ita vt placide ac benigne ſacrificium ſuſcipias de manibus meis ad ſalutem omnium tam viuorū, quā defunctorum. Rogo te domine per ipſum ſacroſanctum myſterium corporis & ſanguinis tui, quo quotidie in eccleſia tua paſcimur & potamur, abluimur & ſanctificamur, atque vnius tuæ ſummæque diuinitatis participes efficimur, quatenus des mihi virtutes tuas ſanctas, quibus repletus, bona conſciētia ad altare tuum accedam, ita vt hæc cœleſtia ſacramenta efficiātur mihi ſalus & vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto & benedicto. Panis quem ego dedero caro mea eſt pro mundi vita. Et qui manducat me, vita viuet propter me, ipſe manet in me, & ego in eo. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Panis dulciſſime, ſana palatum cordis mei, vt ſentiam ſuauitatē amoris tui. Sana ab omni languore, vt nullam præter te amem pulchritudi-

nem. Panis candidiſſime, habens in te omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem: qui nos ſemper reficis: comedat te cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleātur viſcera animæ meę. Manducat te angelus pleno ore, māducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſſit in via, tali recreatus viatico. Panis ſancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui deſcendiſti de cœlo, & das vitam mūdo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. Intra in animam meam, ſana & ſanctifica me intus, & exterius. Eſto tutamen, & perpetua ſalus corporis & animæ meę. Repelle a me inſidiantes mihi. Hoſtes recedant procul a præſentia tua, vt foris & intus per te munitus recto tramite ꝑueniam ad tuum regnum, vbi non myſterijs ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum deo patri, & erit deus omnia in omnibus. Tunc me de te ſatiabis ſatietate mirifica, vt nec eſuriam nec ſitiam in æternum. Qui cum eodē deo patre, & ſpiritu ſancto viuis & regnas per omnia ſæcula ſæculorum.

Alia Oratio ante miſſam.

AN menſam dulciſſimi conuiuij tui, pie domine Ieſu Chriſte, ego peccator de propriis meritis nihil præſumens, ſed de tua confidens miſericordia, & bonitate, accedere vereor, & contremiſco. Nā cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non caute cuſtoditam. Ergo o pia deitas, o tremenda maieſtas ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordiæ recurro: ad te feſtino ſanandus, ſub tuam protectionē fugio, & quem iudicem ſuſtinere nequeo, ſaluatorē habere ſuſpiro. Tipido mine plagas meas oſtendo, tibi verecūdiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo. Spero miſericordias tuas, quarum non eſt numerus. Reſpice ergo in me oculis miſericordiæ tuæ, domine Ieſu Chriſte, rex æterne, deus, & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me ſperātē in te, miſerere mei pleni miſeriis & peccatis, tu qui fontem miſerationis nunquam manare ceſſabis. Salue ſalutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & pretioſe ſanguis, de vulneribus crucifixi domini mei Ieſu Chriſti profluens, & peccata totius mundi abluēs. Recordare domine creaturæ tuæ, quā tuo ſanguine redemiſti: pęnitet me peccaſſe: cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementiſſime pater omnes iniquitates & peccata mea; vt purificatus mente & corpore digne deguſtare merear ſancta ſanctorum: & concede, vt ſancta prælibatio corporis & ſanguinis tui, quam ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorum remiſſio, ſit delictorum perfecta purgatio, ſit turpium cogitationum effugatio, bonorumque ſenſuum regeneratio operumque tibi placentium ſalubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorū meorum inſidias firmiſſima tuitio. Amen.

Oratio ſancti Thomæ Aquinatis.

OMnipotens ſempiterne deus, ecce accedo ad ſacramentum vnigeniti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem miſericordiæ, cœcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad dominum cęli & terræ. Rogo ergo immenſæ largitatis tuæ abundantiā, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fęditatem, illuminare cęcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: vt panem angelorum, regem regum, dominum dominantium tāta ſuſcipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali propoſito & intentione, ſicut expedit ſaluti animę meę. Da mihi quęſo Dominici corporis & ſanguinis: non ſolum ſuſcipere ſacramentum, ſed etiā

rem & virtutem ſacramenti. O mitiſſime deus da mihi corpus vnigeniti filii tui domini noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de virgine Maria, ſic ſuſcipere: vt corpori ſuo myſtico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantiſſime pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via ſuſcipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit & regnat.

ALIÆ ORATIONES POST celebrationem, & communionem dicendæ.

Oratio S. Thomæ.

GRatias tibi ago Domine ſancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es pretioſo corpore & ſanguine filii tui domini noſtri Ieſu Chriſti. Et præcor vt hæc ſanta Communio nō ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiſcentiæ & libidinis exterminatio, charitatis & patientiæ, humilitatis & obediētiu augmentatio: contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium, quā inuiſibilium firma defenſio: motuum meorum, tam carnalium, quam ſpiritualium, perfecta quietatio, in te vno ac vero deo firma adhæſio: atque finis mei felix conſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile cōuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cum filio tuo & Spiritu ſancto, ſanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudiū ſempiternum, iucunditas cōſummata, & felicitas perfecta. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.


Alia Oratio Sancti Bonauenturæ.

TRansfige dulciſſime Domine Ieſu medullas & viſcera animæ meæ, ſuauisſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera ſerenaque, & apoſtolica ſanctiſſima charitate, vt langueat & liquefiat anima mea ſolo ſemper amore, & deſiderio tui, te concupiſcat, & deficiat in atria tua, cupiat diſſolui, & eſſe tecum. Da, vt anima mea te eſuriat, panem angelorum, refectionē animarum ſanctarum panem noſtrum quotidianum, ſuperſubſtantialem, habentē omnem dulcedinem, & ſaporem, & omne delectamentum ſuauitatis: te, in quem deſiderant angeli proſpicere, ſēper eſuriat & comedat cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ, te ſemper ſitiat fontem vitæ, fontem ſapientiæ & ſcientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te ſēper ambiat, te quærat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui, cum humilitate & diſcretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & delectatione, cum facilitate & affectu, cū perſeuerantia vſque in finem, & tu ſis ſolus ſēper ſpes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea iucunditas mea, gaudium meum, quies & trāquillitas mea, pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxiliū meum, ſapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea, theſaurus meus, in quo fixa & firma & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Rithmus Sancti Thomæ ad ſacram Euchariſtiam.

ADoro te deuote, latens deitas,
Quæ ſub his figuris vere latitas:
Tibi ſe cor meum totum ſubijcit,
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, tactus, guſtus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tutè creditur.
Credo quicquid dixit dei filius.
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat ſola deitas,
At hic latet, ſimul & humanitas:
Ambo tamen credēs atque confitens,
Peto quod petiuit latro pęnitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis viuus, vitam præſtans homini:
Pręſta meæ menti de te viuere,
Et te illi ſemper dulce ſapere.
Pie pellicane Ieſu domine,
Me immundum munda tuo ſanguine:
Cuius vna ſtilla ſaluum facere
Totum mūdum quit ab omni ſcelere.
Ieſu, quem velatum nunc aſpicio,
Oro fiat illud, quod tam ſitio:
Vt te reuelata cernens facie,
Viſu ſim beatus tuæ gloriæ. Amen.







Ex Capella Bialicensi Mci ac Geni Dni Francisci de Charzowice Charzowski Pocillatoris Sanocensis Fundatoris Ecctae Hussakoviensis de muro.
Devolutum ellcs. Ioanni de Charzewo Charzowski Capitaneo Cienkowien. Filiastro. Anno 1... Bolice.

PROPRIVM MISSARVM DE TEMPORE.

DOMINICA PRIMA de Aduentu.

Statio ad ſanctam Mariam maiorē.
Ad miſſam. Introitus.

psal m°. 24.



AD te leuaui amimā meam: deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi q̃ te expectāt, nō confundentur. Pſalmus. Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut erat ī principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſclorū. Amen. Quo finito repetitur. A d te leuaui. vſque ad Pſalmum. Hic modus repetendi Introitum ſeruatur per totum annum. Non dicitur, G loria ī excelſis. ab hac Dominica vſq; ad Natiuitatem domini, niſi in feſtis.

O remus. Oratio.

EXcita, quæſumus domine, potentiam tuam, & veni: vt ab imminētibus peccatorum noſtrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Ab hac die vſque ad vigiliam Natiuitatis domini poſt orationem diei: dicitur oratio D eus qui de beatę Mariæ, & E cclesię tuæ vel D eus omnium fidelium. vt infra. Si autem facienda ſit commemoratio alicuius feſti ſimplicis occurrentis, poſt orationē diei, dicitur oratio de Sancto, tertia de S. Maria.

Oratio de ſancta Maria.

DEus qui de beatæ Mariæ virginis vtero, verbum tuum angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricē dei credimus, eiꝰ apud te interceſſionibꝰ adiuuemur.

Contra perſecutores Eccleſiæ.

ECcleſię tuæ, quæſumus domine, preces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum.

Vel pro Papa.

DEus omnium fidelium paſtor & rector: famulum tuum N. quē Paſtorem Eccleſiæ tuæ pręeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei quæſumus, verbo & exemplo, quibus præeſt proficere: vt ad vitam vnà cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum.

¶Infra hebdomadas Aduentus quādo dicitur Miſſa de feſto ſemidupli-

ci, secunda Oratio erit de Aduentu, tertia de sancta Maria, quæ terminatur sic. Per eũdem dñm nostrũ. &c. Si ãt dicat Missa de festo duplici, post orõnẽ festi dr̃ orõ tantũ de Aduentu.

¶In Aduentu de festis simplicibus non dicitur Missa Conuentualis, sed eorum fit tantum commemoratio.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

cap 13. FRatres: Scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis, sic, vt in die, honeste ambulemus, Non in comessationibus, & ebrietatibus: nõ in cubilibus, & impudicitijs, non in cõtẽtione, & æmulatione, sed ĩduimini dñm Iesũ Christũ. Graduale. V niuersi, q te expectãt nõcõfundẽtur domine. ℣. Vias tuas dñe notas fac mihi: & semitas tuas edoce me. Alleluia, alleluia. ℣. Ostẽde nobis domine misericordiã tuam: & salutare tuum da nobis, alleluia. (ps. 24.; psal 84.)

In ferijs Aduentus quando per hebdomadam resumitur Missa de Dominica, non dicitur, Alleluia nec versus sequens, sed tantum Graduale.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

cap 21. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Erunt signa in sole, & luna, & stellis: & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum: arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quę superueniẽt vniuerso orbi. Nam virtutes cęlorũ mouebuntur. Et tunc videbunt filiũ hominis venientem in nube, cum potestate magna, & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est ęstas. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cęlum & terra transibunt: verba autẽ mea non transibunt. C redo. Offertoriũ. A d te leuaui animã meã: deus meus in te confido: non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. (ps. 24.)

Secreta.

HÆc sacra nos domine potenti virtute mundatos, ad suum faciãt puriores venire principiũ. Per.

De sancta Maria. Secreta.

IN mentibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum, & hominem confitemur: per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiam.

Con-

Contra psecutores Ecclesiæ. Secre.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum.

Vel pro Papa.

OBlatis, quæsumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum.

psal 84. Communio. Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. Postcommunio.

SVscipiamus domine misericordiam tuam in medio templi tui: vt reparationis nostræ ventura solennia, congruis honoribus præcedamus. Per dominum nostrum.

De sancta Maria Postcommunio.

GRatiam tuam, quæsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationẽ cognouimus: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Cõtra psecutores Ecclesię. Postcõ.

QVæsumus domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nostrum. Vel pro Papa.

HÆc nos, quæsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quẽ pastorẽ Ecclesię tuæ pesse voluisti: v..a cum cõmisso sibi grege, saluet semper, & muniat. Per dominum nostrum. Dicitur, Benedicam⁹ dño. Et sic seruatur quoties non dicitur. Gloria in excelsis.

¶Infra hebdomadam si dicenda sit Missa de feria, semper resumitur Missa de Dominica pręcedenti; nisi propria Missa assignetur.

¶Cum vero in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Vigilijs, & rogationibus dicitur Missa de festo duplici, vel semiduplici occurrente, semper fit commemoratio de feria: & pro commemoratione feriarum Aduentus dicitur oratio Dominicæ præcedentis, nisi sint Quatuor tempora, in quibus habetur oratio propria.

DOMINICA SECVNDA de Aduentu.

Statio ad sanctam Crucem in Hierusalem. Introitus.



Isa. 30. POpulus Sion, ecce dominus veniet ad saluandas gentes, & auditam faciet domin⁹ gloriam vocis suæ in lætitia cordis vestri. psalmus. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph. ℣ Gloria patri. Nõ dr̃ Gloria in excelsis. Oratio. (psal m⁹. 79.)

EXcita domine corda nostra ad præparandas vnigeniti tui vias:

vt per eius aduentum, purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum viuit & regnat.

Oratio de sancta Maria.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem dei credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor, & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuũ.

Vel contra persecutores Ecclesiæ.

Oro E cclesiæ. vt in Dñica pterita.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Romanos.

ca. 15

FRatres: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem sicut & Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei ad cõfirmandas promissiones patrum. Gentes autẽ super misericordia honorare deum, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cãtabo, & iterum dicit. Lętamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eũ omnes populi. Et rursum Isaias ait. Erit radix Iesse: & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abũdetis in spe, & virtute spiritus sancti.

psal m°. 49.

Graduale. Ex sion species decoris eius: deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius: qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. Alleluia, alleluia. ℣. Lętatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

ca. 11.

IN illo tempore: Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittẽs duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis. Euntes, renunciate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizãtur. Et beatus est, qui nõ fuerit scandalizatus in me. Illis autẽ

abeuntibus, cępit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce, q mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam prophetã. Hic est enim, de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuã, qui præparabit viam tuam ante te. Credo.

psal m°. 84.

Offert. Deus tu conuertens viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te: ostẽde nobis domine misericordiã tuã: & salutare tuũ da nobis. Secr.

PLacare, quæsumus domine, humilitatis nostræ precibus, & hostijs: & vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsidijs. Per d. De sancta Maria. Secr.

IN mentibus nostris, quæsumus domine, veræ fidei sacramẽta cõfirma: vt, qui conceptum de virgine deũ verũ, & hominẽ cõfitemur: per eius salutiferę resurrectionis potẽtiã ad ęternã mereamur puenire lętitiã.

Pro Papa. Secreta.

OBlatis, quæsumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Secr. Protege. vt in Dominica pręterita. Postcom.

Ba. ru. 1.

Hierusalẽ surge, & sta in excelso: & vide iucũditatem, quæ veniet tibi a Deo tuo. Postcom.

REpleti cibo spiritualis alimoniæ supplices te domine deprecamur: vt huius participatione mysterij, doceas nos terrena despicere, & amare cęlestia. Per dominũ.

De sancta Maria. Postcommunio.

GRatiã tuam, quæsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriã perducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

HÆc nos, quæsumus domine, diuini sacramenti perceptio ptegat: & famulũ tuũ N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ pesse voluisti: vnà cum commisso sibi grege, saluet semper, & muniat. Per dominũ.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Postcommunio. Quæsumus dñe. vt in Dominica præterita.

DOMINICA TERTIA de Aduentu.

¶ Statio ad sanctũ. Petrũ Introitus.



phi lip. 4.

GAudete in Dño semper: iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus: hominibus: dominus enim ppe est: nihil solliciti sitis: sed in

omni oratione petitiones vestræ innotescant apud Deum. psalmus. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. ℣ Gloria patri. Non dicitur Gloria in excelsis Deo. Oratio.

psal m⁹. 84.

Aurem tuam, quæsumus domine, precibus nostris accommoda: & mentis nostræ tenebras, gratia tuæ visitationis illustra. Qui viuis & regnas in vnitate spiritus.

Oratio de sancta Maria.

Deus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero, verbum tuū angelo nunciante carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricē Dei credimus eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur.

Contra persecutores Ecclesię. Oro.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus⁹ vniuersis: secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum.

Vel pro Papa. Oratio. Deus omniū fidelium. vt in prima Dominica.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 4.

Fratres: Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestrę innotescant apud deū. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras: in Christo Iesu domino nostro. Graduale. Qui sedes domine super Cherubim, excita potentiam tuam, & veni. ℣ Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph. Alleluia, alleluia. ℣ Excita domine potentiam tuam: & veni: vt saluos facias nos, Alleluia.

psal m⁹. 79.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

ca. 1

In illo tempore: Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: tu q̄s es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est: quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Nō sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei. Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait, Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neque propheta? Respondit eis Ioannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me vēturus est, qui ante me factus est, cuius ego nō sum dignus, vt soluā eius corrigiam calciamenti. Hęc in Bethania facta sunt trans Iordanem,

vbi erat Ioannes baptizans. Credo. Offerto. Benedixisti domine terrā tuā: auertisti captiuitatē Iacob: remisisti iniquitatem plebis tuæ. Secreta.

psal m⁹. 38.

Deuotionis nostræ tibi, quæsumus domine, hostia iugiter immoletur, quæ & sacri peragat instituta mysterij, & salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per domi.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quæsumus domine, verę fidei sacramenta cōfirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum, & hominem confitemur: per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lætitiam.

Contra persecutores Ecclesiæ. Sec

Protege nos domine, tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum.

Vel pro Papa. Secreta. Oblatis vt in prima Dominica. Communio. Dicite pusillanimes: confortamini, & noli te timere: ecce deus noster veniet, & saluabit nos. Postcommunio.

Isa. 35.

Imploramus, domine clemētiam tuam: vt hęc diuina subsidia, a vitijs expiatos ad festa ventura nos p̄parent. Per dominum nostrum.

De sancta Maria. Post communio.


Gratiam tuam, quæsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Contra persecutores Ecclesiæ. Postcommunio.

Quæsum⁹ domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per domi.

Vel pro Papa. Postcommunio. Hęc n. vt in prima Dominica.

FERIA QVARTA
Quatuor temporum Aduentus.

¶ Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.



Rorate cęli desuper & nubes pluāt iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. psal. Cęli enarrant gloriā dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣ Gloria pa. Post Kyrieeleison, immediate dicit̄ Oremus. Flectamus genua. Leu. Oro.

Ps. 45.

psal m⁹. 18

Præsta, quæsumus, omnipotens deus: vt redemptionis nostræ ventura solennitas: & præsentis nobis vitæ subsidia conferat, & æternę beatitudinis præmia largiatur. Per.

Lectio Isaiæ prophetæ.

ca. 2.

In diebus illis. Dixit Isaias propheta. Erit in nouissimis diebus p̄paratus mōs domus domini in vertice mōtium:

& eleuabit super colles, & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi, & dicent. Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob: & docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis ei⁹: quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Et iudicabit gentes: & arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Nõ leuabit gens contra gentem gladiũ: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine dei nostri. Graduale.

psal m°. 23.

Tollite portas principes vestras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. ℣. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus & mundo corde. Hic dicitur. ℣. Dominus vobiscũ. sine Flectam⁹ genua. Or.

Festina, quæsumus domine, ne tardaueris: & auxilium nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui consolationibus subleuentur, q in tua pietate confidunt. Qui viuis & regnas in vnitate spiritus sancti.

De sancta Maria. Oratio.

Deus qui de beatæ Marię virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui vere eã genitricẽ dei credimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur.

Pro Papa Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quẽ pastorem Ecclesiæ tuę præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus preest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum.

Vel contra persecutores. Oratio.

Ecclesię tuę. vt in Dominica ꝑterita.

Lectio Isaię Prophetę.

ca. 7.

In diebus illis. Locutus est Dominus ad Achaz dicẽs. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni, siue ĩ excelsũ supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet: vt sciat reprobare malũ, & eligere bonum. Graduale. Prope est dominus omnibus inuocãtibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomẽ sanctũ ei⁹.

psal m°. 144

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 1.

In illo tempore. Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilee, cui nomẽ Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo

mo Dauid: & nomẽ virginis Maria. Et ingressus angelus: ad eam dixit. Aue gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cũ audisset: turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio, & ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiã apud Deũ. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magn⁹: & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in ęternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Qumodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum: vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis, est sextus illi quę vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini fiat mihi secũdum verbum tuum. Offerto.

Isa. 35.

Confortamini, & iã nolite timere: ecce enim deus noster retribuet iudiciũ ipse veniet, & saluos nos faciet. Secre.

Accepta tibi sint, quęsumus domine, nostra ieiunia: q & expiãdo nos tua gratia dignos efficiant, & ad promissa sempiterna perducant. Per dominum nostrum.

De sancta Maria. Secreta.

In mẽtibus nostris, quęsumus domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine Deum verum & hominem confitemur: per eius salutiferę resurrectionis potentiam ad æternam mereamur peruenire letitiam.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, quęsumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti: assidua ꝓtectione guberna. Per dominum nostrũ.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Secreta. Protege. vt in Dominica ꝑterita. Communio. Ecce, virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcommũ.

Isa. 7.

Salutaris tui domine munere satiati, supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu, renouemur effectu. Per dominum nostrum.

De sancta Maria. Postcommunio.

Gratiam tuam, quęsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante Christi filij tui incarnationẽ cognouimus: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio ꝓtegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę esse voluisti: vnà cum commisso sibi grege, saluet semper, & muniat. Per dominũ.

Vel cõtra ꝑsecutores Ecclæ. Postcõ Quęsumus. vt in Dñica præterita.

FERIA SEXTA
Quatuor temporum Aduentus.

¶ Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.

psal m⁹. 118



PRope es tu domine: & omnes viæ tuæ veritas: initio cognoui de testimonijs tuis quia in æternum tu es. psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. Orõ

EXcita quęsumus domine potẽtiam tuam, & veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citi⁹ aduersitate liberentur. Qui viuis.

De sancta Maria. Oratio.


DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricẽ dei credimus, ei⁹ apud te itercessionibus adiuuemur.

Contra persecutores Ecclesię. Orõ.

ECclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis: secura tibi seruiat libertate. Per. Vel pro Papa. Deus omniũ. vt in Feria quarta præterita.

Lectio Isaiæ prophetę.

ca. 11.



HÆc dicit dominus Deus. Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientię & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientię & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit: neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes: & arguet in æquitate pro mansuetis terrę. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renum eius. Graduale.

psal m⁹. 48.

O stẽde nobis domine misericordiã tuam: & salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Sequẽtia sci euangelij secũdũ Lucã.

ca. 1.

IN illo tempore: Exurgens Maria abijt in montana cũ festinatione, in ciuitatẽ Iuda, & intrauit in domum Zacharię: & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Marię Elisabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidisti: quoniam perficientur ea, quę dicta sunt

tibi a domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spũs meus in deo salutari meo. Offer. Deus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Sec.

Ps. 84.

MVneribus nostris, quęsumus domine, precibusq; susceptis & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per dominum.

De sancta Maria. Secreta.

IN mentibus nostris, quæsumus domine, verę fidei sacramẽta cõfirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum, & hominem confitemur: per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam.

Cõtra ꝑsecutores Ecclesię. Secreta.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum nostr. Vel pro Papa. Oblatis. vt in feria iiij. pręterita, Communio. Ecce dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. Postcom.

Zach. 14.

TVi nos domine sacramenti libatio sancta restauret: & a vetusta te purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per domi.

De sancta Maria. Postcommunio.

GRatiam tuam, quęsumus domine, mẽtibus nostris infunde: vt qui angelo nunciãte, Christi filij tui incarnationẽ cognouimus, per passionem eius, & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Cõtra ꝑsecutores Ecclesię. Postcõ.

QVęsumus domine de⁹ noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacere periculis. Per dominum. Vel pro Papa. Postcom. Hæc nos. vt in feria iiij. pręterita.

SABBATO
Quatuor temporum Aduẽtus.

¶ Statio ad sanctum Petrũ. Introit⁹.



VEni & ostẽde nobis faciẽ tuam dñe qui sedes super cherubim: & salui erimus. psalmus. Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouẽ Ioseph. ℣. Gloria patri. Post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

psal m⁹. 79.

DEus qui conspicis, quia ex nr̃a prauitate affligimur: concede propitius, vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis & regnas.

Lectio Isaię prophetę.

ca. 19.

IN diebus illis. Clamabunt ad dominum a facie tribulantis: & mittet eis saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoscet dñs ab Ægypto: & cognoscent Ægyptij dominum

in die illa:& colent eum in hostijs & muneribus:& vota vouebunt domino,& soluent.Et percutiet dominus Ægyptum plaga,& sanabit eam:& reuertentur ad dominum, & placabitur eis:& sanabit eos dñs deus noster. Graduale. A summo cęlo egressio eius: & occursus eius vsq; ad summũ eius. ℣. Cęli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

psal mº. 18.

Concede quęsumus omnipotẽs deus:vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eundem dominũ.

Lectio Isaię prophetę.

ca. 35

HÆc dicit dominus. Lętabitur deserta & inuia: & exultabit solitudo: & florebit quasi lilium. Germinans germinabit: & exultabit lętabũda & laudãs. Gloria libani data est ei:decor Carmeli & Saron. Ipsi videbũt gloriam domini:& decorem dei nostri.Confortare manus dissolutas: & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis. Cõfortamini,& nolite timere. Ecce deus noster vltionem adducet retributionis:deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum: & aures surdorum patebũt. Tunc saliet,sicut ceruus claudus: & aperta erit lingua mutorũ: quia scissę sunt in deserto aquę, & torrentes in solitudine. Et q̃ erat arida, erit in stagnum, & sitiẽs in fontes aquarũ. Ait dominus omnipotẽs. Graduale. In sole posuit dominus tabernaculum suum,& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo cęlo egressio eius: & occursus eius vsq; ad summum eius. Oremus Flectamꝰ genua. ℟. Leuate. Oratio.

psal mº. 18.

Indignos nos, quęsumus domine, famulos tuos, quos actionis proprię culpa contristat:vnigeniti filij tui aduentu lętifica. Per eundem.

Lectio Isaię prophetę.

ca. 40.

HÆc dicit dominus. Super montem excelsum ascende tu q̃ euangelizas Sion. Exalta,in fortitudine vocẽ tuam, q̃ euangelizas Hierusalem. Exalta,noli timere.Dic ciuitatibus Iudę. Ecce deus vester:ecce dñs deus in fortitudine veniet:& brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cũ eo: & opus illius coram ipso. Sicut pastor gregem suum pascet: & in brachio suo congregabit agnos: & in sinu suo leuabit eos dominus deꝰ noster. Graduale. Domine deus virtutũ conuerte nos:& ostende faciem tuam, & salui erimus. ℣. Excita Domine potẽtiam tuã:& veni,vt saluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

psal mº. 79.

Præsta,quęsumus, omnipotens deus: vt filij tui ventura solennitas: & præsentis nobis uitæ remedia conferat:& præmia æterna concedat. Per eundem dominũ nostrũ.

Lectio Isaiæ prophetæ.

ca. 45.

HÆc dicit dominus Christo meo Cyro: cuius apprehẽdi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes:& dorsa regum vertam: & aperiam coram eo ianuas:& portę nõ claudẽtur. Ego ante te ibo:& gloriosos terræ humiliabo.Portas æreas conteram: & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum:vt scias, quia ego dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel:propter Iacob seruum meum & Israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo:assimilaui te,& non cognouisti me.Ego dominus, & nõ est amplius:extra me non est Deus. Accinxi te,& non cognouisti me:vt sciant hi, qui ab ortu solis,& qui ab occidente: quoniam absque me nõ est deus. Ego dominus,& non est alter:formans lucem: & creans tenebras: faciens pacem,& creãs malũ. Ego dominꝰ, faciẽs omnia hęc.Rorate cœli desuper,& nubes pluãt iustũ:aperiatur terra, & germinet saluatorẽ:& iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eum. Graduale. Excita domine potentiam tuam:& veni vt saluos facias nos. ℣. Qui regis Israel, intẽde:q̃ deducis,velut ouem Ioseph:q̃ sedes super Cherubim,appare corã Ephraim,Beniamin,& Manasse. O remꝰ Flectamꝰ genua. ℟. Leu. Or.

psal. 79.

Preces populi tui,quæsumus domine,clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pietatis tuæ visitatione consolemur. Qui viuis & regnas.&c.

Lectio Danielis Prophetæ.

ca. 3.

IN diebus illis.Angelus dñi descẽdit cũ Azaria & socijs eius in fornacem & excussit flammã ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flãtem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis ministros regis, qui eã incendebant.Illos autem omnino nõ tetigit ignis,neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit.Tunc hi tres,quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant,& benedicebant deũ in fornace,dicentes. Hymnus.

da. ni. 3.

Benedictus es domine deus patrũ nostrorum. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Et benedictum nomen gloriæ tuæ; quod est sanctum.Et laudabile & gloriosum in secula.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ.Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedictus es super thronum sanctũ regni tui. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedictus es qui sedes super Cherubim intuens abyssos. Et laudabilis & gloriosus in secula.

B enedictus es, qui ambulas super pennas ventorũ, & super vndas maris. Et laudabilis & gloriosus in secula.

B enedicãt te oẽs angeli; & sancti tui. Et laudeant te, & glorificent in secula.

B enedicant te cœli, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in secula.

G loria patri, & filio, & spiritui sancto. Et laudabilis & gloriosus in secula.

S icut erat in principio, & nũc & semper, & in secula seculorum, amen. Et laudabilis & gloriosus in secula.

B enedictus es domine deus patrum nostrorum. ℟ Et laudabilis & gloriosus in secula. Hic dicitur. ℣. Dñs vobiscum. sine Flectamus genua. Oro.

D Eus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominũ.

De sancta Maria. Oratio.

D Eus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem dei credimus, ei⁹ apud te ĩtercessiõib⁹ adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

D Eus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuũ N. quẽ pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam vna cũ grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum nostrum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. E cclesiæ tuæ. vt in feria vj. præcedenti.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

2. Th. 2.

F Ratres: Rogamus vos per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, vt nõ cito moueamini a vestro sensu: neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat vllo modo: quoniam, nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: qui aduersatur, & extollit supra omne q̃d dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat, ostendens se tã quam sit deus. Non retinetis, q̃ cum adhuc essem apud vos, hæc dicebã vobis? Et nũc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iã operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet, nũc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quẽ dñs Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui. Tractus. Q ui regis Israel intende, qui deducis, velut ouẽ Ioseph. ℣. Qui sedes sup Cherubim: appare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse. ℣. Excita domine potentiã tuam: & veni, vt saluos facias nos.

psa. 79.

Euang. A nno quintodecimo, Tyberij Cæsaris. Offertor. E xulta satis filia Sion: prædica filia Hierusalem: ec-

Zach. 9.

ce rex tuus venit tibi, sanctus, & saluator. Secreta.

S Acrificijs præsentibus, quæsumus dñe, placatus intende: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti per dominum nostrum Iesum.

De sancta Maria. Secreta.

I N mentibus nostris, quæsumus domine, veræ fidei sacramẽta cõfirma: vt qui conceptum de virgine Deum verum & hominem confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potentiã ad ęternam mereamur puenire lętitiã. Pro Papa. Secreta.

O Blatis, quæsumus dñe, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum nostrum. &c.

Vel contra persecutores ecclesiæ. Sec. P rotege. vt in feria vj. præcedenti.

psal 18.

Communio. E xultauit vt gigas ad currendam viam: a summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summum eius. Postcommunio.

Q Væsumus domine Deus noster: vt sacrosancta mysteria, q̃ pro reparationis nostræ munimine contulisti: & pręsens nobis remediũ esse facias & futurum. Per dominũ.

De Sancta Maria. Postcommunio.

G Ratiam tuam, quęsumus dñe, mentibus nostris infunde, vt qui angelo nunciãte, Christi filij tui incarnationẽ cognouimus: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

H Æc nos, quæsumus dñe, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuũ N. quẽ pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnã cum cõmisso sibi grege, saluet semper, & muniat. Per dñm no.

Vel cõtra persecutores ecclesię. Postcõmu. Q uęsumus. vt in fer. vj. pced.

DOMINICA QVARTA De Aduentu.

Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.



Isa. 44.

R Orate cęli desuper & nubes pluãt iustum: aperiat terra, & germinet saluatorẽ. ps. Cœli enarrant gloriã dei: & opa manuũ eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria pa. Oratio.

E Xcita domine potentiam tuã, & veni: & magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratię tuę, quod nostra peccata prępediunt, indulgentia tuę propitiationis accelere t. Qui viuis. De Sctã Maria. Oro.

D Eus, qui de beatę Mariæ virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnẽ suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui vere eã genitricẽ dei credimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur.

Contra perſecutores eccleſiæ. Oro.

ECcleſię tuę, quęſumus dñe, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dom. Vel pro Papa. Deus omnium fideliũ. vt in Sabbato pręcedẽ.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1.c. 4.

FRatres: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam quęritur inter diſpẽſatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neq; meipſum iudico. Nihil enĩ mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, Dñs eſt. Itaq; nolite ante temp⁹ iudicare: quoaduſq; veniat dñs, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordiũ. Et tunc laus erit vnicuiq; a Deo.

pſal m⁹. 144

Graduale. Prope eſt dñs omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem dñi loquatur os meum, & benedicat omnis caro nomẽ ſanctũ eius. Allа, allа. ℣. Veni dñe, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Iſrael, Alleluia.

Sequẽtia ſctĩ euãgelij ſecũdũ Lucã.

ca. 3

ANno quintodecimo Imperij Tyberij Cæſaris, procurante Põtio Pilato Iudæã, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ei⁹ tetrarcha Iturææ & Traconitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha: factum eſt verbum domini ſup Ioannem Zachariæ filium, in deſerto. Et venit in omnem regionẽ Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentię in remiſſionem peccatorum: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonũ Iſaiæ prophetæ. Vox clamãtis in deſerto. Parate viam Dñi, rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: & aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Credo.

Iſa. 40.

Offerto. Aue Maria gratia plena, dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Secre.

lu. 1

SAcrificijs pręſentibus, quęſum⁹ dñe, placatus intende: vt & deuotioni noſtrę proficiant, & ſaluti. Per do. De ſancta Maria. Secreta.

IN mentibus noſtris, quæſumus dñe, veræ fidei ſacramenta confirma: vt qui conceptum de Virgine Deum verum & hominem confitemur, per eius ſalutiferæ reſurrectionis potentiam ad æternam mereamur peruenire lætitiam.

Contra perſecutores Eccleſiæ. Sec.

PRotege nos dñe tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur & mente. Per do. Vel pro Papa. Sec. Oblatis. vt in Sabbato præcedenti.

Communio Ecce virgo cõcipiet, &

pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Poſtcommunio.

SVmptis muneribus, quęſumus domine, vt cum frequentatione myſterij creſcat noſtrę ſalutis effectus. Per dominum noſtrum Ieſum.

De ſancta Maria. Poſtcommunio.

GRatiam tuam, quęſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt, qui angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius & crucem, ad reſurrectionis gloriã ꝑducamur.

Cõtra ꝑſecutores Eccleſię. Poſtcom.

QVęſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per domi.

Vel pro Papa. Poſtcommunio Hęc nos. vt in Sabbato præcedenti.

¶ Si vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica, totum officium Miſſę fit de vigilia, cum comm. dñicę.

IN VIGILIA Natiuitatis Domini.

¶ Statio ad S. Mariã maiorẽ. Introi.



pſal m⁹. 23.

HOdie ſcietis, quia veniet domin⁹, & ſaluabit nos: & mane videbitis gloriã eius. ps. Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſan. Oratio.

DEus qui nos redemptionis noſtræ annua expectatione lętificas: pręſta, vt vnigenitum tuum, quẽ redemptorẽ lęti ſuſcipimus, venientem quoque iudicem ſecuri videamus, dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit.

Et dicitur hęc oratio tantum niſi vigilia venerit in Dominica.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. 1

FRẽs, Paulus ſeru⁹ IeſuChrĩ, vocatus apſus, ſegregatus in Euangelium Dei, (quod ante ꝓmiſerat ꝑ ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis) de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnẽ: qui pręedeſtinatus eſt filius dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri. Per quem accepimus gratiam & apoſtolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti domini noſtri. Graduale.

Ex. 16 pſa. m⁹ 79.

Hodie ſcietis, quia veniet dominus, & ſaluabit nos: & mane videbitis gloriam eius. ℣. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem, Ioſeph: q ſedes ſuper Cherubim, appare coram Ephraĩ, Beniamin, & Manaſſe. Non dicitur Alleluia, cum ſequenti verſu niſi hæc vigilia venerit in Dominica. Alleluia, alleluia. ℣. Craſtina die de-

lebitur iniquitas terræ: & regnabit ſuper nos Saluator mundi, alla.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundũ Matthæum.

ca. 1.

N illo tempore. Cum eſſet deſpõſata mater Ieſu Maria, Ioſeph, antequam con uenirent, inuẽta eſt in vtero habẽs de ſpiritu ſancto. Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eã. Hęc autem eo cogitante, ecce angelus domini in ſomnis apparuit ei, dicens. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Offertorium.

pſal m°. 23.

Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ ęternales, & introibit rex gloriæ. Secreta.

DA nobis, quæſumus: omnipotens deus, vt ſicut adoranda filij tui natalitia prævenimus: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudentes. Qui tecum viuit & regnat.

Iſa. 40.

Communio. Reuelabitur gloria domini: & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri. Poſtcommunio.

DA nobis, quæſumus, domine, vnigeniti filij tui recenſita Natiuitate reſpirare: cuius cęleſti myſterio paſcimur & potamur. Per eund.

¶ Sacerdos quoniam in die Natalis Domini celebrat tres Miſſas, in prima & ſecunda Miſſa non ſumat purificationem, ſed in tertia Miſſa.

IN NATIVITATE Domini.



Ad primam Miſſam in nocte. Statio ad ſanctam Mariam maiorẽ ad Præſepe. Introitus.

Ominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Pſ. Quare fremuerunt gẽtes & populi meditati ſunt inania? ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da quæſumus: vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eius quoq; gaudijs in cælo perfruamur. Qui tecum viuit.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Titum.

Ariſſime. Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiẽs nos: vt abnegantes impietatem, &

ſecularia deſideria: ſobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriç magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret ſibi populũ acceptabilẽ, ſectatorem bonorũ operũ. Hæc loquere, & exhortare: in Chriſto Ieſu dño noſtro. Gradua.

pſal m°. 109

Tecum principiũ in die virtutis tuæ: in ſplendoribus ſanctorũ ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dominus dño meo: ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣.

pſa. 2.

Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Lucam.

ca. 2

N illo tempore. Exijt edictum a Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hęc deſcriptio prima, facta eſt a præſide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph a Galilęa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatẽ Dauid, quę vocatur Bethlehẽ: eo quod eſſet de domo & familia Dauid: vt profiteretur cũ Maria deſponſata ſibi vxore, prægnãte. Factum eſt autem: cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret, Et peperit filium ſuum primogenitum: & pannis eum inuoluit: & reclinauit eum in prçſepio: quia nõ erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodiẽtes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce, angelus domini ſtetit iuxta illos: & claritas Dei circumfulſit illos: & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euãgelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantẽ pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudãtium deum, & dicentium. Gloria in altiſſimis deo: & & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Credo. Offer.

pſa. 95.

Lætentur cæli & exultet terra ante faciẽ dñi: quoniam venit. Secreta.

ACcepta tibi ſit dñe, quæſumꝰ, hodiernæ feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiẽte, per hæc ſacroſancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. &c.

Pręfatio. Æterne deus Quia per incarnati. Et dicitur quotidie vſque ad Epiphaniam.

¶ Infra actionem. Communicantes & noctem ſacratiſſimã celebrantes. Et dicitur quotidie vſque ad octauam Natiuitatis tantum incluſiue: & in Miſſa tantum dicitur noctem, deinceps vero, diem.

Communio. In splendoribus sancto-rum, ex vtero ante luciferũ genui te.

Postcommunio.

DA nobis, quęsumus, domine deus noster: vt qui natiuitatem domini nostri Iesu Christi mysterijs nos frequentare gaudemus, dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire consortium. Qui tecum.

¶ Debet Sacerdos ante quãlibet, Missam confessionem dicere, & in fine cuiuslibet populo benedicere, & Euangelium sancti Ioannis. In principio. erat verbum, legere: post tertiam vero Missam, loco prædicti euangelij dr̃ euangeliũ. Cũ natus esset Ie. quod inferius in Epiphania legitur.

AD SECVNDAM missam in Aurora.

¶ Statio ad sanctã Anastasiam. Intr.



Isa. 9. LVx fulgebit hodie super vos: q̃a nat⁹ est nobis domin⁹: & vocabit̃ admirabilis, de⁹ princeps pacis, pater futuri seculi: cuius regni nõ erit finis. p̃s. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & pręcinxit se. ℣. Gloria. Oro.

psal m⁹. 92.

DA nobis, quęsumus, omnipotens deus, vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem.

Pro sancta Anastasia. Commemo.

DA, quęsumus, omnipotẽs deus vt qui beatę Anastasię martyris tuę solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per domi.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Titum.

cap. CArissime. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitię, quę fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde p̱ Iesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsi⁹, hęredes simus secundum spem vitę ęternæ, in Christo Iesu domino nostro.

Graduale. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus, & illuxit nobis. ℣. A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinẽ, & præcinxit se virtute, allelu.

psal 117

Sequentia sancti euangelij secundũ Lucam.

IN illo tempore. Pastores loquebantur adinuicem. Trãseamus vsq; Bethleem: & videamus hoc verbum, quod factũ est, quod fecit dominus, & ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem

fantem positum in pręsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierũt mirati sunt, & de his, quę dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deũ in omnibus quę audierant, & viderant: sicut dictum est ad illos.

Credo. Offertorium. Deus firmauit orbem terræ, qui nõ commouebitur: parata sedes tua Deus ex tunc, a seculo tu es. Secreta.

psal m⁹. 92.

MVnera nostra, quęsumus domine, natiuitatis hodiernę mysterijs apta proueniant, & pacem nobis semper infundant: vt sicut homo genitus idem refulsit Deus, sic nobis hęc terrena substantia cõferat quod diuinum est. Per eundem dominum.

Pro sancta Anastasia. Secreta.

ACcipe, quęsumus domine munera dignanter oblata, & beatę Anastasię martyris tuę sufragantibus meritis, ad nostrę salutis auxiliũ prouenire concede. Per dominnm.

Præfatio & Communicantes. vt sup.

Communio. Exulta filia Sion, lauda filia Hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus, & saluator mũdi. Postcõ.

zac. 9.

HVius nos domine sacramenti semper nouitas natalis instauret: cuius natiuitatis singalaris humanam repulit vetustatem. Per eundẽ dominum nostrum Iesum Christũ.

Pro sancta Anastasia. Postcommu.

SAtiasti domine familiam tuam muneribꝰ sacris: eius, quęsumus interuentione nos refoue, cuius sollennia celebramus. Per dominum.

AD TERTIAM Missam in die Natiuit. Domini.

¶ Statio ad sanctam Mariã maiorem. Introitus.



PVer natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius: & vocabitur nomen eius magni consilij angelus. p̃s. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri, & filio & spi. Oratio

a. 9.

psal m⁹. 97.

COncede, quęsumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat &c.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

Fratres: Multifariã multisq; modis olim Deus loquẽs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: quem constituit heredem vniuersorum: per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ: purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomẽ hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum. Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrę, dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos, spiritus: & ministros suos, flammam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus deus in seculum seculi: virga ęquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, prę participibus tuis. Et, Tu in principio domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Graduale.

Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Alleluia, alleluia. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes, & adorate dominum: quia hodie descendit lux magna super terram, alleluia.

Initiũ sctĩ euãgelij secundũ Ioannẽ.

In principio erat verbum: & verbum erat apud Deũ: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsũ factus est: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre) plenum gratiæ & veritatis. Credo. Offertorium. Tui sunt cęli, & tua est terra: orbem terrarum: & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia & iudicium prçparatio sedis tuæ.

Secreta.

Oblata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem. Prefatio, & Communicantes. vt in canone. Communio.

Viderunt omnes fines terrę salutare dei nostri. Postcommunio.

Presta quęsumus, omnipotens deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit.

IN FESTO SANCTI Stephani protomartyris.

¶ Statio ad sanctum Stephanum in Cęlio monte. Introitus.



Sederũt principes, & aduersum me loquebantur: & iniqui persecuti sunt me: adiuua me domine Deus meus: quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

Da nobis, quæsumus domine, imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiã pro persecutoribus exorare dominum nostrum Iesum Christum filiũ. Et fit commemoratio de Natiuitate. Oratio.

Concede, quęsumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem dominum.

Lectio Actuum apostolorum.

In diebus illis. Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quę appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur. Audientes autem hęc: dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eũ. Cum autẽ esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in cęlũ vidit gloriam dei, & Iesum stantẽ a dextris virtutis dei, & ait. Ecce video cęlos apertos: & filiũ hominis stantẽ a dextris virtutis dei. Exclamantes autẽ voce magna continuerunt aures suas: & impetũ fecerũt vnanimiter ĩ eũ. Et eijcientes eum extra ciuitatẽ, lapidabant. Et testes

ſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanũ inuocantem, & dicentem. Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus, clamauit voce magna, dicens. Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit in domino. Graduale.

pſal m⁹. 118

Sederunt principes, & aduerſum me loquebantur: & iniqui perſecuti ſunt me. ℣. Adiuua me domine deus me⁹: ſaluum me fac propter miſericordiã tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Video cęlos apertos, & Ieſum ſtantem a dextris virutis dei, alleluia.

ac. 7.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Matthęum.

ca. 23.

IN illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudęorum & principibus ſacerdotũ. Ecce, ego mitto ad vos prophetas & ſapiẽtes & ſcribas: & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris: & perſequimini de ciuitate in ciuitatẽ: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terrã: a ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zacharię filij Barachię, quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient hęc omnia ſuper generationem iſtam. Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties volui cõgregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas: & noluiſti? Ecce, relinquetur vobis Domus veſtra deſerta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedict⁹ qui venit in nomine domini. Credo

Offertorium.

Elegerunt apoſtoli Stephanum leuitam, plenum fide & ſpiritu ſancto: quẽ lapidauerunt Iudęi orantem & dicentem: domine Ieſu, accipe ſpiritum meum, alleluia. Secreta.

SVſcipe domine munera, pro tuorum commemoratione ſanctorum: vt ſicut illos paſſio glorioſos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominum noſtrum Ieſum.

Pro Natiuitate Domini. Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſque a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per eundem.

Communio. Video cęlos apertos, & Ieſum ſtãtem a dextris virtutis dei: domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Poſtcõ.

ac. 7.

AVxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beato Stephano martyre tuo ſempiterna ptectione cõfirmẽt. Per dñm.

Pro Natiuitate. Poſtcommunio.

PRęſta, quęſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mundi, ſicut diuinæ nobis generationis eſt auctor, ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus Per omnia ſęcula ſęculorum.

IN FESTO SANCTI Ioannis apoſtoli & euangeliſtæ.

¶Statio ad ſanctam Mariã maiorẽ.

Introitus.



ec- cl. 15.

IN medio Eccleſię aperuit os ei⁹: & impleuit eum domin⁹ ſpiritu ſapiẽtię & intellect⁹: ſtolam glorię induit eũ. pſ. Bonum eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui. Oratio.

pal m⁹. 91

ECcleſiam tuam domine benignus illuſtra: vt beati Iohannis apoſtoli tui & euangeliſtę illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum noſtrum.

Pro Natiuitate. Oratio.

COncede, quęſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Pro ſancto Stephano. Orõ

DA nobis quęſumus Domine imitari quod colimus: vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſęculorũ. ℟. Am.

Lectio libri Sapientiæ.



QVi timet Deũ, faciet bona: & qui continens eſt iuſtitiæ, apprehendet illam: & obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibabit illum pane vitę & intellectus: & aqua ſapientię ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos ſuos. In medio Eccleſię aperiet os eius: & implebit eũ dominus ſpiritu ſapientię & intellectus: & ſtolam gloriæ induet eum. Iucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper eũ: & nomine ęterno hęreditabit illum dominus Deus noſter. Graduale.

Io. 2.

Exiit ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur: & non dixit Ieſus, non moritur. ℣. Sed, ſic eũ volo manere donec veniam, tu me ſequere. Alleluia, alleluia. ℣. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his: & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Ioannem.

ca. 2

IN illo tempore: Dixit Ieſus Petro: ſequere me. Conuerſus Petrus: vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem: qui & recubuit in cæna ſuper pectus eius, & dixit. Domine, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cũ vidiſſet Petrus, dixit Ieſu. Domine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus: Sic eũ

volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, quia non moritur: sed, sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: & scripsit hęc. Et scimus, quia verum est testimonium eius. Credo. Offertoriũ. (psal m9. 91.) Iustus vt palma florebit: sicut cedrus quę in libano est, multiplicabit. Secr.

SVscipe domine munera, quæ in eius tibi solẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum nostrũ Iesum.

Pro Natiuitate. Secreta

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica, nosq; per hæc a peccatorum nostrorum maculis emunda.

Pro sancto Stephano Secreta.

SVscipe domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominum. Communio. (io. 21.)

Exijt sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: & non dixit Iesus, non moritur, sed sic eum volo manere, donec veniam. Postcommu.

REfecti cibo potuq; cęlesti deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hæc cõmemoratione pcepimus, eius muniamur & pcib9.

Pro Natiuitate Postcõmunio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano. Postcõmun.

AVxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectione cõfirment. Per.

IN FESTO SANCTORVM Innocentium.

Statio ad sanctum Paulũ. Introitus.



EX ore infantium deus, & lactentiũ perfecisti laudem propter inimicos tuos. ℣ Domine dominus noster, qnã admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. ℣ Gloria patri. Nõ dicitur Gloria in excelsis. nec Alleluia. nec Ite missa est. nisi hoc festum venerit in Dominica sed in octaua semper dicuntur. Oratio.

DEus cuius hodierna die præconium innocentes martyres nõ loquendo, sed moriẽdo cõfessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum Qui tecũ viuit & regnat in vnitate spũs

Pro

Pro Natiuitate Oratio.

COncede quæsumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Pro S. Stephano. Oro.

DA nobis quæsumus domine imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiã pro persecutoribus exorare dñm nostrum Iesum Christum filiũ tuum.

Pro sancto Ioanne. Oratio.

ECclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Ioannis apostoli tui & euangelistæ illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per dominum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis apostoli. (ca. 14.)

IN diebus illis. Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo cẽtum quadragintaquatuor millia habẽtes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cęlo tanquam vocem aquarum multarum: & tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui, sicut citharędorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem Dei, & ante quatuor animalia: & seniores. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sũt coinquinati. Virgines enim sũt. Hi sequuntur agnum, quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno: & in ore ipsorum non est inuẽtum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronũ dei. Graduale. (psal m9. 123) Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cęlum & terrã. (ps. 112) Alleluia, alleluia. ℣. Laudate pueri dñm, laudate nomẽ domini, alleluia. Tractus subscriptus semper dicitur prętermisso. Alleluia. nisi hoc festum venerit in Dominica. In octaua vero nunquam dicitur Tractus. (ps. 78.) Effuderunt sanguinem sanctorum, velut aquam in circuitu Hierusalem. ℣. Et non erat qui sepeliret. ℣. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est super terram.

Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęum. (c. 2.)

IN illo tempore. Angel9 domini apparuit in somnis Ioseph, dicens Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quęrat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte: & secessit in Ægyptũ. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictũ est a dño per prophetã dicentẽ. Ex Ægypto vocaui filium

meum

meum. Tunc Herodes, videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde. Et mittēs, occidit omnes pueros, qui erant in Betheleem, & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiā prophetam, dicētem. Vox in Rāma audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos: & noluit cōsolari, qa nō sunt. Credo. Offer. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secre.

[psal m°. 123]

SAnctorum tuorum domine nobis pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dom. Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda.

Pro Sancto Stephano. Secreta.

SVscipe domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Pro sancto Ioanne. Secreta.

SVscipe domine munera, quę in eius tibi solennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominū nostrum Iesum.

Communio. Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus, Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt. Postcommunio.

[hie. 31.]

VOtiua domine dona percepimus: quę sanctorū nobis precibus, & pręsentis quęsumus vitę pariter & ęternę tribue conferre subsidium. Per do. Pro Natiuita. Postcō.

PRęsta, quęsumus omnipotens Deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro S. Stephano. Postcommunio.

AVxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano martyre tuo sempiterna protectione confirment.

Pro sancto Ioanne. Postcommunio.

REfecti cibo potuq; cęlesti deus noster, te supplices deprecamur: vt in cui⁹ hęc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum nostrum.

Si festū sancti Thomę venerit in Dominica, transfertur in sequentē diem.

IN FESTO SANCTI Thomæ episcopi & martyris. Intro.



GAudeam⁹ omnes in domino, diem festum celebrātes sub honore beati Thomæ martyris: de cuius passiōe gaudent angeli, & collaudant filiū Dei.

Dei. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Orō.

DEus, pro cuius ecclesia gloriosus pontifex Thomas gladijs impiorum occubuit: præsta quæsumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per dñm.

Pro Natiuitate Domini. Oratio.

COncede, quæsumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

DA nobis, quæsumus domine, imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dñm nostrū Iesum Christū filiū tuū.

Pro sancto Ioanne. Oratio.

ECclesiam tuam domine benignus illustra: vt bti Ioannis apostoli tui & euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sēpiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

DEus, cuius hodierna die præconium innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quā lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat in vnitate spūs sancti Deus Per omnia sęcula.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

FRatres. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui cōdolere possit his, qui ignorant & errant: quoniam & ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodū pro populo, ita etiā pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsū clarificauit vt pōtifex fieret: sed qui locutus est ad eū. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodū & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Graduale.

[ca. 5.]

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsis, Alleluia, alleluia. ℣. Ego sum pastor bon⁹: & cognosco oues meas: & cognoscunt me meę, alleluia.

[eccl. 44.] [io. 10.]

Sequentia sancti euangelij secudū Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues proprię, videt lupum venientem: & dimittit oues, & fugit: & lup⁹ rapit, & dispgit oues.

[ca. 10.]

oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas: & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quę non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meã audient: & fiet vnum ouile & vnus pastor. Credo.

psal mº. 20. Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitã petijt a te, & tribuisti ei all'a. Secr.

MVnera tibi domine dicata sanctifica, & intercedente beato Thoma martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominũ nostrum Iesum Chrm.

Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorũ maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

SVscipe domine munera, pro tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Pro sancto Ioanne. Secreta.

SVscipe domine munera, quę in eius tibi solennitate deferimus cuius nos confidimus patrocinio liberari. Pro Innocentibus Secreta.

SAnctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrum. Cõmunio.

Io. 10. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscũt me meę. Post c.

HÆc nos communio domine purget a crimine: & intercedente beato Thoma martyre tuo, atque pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuũ.

Pro Natiuitate. Postcommunio.

PResta, quęsumus omnipotens deᵘˢ: vt natus hodie saluator mũdi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro Sancto Stephano. Postcommu.

AVxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano martyre tuo sempiterna protectione confirment.

Pro Sancto Ioanne. Postcõmunio.

REfecti cibo potuq; cęlesti deᵘˢ noster, te supplices deprecamur vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus, eiᵘˢ muniamur & precibᵘˢ.

Pro Innocentibus. Postcommunio.

VOtiua domine dona percepimus, & præsentis quęsumus vitę pariter & ęternę tribue conferre subsidium. Per dominum nrm.

¶ Si festum Natiuitatis domini, sancti Stephani, sancti Ioannis euangelistæ, & sanctorum Innocentum, venerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica: sed die proximo post festum sancti Thomæ martyris dicitur

Missa de Dominica. Si autem festum sancti Thomæ venerit in Dominica dicitur Missa de Dominica cum commemoratione de alijs octauis: & festũ sancti Thomæ transfertur in secundã feriã. Si vero post festum sancti Thomæ fuerit Sabbatum ipsa die Sabbati dicitur Missa de octaua Natiuitatis cum cõmmemoratione de alijs octauis. Et in die sancti Siluestri fit officiũ de festo cum cõmemoratione de Dominica: & de alijs octauis.

MISSA DE DOMINICA infra octauam Natiuitatis Domini. Introitus.



sap. 18. DVm medium silẽtiũ teneret omnia, & nox ĩ suo cursu medium iter haberet omnipotens sermo tuᵘˢ domine, de cælis a regalibᵘˢ sedibᵘˢ venit. Ps.

psal mº. 92. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinẽ, & pręcinxit se. ℣. Gloria patri. Oro.

OMnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eundem dominum.

Et fit commemoratio de octauis pro Natiuitate. Oratio.

COncede, quęsumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Pro sancto Stephano. Oratio.

DA nobis, quæsumus domine, imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecum viuit & re.

Pro sancto Ioanne. Oratio.

ECclesiam tuam Domine benignus illustra: vt beati Ioannis apostoli tui & euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Pro Innocentibus. Oratio.

DEus cuius hodierna die præconium innocẽtes martyres nõ loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur etiam moribus vita fateatur. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus per omnia sęcula.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.



ca. 4. FRatres. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cũ sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus a patre. Ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis: mundi huius eramus seruientes. At

vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: vt eos, qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autẽ estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba, pater. Itaq; iam non est seruus: sed filius. Quod si filius: & hæres per Deum. Graduale

psal m°. 44. Speciosus forma præ filijs hominũ: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribę velociter scribentis.

psal m°. 92. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinẽ, & pcinxit se virtute, alla.

Sequentia sancti euangelij secundũ Lucam.

ca. 2. IN illo tempore. Erant Ioseph & Maria mater Iesu, mirantes super his, quę dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam: & in resurrectionem multorum in Israel: & in signum cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hęc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini: reuersi sunt in Galileã, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur: plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. Credo. Offertoriũ. Deus firmauit orbem terrę, qui non commouebit: parata sedes tua deus, ex tunc a seculo tu es. Secreta.

COncede quęsumus omnipotẽs deus: vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis piæ deuotionis obtineat, & effectũ beatæ perennitatis acquirat. Per do.

Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica, nosq; a peccatorum nostrorum maculis emunda.

Pro Sancto Stephano. Secreta.

SVscipe domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat inocuos

Pro Sancto Ioanne Secreta.

SVscipe domine munera, quę in eius tibi solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Pro Innocentibus. Secreta.

SAnctorum tuorum domine nobis pia non desit oratio, quę & munera nostra conciliet, & tuam

camur: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Pro Innocẽtib. Postcõ.

VOtiua domine dona percepimus: quæ sanctorũ nobis precibus, & præsentis quæsumus vitæ pariter & æternæ tribue cõferre subsidium. Per dominũ nostrum Iesum.

Si festum sancti Syluestri venerit in Dominica, dicitur Missa de eo, & cõmemoratio de Dñica & de octauis.

IN FESTO S. SYLuestri papæ & confesso. Introitus.



psal m°. SAcerdotes tui domine induant iustitiã & sancti tui exultẽt: ꝓpter Dauid seruum tuũ non auertas faciẽ Christi tui. ps. Memẽto domine Dauid, & oĩs mansuetudinis eius. ℣ Glo. Oro.

DA quæsumus, omnipotẽs de⁹: vt beati Syluestri cõfessoris tui atq; pontificis veneranda solennitas: & deuotionẽ nobis augeat, & salutem. Per d. Pro natiuitate. Oro.

COncede, quæsumus, omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Pro S. Stephano. Oratio.

DA nobis, quæsumus domine imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiã pro persecutoribus exorare Dominum nr̃m Iesum Christũ filium tuũ.

Pro sancto Ioanne. Oratio.

ECclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Ioannis ap̃li tui & euãgelistæ illuminata doctrinis: ad dona pueniat sẽpiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocẽtes martyres nõ loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dominum nostrũ.

Lctõ ep̃lę btĩ Pauli ap̃li ad Timoth.

2. t 4. CArissime. Testificor corã Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnũ eius. Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum sanã doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui: fidem seruaui.

In reliquo, reposita est mihi corona iustitię: quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi: sed & his qui diligunt aduentum eius. Graduale.

eccle. 44. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundũ Lucam.

In illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti: & lucernę ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectãtibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amẽ dico vobis, quod pręcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis Et si venerit in secunda vigilia; & si in tertia vigilia venerit: & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret vigilaret vtique, & non sineret perfodi domũ suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hoïs veniet.

psal m⁹. 88. Credo. Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei. & brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secr.

Sancti tui nos dñe, quæsum⁹, vbique lętificẽt: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiam⁹. Per dominum nostrum Iesum.

Pro Natiuitate Secreta.

Oblata dñe munera, noua vnigeniti tui natiuitate sãctifica nosque a peccatorũ nostrorũ maculis emunda. Pro S. Stepha. Secreta.

Suscipe dñe munera pro tuorum commemoratione sanctorũ: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Ioanne. Secreta.

Suscipe dñe munera, quę in eius tibi solennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum domine nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat.

Communio. Beatus seruus, quem cũ venerit dñs, inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Mat. 24.

Presta, quęsumus oĩpotẽs Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Syluestro confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per dñm. Pro Natiuitate. Postcom.

Præsta, quęsumus omnipotens deus: vt nat⁹ hodie saluator mũdi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro Sancto Stephano. Postcommu.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano martyre tuo sempiterna protectione confirment.

Pro Sancto Ioanne. Postcõmunio.

Refecti cibo potuque cęlesti deus noster, te supplices deprecamur: vt ĩ cui⁹ hęc cõmemoratiõe percepimus, eius muniamur & precibus. Pro Innocentibus. Postcom.

Vótiua domine dona percepimus: quę sanctorũ nobis præsentis quæsumus vitæ pariter & ęternæ tribue conferre subsidium. Per.

IN DIE CIRCVNCISIOnis & in octaua Natiuitatis Dñi.

Statio ad sanctam Mariam trãs Tyberim. Introitus.



Puer nat⁹ est nobis, & filius dat⁹ est nobis: cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus. psalmus. Cantate dño canticũ nouũ quia mirabilia fecit. ℣. Gloria pat. & fi. Oro.

Deus, qui salutis ęternæ beatæ Mariæ virginitate fęcunda, humano generi præmia prĕstitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quã meruimus auctorẽ vitę suscipere, dñm. nostrum Iesum Christum filiũ tuũ.

Lectio ep̃lę beati Pauli ap̃li ad Titũ.

ca. 2. Charissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & secularia desideria: sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo: expectãtes beatam spem, & aduentum glorię magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hęc loquere, & exhortare: in Chr̃o Iesu dño nr̃o. Gradua.

psal m⁹. 97. Viderunt omnes fines terrę salutare dei nostri: iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus salutare suum, ante conspectum gentium reuelauit iustitiã suam. Alleluia, alleluia. ℣. Multifariã olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundũ Lucam.

ca. 2. In illo tempore. Postquam cõsummati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatũ est nomẽ eius Iesus. Quod vocatũ est ab angelo priusquã ĩ vtero cõciperetur. Credo. Offertorium.

psal m⁹. 97. Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ. Secreta.

Mvneribus nostris, quęsumus domine ꝑcibusque susceptis: & cęlestibus nos mūda mysterijs, & clementer exaudi. Per dominum.

psa. 97. Communio. Viderunt omnes fines terrę, salutare dei nostri. Postcōmu.

HÆc non communio domine purget a crimine: & intercedente beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per eundem dominum nostrum.

Si aliqua ex his octauis in Dominica venerit, fit officium de octaua, de Dominica vero nihil fit.

¶ In octaua Sancti Stephani totum officium missę dicitur sicut in die, præter orationem, quę sequitur. Et dicitur Credo. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrū in beati leuitę Stephani sanguine dedicasti: tribue quęsumus: vt pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exorauit dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

Et fit commemoratio de sancto Ioanne, & de Innocentibus.

¶ In octaua sancti Ioannis officium missę dicitur sicut in festo eius. Et dicitur Credo. Prima oratio de die, secunda de Innocentibus.

¶ In octaua sanctorum Innoc. officium Missę dicitur sicut in die, excepto quod Gloria in excelsis, Alleluia, & Ite missa est, dicuntur, & non dicit: Credo.

IN VIGILIA Epiphaniæ. Introitus.



DVm mediū silentium tenerent omnia, & nox ī suo cursu medium iter haberet: omnipotēs sermo tuus domine, de cælis a regalibus sedibus venit. (sapi. 18.) ps. Dn̄s regnauit decorē indutus, īdut⁹ est dn̄s fortitudinē, & pręcinxit se. ℣. Gloria patri. (psa. 92.) Oratio

OMnipotens sempiterne deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem dominum.

De sancta Maria. Oratio.

DEus, q̄ salutis ęternę, beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quā meruim⁹ auctorem vitę suscipere: dominum.

Contra persecutores Ecclesię. Oro.

ECclesię tuę quæsumus dn̄e preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dn̄m. Vel pro papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo & exēplo, q̄bus pręest, ꝑficere: vt ad vitā vna cū grege sibi credito perueniat sempiternā. Per.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas. (ca. 4.)

FRatres. Quanto tempore hęres paruulus est, nihil differt a seruo, cū sit dn̄s omnium, sed sub tutoribus & actoribus est, vsq; ad pręfinitum tēpus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos q̄ sub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniā autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantē, abba, pater. Itaq; iam non est seruus: sed filius. Quod si filius: & hęres per deum. Grad. Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meū verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit decorem induit, induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluia. (psal mi⁹. 44.)

Sequētia sc̄ti euāgelij s̄m Matthęū.

IN illo tempore. Defuncto Herode, ecce angelus dn̄i apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens. Surge, & accipe puerū, & matrē eius & vade in terrā Israel. Defuncti sunt enim, q̄ quęrebāt animā pueri. Qui consurgēs, accepit puerū & matrē ei⁹: & venit in terrā Israel. Audiēs autem, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilcæ. Et veniens habitauit in ciuitatē quę vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, quoniam Nazareus vocabitur. Offerto. Deus firmauit orbem terræ, qui nō cōmouebitur: parata sedes tua Deus ex tunc, a seculo tu es. Secreta. (psal mi⁹. 92.)

COncede quęsumus omnipotens deus: vt oculis tuę maiestatis munus oblatū, & gratiā nobis pię deuotionis obtineat, & effectum beatę perennitatis acquirat. Per do.

De sancta Maria. Secreta

MVneribus nostris, quęsumus domine, precibusq; susceptis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

Contra ꝑsecutores Ecclesiæ. Secre.

PRotege nos dn̄e tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Vel pro Papa Secreta.

OBlatis quæsumus dn̄e placare muneribus: & famulū tuum N. quē Pastorē Ecclesię tuæ pręesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per dominum nostrum. Commu.

Tolle puerum & matrem eius, & vade in terrā Israel: defuncti sunt enim q̄ quærebāt animam pueri. Postcō. (ma. 2.)

PEr huius domine operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

De sancta Maria. Postcommunio.

HÆc nos cōmunio dñe purget a crimine: & intercedente beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes.

Contra psecutores Ecclesiæ. Postcō.

QVęsumus domine deꝰ noster: vt quos diuina tribuis participatiōne gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per.

Vel pro Papa. Postcommunio.

HÆc nos quæsumꝰ domine diuini sacramēti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pesse voluisti, vna cum commisso sibi gregē saluet semper & muniat. Per dominū nostrum Iesum Christum filiū tuū.

IN EPIPHANIA Domini.

Statio ad sanctum Petrū. Introitus.



ECce aduenit domina tor dominus: & regnum in manu eius, & potestas, & imperiū. ps. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuā filio regis. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propitius: vt, qui iam te ex fide cognouimus, vsq; ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eundē dominum nostrum Iesum Christū.

Lectio Isaię prophetæ.



SVrge, illuminare Hierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria domini sup te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Sup te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges ī splēdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerūt tibi. Filij tui de lō ge venient: & filię tuę de latere surgent. Tunc videbis & afflues: & mirabitur & dilatabitur cor tuū, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Innundatio camelorum operiet te, dromedarij Madiā, & Epha. Oēs de Saba venient, aurum & thus deferentes: & laudē dño annunciātes. (ca. 60.)

Graduale. Omnes de Saba veni ent, aurum & thus deferentes: & laudem Domini annunciantes. ℣. Surge, & illuminare Hierusalem: quia gloria Domini super te orta est. Alleluia, alleluia. ℣. Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominum, alleluia.

Sequentia scti euāgelij sm Matthęū.

CVm natus esset Iesus in Bethleem Iudę in diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudęorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iudę. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux: q̃ ragat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligē ter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi: vt & ego veniens, adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens, staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & Hic genuflectitur procidentes, adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, thus, & myrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionē suā. Credo. (ca. 2.)

Offertorium. Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. (psal m°. 71.) Secreta.

ECclesiæ tuę, quæsumus domine, dona propitius intuere, qui bus non iam aurum, thus, & myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per dominum nostrum Iesum.

Prefatio. Æterne Deus. Quia cum vnigenitus. Infra actionem Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo vnigenitus tuus. vt in prefationibus. Et dicuntur per octauam. Communio. Vidimus stellā eius in oriente: & venimus cū muneribus adorare dñm. (Ma. 2.) Postcommu.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, vt quę solenni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia consequamur. Per dominū.

Infra octauam Epiphaniæ fit idem officium, quod in die: & post orationē diei dicuntur orationes. Deus qui salutis æternæ. & Ecclesiæ tuæ. vel p Papa, vt in vigilia Epiphaniæ.

¶ De festis duplicibus & semiduplibus, quę infra octauam veniunt nihil agitur, nisi in propria ecclesia, sed peracta octaua celebrantur: de simplicibus autem fit tantum cōmemoratio.

¶ De Dominica infra octauam Epiphanię

phaniæ Missa dicitur vt infra. Quod si festum Epiphaniæ in Dominica venerit, ipsa Missa Dominicæ dicitur in Sabbato infra octauam, & in octaua Epiphaniæ nihil fit de Dominica.

DOMINICA INFRA octauã Epiphaniæ. Introitus.

ccc.



IN excelso throno vidi sedere virum, quem adorat multitudo angelorũ psallentes in vnũ: ecce cuius imperij nomẽ est in æternum. ps. Iubilate deo omnis terra: seruite domino in lætitia. ℣. Gloria patri. Oro.

psal 99.

Vota, quæsumus domine supplicantis populi cęlesti pietate prosequere: vt, & quæ agẽda sunt videant, & ad implẽda quę viderint, conualescant. Per dominum.

Pro cõmemo. Epiphaniæ. Oratio.

Deus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti, concede propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus, vsque ad contemplandam speciem tuę celsitudinis perducamur. Per eundem.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli Ad Romanos.

ca. 12.



Ratres. Obsecro vos per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem, sanctam, deo placẽtẽ, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensꝰ vestri: vt probetis, quæ sit voluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiã dei quæ data est mihi: omnibus qui sunt inter vos. Non plus sapere quã oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemns, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. In Christo Iesu domino nr̃o.

Graduale. Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia magna solus a seculo. ℣. Suscipiant montes pacẽ populo tuo: & colles iustitiam. Alleluia, alleluia. ℣. Iubilate deo omnis terra, seruite domino in lætitia, allel.

psa. 99.

Sequentia sancti euangelij secundũ Lucam.

c.2.



Vm factus esset Iesus annorũ duodecim, ascendentibus illis Hierosolymã secundum cõsuetudinem diei festi, cõsummatisq; diebus cum redirent, remansit Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et nõ inuenientes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est:

post

post triduum inuenerũt illum in tẽplo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia & respõsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili q̃d fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos. Quid est, quod me quærebatis? Nesciebatis, quia ĩ his quę patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

psal mꝰ. 99.

Credo. Offerto. Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lętitia: intrate in conspectu eius in exultatione, quia dñs ipse est Deus. Secreta.

Oblatũ tibi domine sacrificium viuificet nos semp, & muniat. Per dominum nostrum Iesum.

Pro Epiphania. Secreta.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus domine, dona propitius intuere, quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus delcaratur, immolatur, & sumitur. Per dominum nostrum.

lu. 2.

Communio Fili, quid fecisti nobis sic? ego & pater tuus dolentes quęrebamus te. Et quid est, quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his quæ pris mei sunt, oportet me esse. Postc.

Supplices te rogamus, omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dominum nostrum Iesum.

Pro Epiphania. Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, vt quæ solenni celebramus officio, purificatæ mentis intelligentia consequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum.

IN OCTAVA Epiphaniæ Introitus.

ma. 3.



Ecce aduenit dominator dominꝰ: & regnũ in manu eius, & potestas, & imperiũ. ps. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiã tuam filio regis. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

psal mꝰ. 71.

Deus, cuius vnigenitus in substantia nostrę carnis apparuit: pręsta quæsumus, vt per eum, quem similem nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecũ viuit & regnat, in vnitate spiritus sãcti Deus. Per omnia.

Lectio Isaiæ prophetę.



Vrge, illuminare Hierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria dñi sup te or-

ta

ta est. Quia ecce tenebrę operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur dominus, & gloria ei⁹ in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de lõge venient, & filię tuę de latere surgent. Tunc videbis & afflues: & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quã do conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedrarij Madian & Epha. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes: & laudem domino annunciantes. Graduale.

Esa. 60.

Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem dño annũciantes. ℣. Surge, & illuminare Hierusalem: quia gloria domini super te orta est. Alleluia, alleluia. ℣. Vidim⁹ stellã eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare dñm, alleluia.

ma. 2.

Sequẽtia sct̃ euangelij sm̃ Ioãnem.

ca. 1.

In illo tempore. Vidit Ioannes Iesum veniẽtem ad se, & ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat, & ego nesciebam eum. Sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes: dicens Quia vidi spiritum descendentem quasi colũbam de cęlo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: & testimonium phibui: qa hic est filius dei. Credo. Offertoriũ. Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabant eũ omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Secreta.

psal m⁹. 71.

Hostias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus, suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorum auctor est munerum: ita sit ipse misericors & susceptor, Iesus Christus dominus noster. Qui tecũ. Communio. Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare dominum. Postcõmu.

Cælesti lumine, quæsumus domine, semp & vbique nos præueni: vt mysterium: cuius nos participes esse voluisti, & puro cernamus intuitu & digne percipiamus effectu. Per dominum nostrum Iesum.

¶ Ab octaua Epiphaniæ vsq; ad Purificationem, nisi fuerit duplex, post orationem diei, dicuntur istæ orationes. Deus qui salutis ęternę. & Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium fideli um.

¶ Si tempus breue fuerit ab octaua Epiphaniæ vsq; ad Septuagesimam, ita quod Dñicalia officia non possint expleri suis diebus, officia residuorũ

Dñicarum, post secundam dñicã post Epiphaniam, eo anno omittuntur, & & resumuntur (quoad orationẽ, epistolam, & Euangelium duntaxat) post vigesimamtertiam dñicam post Pentecosten, vt ibi dicitur in rubrica.

¶ Si dñica Septuagesimæ venerit sequenti dñica post octauam Epiphan. in prædedenti sabbato: si non est impeditum festo duplici vel semiduplici dr̃ missa de dñica ij. post Epiphaniam cum commemoratione festi simplicis in eo occurentis. Si vero Sabbatũ fuerit impeditum festo duplici vel semiduplici, tunc prima die post octa. Epipha. dr̃ missa de secunda Dñica, & festum duplex vel semidupl. transfertur in primã diẽ simili festo nõ impeditã.

DOMINICA SECVNDA post Epiphaniam. Introitus.

ps. 65.



Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo altissime. Ps. Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri. dr̃ Gloria in excelsis. in Dñicis vsq; ad Septuagesimam exclusiue: in ferialibus vero diebus, qñ resumitur missa de dñica preterita, nõ dr̃. Quod seruat & post Pentec. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus, q cęlestia simul & terrena moderaris: supplicatiões popu'i tui clementer exaudi, & pacem tuã nostris concede temporibus. Per dominũ. De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue, quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quã meruimus auctorem vitæ suscipere, dominum nr̃m Iesum Chr̃m filiũ tuũ. Contra psecutores Ecclesiæ. Oro.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus dñe, preces placatus admitte; vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis: secura tibi seruiat libertate. Per do. Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo quib⁹ præest, proficere, vt ad vitam vnã cũ grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 2.

Fratres. Habentes donationes, secundum gratiã quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundum rationẽ fidei siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortãdo, qui tribuit

in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem pręuenientes. Solicitudine non pigri: spiritu feruentes: domino seruientes: spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi instantes: necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes. Graduale. Misit dominus verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitu eorũ. ℣. Confiteantur domino misericordię eius: & mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate dominum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius, alleluia.

psal m⁹. 106

¶ Sic dicitur Alleluia cũ versu post graduale, ab octaua Epiphaniæ vsq; ad Septuagesimam, & ab octaua Pentecostes vsq; ad Aduentum, etiam infra hebdomadam, quando resumitur Missa de dominica.

Sequẽtia sancti euangelij secundum Ioãnem. In illo tempore. Nuptię factę sunt in Cana Galileæ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino, dicit mater Iesu ad eum. Vinum nõ habent. Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationẽ Iudæorum: capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus. Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo, primum, bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonũ vinum vsque adhuc. Hoc fecit initiũ signorum Iesus in Cana Galilęę: & manifestauit gloriã suam. Et crediderunt in eum discipuli eius. Credo.

ca. 2.

Offertorium. Iubilate Deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite & audite, & narrabo vobis omnes qui timetis Deum, quanta fecit dominus animæ meę, alleluia. Secreta. Oblata dñe munera sanctifica, nosq; a peccatorum nostrorũ maculis emunda. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

ps. 65.

De sancta Maria Secreta. Muneribus nostris, quæsumus domine, precibusque suscepti: & cęlestibus nos munda my-

sterijs, & clementer exaudi. Cõtra persecutores Ecclesiæ. Secreta. Protege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum. Vel pro Papa. Secreta. Oblatis quæsumus domine placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum. Communio. Dicit dominus, implete hydrias aqua, & ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquã vinum factam, dicit sponso, seruasti bonum vinum vsque adhuc: hoc signum fecit Iesus primum coram discipulis suis.

io. 2.

Postcommunio. Augeatur in nobis, quęsumus domine, tuæ virtutis opatio: vt diuinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capienda, tuo munere pręparemur. Per dominum no. Pro sancta Maria. Postcommunio. Hæc nos communio domine purget a crimine: & intercedẽte beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes. Cõtra persecutores Ecclesiæ. Postcõ. Quęsumus domine deus noster vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacere periculis. Per dominum. Vel pro Papa. Postcõmunio. Hæc nos quæsum⁹ domine diuini sacramẽti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorẽ Ecclesię tuæ pręesse voluisti, vna cũ commisso sibi grege saluet semper & muniat. Per dominum nostrum.

DOMINICA TERTIA post Epiphaniam. Introitus.



Adorate deũ omnes angeli ei⁹: audiuit, & læta est Sion: & exultauerũt filiæ Iudę. ps. Domin⁹ regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. ℣. Gloria patri, & fi. Orõ. Omnipotens sempiterne deus, infirmitatem nostram propitius respice: atq; ad protegendum nos, dexterã tuæ maiestatis extende. Per dñm.

psal m⁹. 96.

De sancta Maria. Oratio. Deus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fęcunda, humano generi pręmia pręstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, p quã meruimus auctorẽ vitæ suscipere Dñm nrm Iesum Christum filium tuum. Pro Papa. Oratio. Deus oĩum fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quẽ pastorem Ecclesię tuę præesse voluisti, ppitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exẽplo qbus præest, pficere, vt ad vitam vna cũ grege sibi cre-

dito, perueniat sempiternam. Per d.
Vel cōtra psecutores Ecclesię. Orō.
E cclesię tuæ. vt in Dñica præcedē.
Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 1

FRatres. Nolite esse pru dē-tes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum corā Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est cum hominibus pacē habentes. Nō vosmetipsos defendētes, charissimi: sed date locum irę. Scriptū est enim. Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potū da illi. Hoc enim faciēs, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malū.

psal m⁹. 110

Graduale. T imebunt gentes nomen tuū domine, & omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniā ędificauit dominus Sion, & videbitur in maiestate sua. A lleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ, alleluia.

psal m⁹. 96.

Sequentia sancti euangelij secundū Matthęum.

ca. 8.

IN illo tempore. Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eū turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicēs. Domine, si vis potes me mundare. Et extendens manum Iesus, tetigit eum dicens. Volo, Mundare. Et cōfestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti: & offer munus quod præcēpit Moyses in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad ad eum Centurio, rogans eum, & dicēs. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Cēturio ait. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nā & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autē vobis, quod multi ab oriente, & occidēte venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dētium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanat⁹ est puer in illa hora. Credo. Offerto.

psal 117

D extera domini fecit virtutē, dexterā domini exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutem: nō moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Secreta.

HÆc hostia, quæsumus domine emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandū, subditorū tibi corpora, mētesq; sanctificet. Per.

Pro sancta Maria. Secreta.

MVneribus nostris, quæsumus domine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

Pro Papa. Secreta.

OBlatis quęsumus dñe placare muneribus: & famulum tuū N. quē pastorem Ecclesiæ tuę præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominū nostrum Iesum Christum filium tuum.

Vel contra persecutores Ecclesię. Secreta. P rotege. vt in Dñica præterita.

lu. 4.

Communio. M irabantur omnes de his, quæ pcedebant de ore dei. Postc.

QVos tantis domine largiris vti mysterijs: quæsumus, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per dominum nostrum.

De sancta Maria. Postcommunio.

HÆc nos communio domine purget a crimine: & intercedēte beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per d.

Vel pro Papa. Postcommunio.

HÆc nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quē pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per dominū nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Postcommunio. Quęsumus. vt in Dominica præterita.

DOMINICA QVARTA post Epiphaniam. Introitus.



ADorate deū omnes angeli ei⁹: audiuit, & læta ta est Sion: & exultauerūt filiæ Iudæ. ps. Dominus regnauit exultet terra, lætentur insulæ multę. ℣. Glo. pat. & fi. Orō.

psal m⁹. 96.

DEus, qui nos in tantis periculis cōstitutos, pro humana scis fragilitate nō posse subsistere: da nobis salutem mētis & corporis: vt ea, quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per dominū.

De sancta Maria Oratio.

DEus, qui salutis ęternæ, beatæ Marię virginitate fęcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quęsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quā meruimus auctorē vitæ suscipere dominum nrm Iesum Christum filiū tuū.

Contra persecutores Ecclesię. Orō.

ECclesię tuæ, quæsumus domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrū Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Vel pro Papa. Deus omnium fidelium. vt in Dominica precedenti.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli Ad Romanos.

FRatres. Nemini quicquã debeatis, nisi, vt inuicẽ diligatis. Qui enim diligit ꝓximum, legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces: & si quod est aliud mãdatum, in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. Graduale.

psa. 101. Timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniam ędificauit dominus Siõ, & videbitur in maiestate sua.

psa. 96. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multę, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęum.

ca. 8. IN illo tempore. Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes. Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est trãquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, qa venti & mare obediũt ei? C redo.

psa. 117. Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuã, & narrabo opera domini. Secre.

COncede, quæsumus omnipotẽs deus, vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semp, & muniat. Per dominum nostrum.

De sancta Maria. Secreta.

MVneribus nostris, quæsumus domine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

Cõtra persecutores Ecclesię. Secret.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis. vt in Dominica pręcedenti.

lu. 4. Communio. Mirabantur omnes de his, quę procedebãt de ore Dei. Postc.

MVnera tua nos deus a delectationibus terrenis expediant: & cęlestibus semper instaurent alimentis. Per dominum nostrum.

De sancta Maria. Postcommunio.

HÆc nos communio domine purget a crimine: & intercedẽte beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes.

Contra ꝑsecutores Ecclæ. Postcõ.

QVæsumus domine deꝰ noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominũ.

Vel pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos. vt i Dominica præterita.

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam Introitus.



psa. 96. ADorate deũ omnes angeli eiꝰ: audiuit, & læta ta est Sion: & exultauerũt filiæ Iudę. ps. Dominꝰ regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. ℣. Gloria patri, & fi. Oro.

FAmiliam tuam: quæsumus domine, continua pietate custodi: vt quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat. &c.

Post festũ Purificationis dicĩ ij. Oro. A ¦ p ꝯcenda suffragia sanctorũ. Oro.

ACunctis nos, quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa, semperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia oro dicĩ ad libitũ sacerdotis.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Colossenses.

c. 3. FRatres. Induite vos, sicut electi dei sãcti, & dilecti viscera misericordię, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patientiã, supportantes inuicem: & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & dominus donauit vobis: ita & vos. Sup omnia autem hęc charitatem habẽtes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. Verbũ Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes & cõmonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere: oĩa in nomine dñi nostri Iesu Christi facite, gratias agẽtes deo & patri, per Iesum Christum dominum nostrum.

psa. 101. Graduale. Timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. ℣. Quoniam ędificauit dñs Sion: & videbitur in maiestate sua.

psal mꝰ. 96. Alleluia, alleluia. ℣. Dominꝰ regnauit, exultet terra: lætentur insulę multę, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęum.

ca. 13. IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile factũ est regnũ celorũ ho-

mini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.Cum autem dormirent homines,venit inimicus eius, & ſup ſeminauit zizania in medio tritici,& abijt.Cum autem creuiſſet herba & fructum feciſſet:tunc apparuerũt & zizania.Accedentes autem ſerui patrisfamilias,dixerunt ei.Dñe, nonne bonum ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania?Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea?Et ait, Non:ne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis ſimul & triticum.Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea ĩ faſciculos ad comburendum:triticum autem cõgregate in horreum meum.Credo.

pſal 117

Offertorium. Dextera Dñi fecit virtutem, dextera Dñi exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutẽ: nõ moriar, ſed viuã,& narrabo opa dñi.Secreta.

Hoſtias tibi domine placationis offerimus:vt, & delicta noſtra miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per dominum.

Ad poſcẽda ſuffragia ſanctorũ. Secr.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, vt per huius ſacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis,& corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti,& gloriam in futuro.Tertia ad libitum. Communio.

lu. 4.

Mirabantur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. Poſtcommu.

Quęſumus omnipotens deus vt illius ſalutaris capiamus effectum: cuius per hæc myſteria pign° accepimus.Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Ad poſcẽda ſuffragia ſãctorũ. Poſtc.

Mundet,& muniat nos, quæſumus domine,diuini ſacramẽti munus oblatum,& intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis:a cunctis nos reddat, & peruerſitatibus expiatos,& aduerſitatibus expeditos. Tertia ad libitum.

Vel pro Papa.Poſtcommunio.

Hæc nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti pceptio protegat:& famulum tuum N. quẽ paſtorem Eccleſię tuæ pręeſſe voluiſti, vna cum cõmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper & muniat. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium.

DOMINICA SEXTA poſt Epiphaniam. Introitus.



pſa. 96.

Adorate deũ omnes angeli ei°: audiuit, & lęta ta eſt Sion: & exultauerũt filię Iudæ. ps. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur inſulæ multę.

℣. Gloria patri & filio. Oratio.

Præſta quęſumus omnipotẽs deus: vt ſemper rationabilia meditantes,quæ tibi ſunt placita,& dictis exequamur,& factis.Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos quæſumus dñe, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata, & glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria cũ beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis Eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.Tertia oratio ad libitum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

j. c. 1.

Fratres.Gratias agim°Deo ſemper pro omnibus vobis: memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris, ſine intermiſſione,memores operis fidei veſtrę & laboris,& charitatis & ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti ante Deum, & patrem noſtrum. Scientes fratres dilecti, a Deo electionem veſtram: quia euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tãtum,ſed & in virtute,& in ſpiritu ſãcto,& in plenitudine multa:ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos imitatores noſtri facti eſtis,& domini:excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio ſpiritus ſancti: ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia.A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini:non ſolum in Macedonia & in Achaia,ſed & ĩ omni loco fides veſtra,quæ eſt ad deum,profecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quicquam loqui.Ipſi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos:& quomodo conuerſi eſtis ad deum a ſimulachris, ſeruire deo viuo & vero:& expectare filium eius de cælis (quem ſuſcitauit ex mortuis)Ieſum, q eripuit nos ab ira ventura. Graduale.

pſal 101

Timebunt gentes nomen tuum domine,& omnes reges terræ gloriã tuã. ℣. Quoniam ædificauit dominus Siõ, & videbitur ĩ maieſtate ſua. Alleluia: alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra:lętentur inſulæ multæ, Alľa;

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Matthęum.

ca. 13.

In illo tẽpore. Dixit Ieſus turbis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum grano ſinapis, quod accipiẽs homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus.Cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus:& fit arbor,ita vt volucres cęli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus eſt eis.Simile eſt regnum cęlorũ fermento: quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totũ. Hęc oĩa

locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictũ est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscõdita a cõstitutione mũdi. Credo. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me, dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam: & narrabo opera domini. Secreta.

psal. 171

HÆc nos oblatio deus mundet, quęsumus, & renouet, gubernet, & protegat. Per dominum.

Ad poscẽda suffragia Sãctorũ. Secr.

EXaudi nos deus salutaris noster, vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in pręsenti, & gloriam in futuro. Tertia ad libitum. Communio.

Mirabantur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. Postcommunio.

luc. 4.

CÆlestibus domine pasti delicijs, quæsumus: vt semper eadem, per quę veraciter viuimus, appetamus. Per dominum nostrum.

Ad poscẽda suffragia sãctorũ. Postc.

MVndet, & muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramẽti munus oblatum, & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnib⁹ sanctis, a cũctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Tertia ad libitum.

DOMINICA IN Septuagesima,

Statio ad S. Laurentium extra muros. Introitus.



CIrcundederũt me gemitus mortis: dolores inferni circundederunt me: & in tribulatione mea inuocaui dominũ, & exaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meam. ps. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. ℣. Gloria patri. Nõ dicitur. Gloria in excelsis. a Dominica Septuagesimæ vsque ad Pascha, exceptis feria quinta in cœna Domini, & Sabbato sancto, & quãdo dicitur Missa de festo. Oratio.

psa. 17.

PReces populi tui, quæsumus domine, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

Ad poscẽda suffr. g a sanctorũ. Oro.

ACunctis nos, quęsumus domine, mẽtis & corporis defende periculis: & intercedẽte beata & gloriosa, semperque virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis

Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis. Sic dicitur secunda & tertia oratio a festo Purificationis vsque ad feriam quartam Cinerũ exclusiue, quando nõ est duplex: nisi Dominica Septuagesimæ venerit ante festum Purificationis, vel in ipsa die Purificationis, quia tunc dicuntur orationes sicut in Dominica secunda post Epiphaniam, de sancta Maria, & contra persecutores Ecclesię, vel pro Papa. Simili modo fiat in Sexagesima, & Quinquagesima.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1 ca. 9.

FRatres. Nescitis quod hi q in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autẽ qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, nõ quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: quoniã patres nostri omnes sub nube fuerũt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Et oẽs eandẽ escã spiritualem manducauerunt, & oẽs eundẽ potũ spiritualẽ biberunt. Bibebant autem de spirituali, consequẽte eos, petra: petra autem erat Christus. Sed non ĩ pluribus eorũ beneplacitũ est Deo. Graduale. Adiutor iu opportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, qui nouerunt te: quoniam non derelinqs quærentes te domine. ℣. Quoniã nõ in finẽ obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperũ nõ peribit in ęternũ: & exurge dñe, non pręualeat homo. Tractus. De profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuæ intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? ℣. Quia apud te propitiatio est, & ꝓpter legem tuam sustinui te domine.

ca. 10.

psa. 9.

psa. 129

A Septuagesima vsque ad feriam quartã Cinerũ Tractus dicitur tantũ in Dominicis & festis, in ferijs autem quando repetitur Missa de Dominica non dicitur, sed tantum Graduale.

Sequentia sancti euangelij secundũ Mattheum.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnũ cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa ho-

ca. 20.

ram tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis. Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextā & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt, & inuenit alios stātes, & dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patrem familias, dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respōdens, vni eorum dixit. Amice, non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario conuenisti mecū? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autē & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut nō licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bon⁹ sum? Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Credo. Offer. (psa. 91.) Bonum est confiteri dño, & psallere nomini tuo altissime. Secreta.

Muneribus nostris, quęsum⁹ domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos mūda mysterijs, & clementer exaudi. Per. Alia Secreta.

Exaudi nos De⁹ salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutē, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̄senti, & gloriā ī futuro. iij. ad libitū. (psa. 118 & 3.) Communio. Illumina faciem tuam super seruum tuum: & saluum me fac in tua misericordia: domine non confundar, quoniā inuocaui te. Postcom.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem & percipiendo requirant, & quęrendo sine fine percipiant. Per. Alia Postcōmunio.

Mundet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramēti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatib⁹ expiatos & aduersitatib⁹ expeditos. iij. ad libit. Benedicam⁹ dño. ℟. Deo g.

DOMINICA IN Sexagesima.

Statio ad sanctū Paulum. Introitus.



(psal m⁹. 43.) Exurge, quare obdormis dñe? exurge, & ne repellas ī finē: q̄re faciē tuā auertis, obliuisceris tribulationem nostrā? adhęsit ī terra vēter

noster

noster: exurge domine, adiuua nos, & libera nos. ps. Deus, auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus, concede propitius: vt contra aduersa omnia, doctoris gentium protectione muniamur. Per dominum.

Ad poscēda suffragia sanctorū. Orō.

A cunctis nos, quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata gloriosa semperq; virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & oībus sanctis: salutē nobis tribue benignus & pacē: vt destructis aduersitatibus & errorib⁹ vniuersis, Eccl'ia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia ad libitum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

(2. c. 11 & 12.) Fratres, Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur: siquis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiētia dico) audeo & ego. Hebręi sunt: & ego. Israelitę sunt: & ego. Semen Abrahæ sunt: & ego. Ministri Christi sunt, & ego: vt minus sapiēs dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundātius, in plagis supra modum: in mortibus frequenter. A Iudæis, quinquies: quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sępe, periculis fluminū, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore & ęrumna, ī vigilijs multis: in fame & siti: in ieiunijs multis: in frigore & nuditate. Præter illa, quę extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: quę īfirmitatis meæ sunt, gloriabor. De⁹ & pater dñi nostri Iesu Christi, qui est benedictus ī secula, scit quòd non mentior. Damasci, præpositus gentis Aretę regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: & per fenestrā in sporta demissus sum per murum: & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet, non expedit quidē. Veniam autē ad visiones & reuelationes domini. Scio hominē in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptū huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio,

Deus

Deus scit: quoniam raptus est in paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autē nihil gloriabor, nisi in infirmitatib⁹ meis. Nam & si voluero gloriari, nō ero insipiens. Veritatem enim dicā. Parco autem: ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, q me colaphizet. Propter quod, ter dominum rogaui, vt discederet a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Christi. Graduale.

psa. 82. Sciant gentes, quoniam nomen tibi deus: tu solus altissimus super omnem terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Tractus. Commouisti domine terram, & conturbasti eam. ℣. Sana cōtritiones ei⁹, q a mota est. Vt fugiāt a facie arcus: vt liberentur dilecti tui. (psa. 56.)

Sequētia sancti euāgelij sm Lucam.

ca. 8. In illo tempore. Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinē. Exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est: & volucres cęli comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā: & natum aruit, quia non habebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinę suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonā: & ortum, fecit fructum centuplū. Hæc dicens, clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hęc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligāt. Est autem hæc parabola. Semen est verbum Dei. Quod autem secus viā hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbū de corde eorū, ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbū: & hi radices non habent: quia ad tēpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt, qui audierūt, & a solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitę, euntes, suffocantur, & nō referūt fructum. Quod autem in terrā bonā: hi sunt, qui in corde bono & optimo, audientes, verbū retinēt, & fructū afferunt in patientia. Offer.

psa. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, q saluos facis sperātes in te domine. Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificiū viuificet nos semper, & muniat. Per dominum. Aliæ Secretæ.

Exaudi

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutē, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsenti, & gloriam in futuro. Tertia ad libitum. Cōmunio. Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Postcommu. (psal m⁹. 142)

Svpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dominum. Alia Postcommu.

Mvndet, & muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramēti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N & omnib⁹ sanctis, a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Tertia ad libitum. Benedicamus Domino. ℞. Deo gratias.

DOMINICA QVINQVAgesimæ.

Statio ad Sanctū Petrum. Introitus.



psal m⁹. 30. Esto mihi in deū protectorē, & ī locū refugij, vt saluū me facias: quoniā firmamentum meū, & refugiū meū es tu: & ꝓpter nomē tuū dux mihi eris, & enutries me. ps. In te domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria patri. Oratio.

Preces nostras, quæsumus domine, clemēter exaudi: atque a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia ad libitum. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. c. 13. Fratres. Si linguis hominū loquar, & angelorum: charitatem autem nō habeā: factus sum velut æs sanans, aut cymbalum tiniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiā: & si habuero omnem fidem, ita vt montes trāsferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas:

&

& si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas nõ ęmulatur, non agit perperam: non inflatur, non est ambitiosa: non quærit quę sua sunt: non irritatur: nõ cogitat malum: non gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguę cessabũt: siue scientia destruet. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cũ essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Qñ autẽ fact[9] sum vir: euacuaui q̃ erãt paruuli. Videmus nũc ꝑ speculũ in ęnigmate: tunc autẽ facie ad faciẽ. Nũc cognosco ex parte: tũc aũt cognoscã sicut & cognitus sum. Nũc aũt manẽt, fides, spes, charitas, tria hęc: maior autem horum est charitas. Graduale.

psa. 96. Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutẽ tuã. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel, & Ioseph. Tractus.

psal m[9]. 99. Iubilate deo omnis terra: serui te domino in lętitia. ℣. Intrate in cõspectu eius in exultatione: scitote, quod dominus ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus eius, & oues pascuę eius.

Sequentia sancti euangelij sm Lucã.

ca. 8.


IN illo tempore. Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymã: & consummabũtur oĩa quæ scripta sunt ꝑ ꝓphetas de filio hoĩs. Tradet̃ enim Gẽtibus, & illudet̃, & flagellabit̃, & cõspuet̃. Et postquam flagelauerint, occidẽt eũ: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditũ ab eis: & non intelligebant quæ dicebãtur. Factum est autem, cum appropinquaret Ierico, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cũ audiret turbã prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui prębãt increpabant eũ, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicẽs. Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Domine, vt videã. Et dixit illi Iesus. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et cõfestim vidit: & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Offertoriũ.

psal 18. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Secr.

HÆc hostia, quęsum[9] domine, emundet nostra delicta: & ad

sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorũ.

Aliæ Secretæ.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuẽs in pręsenti, & gloriã in futuro. Tertia ad libitum. Communio.

psa. 77. Manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorũ attulit eis dñs nõ sũt fraudati a desiderio suo.

Postcommunio.

QVæsumus omnipotens deus: vt qui cælestia alimenta percepimus: per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Alię Postcommunionem

MVndet, & muniat nos, quęsumus dñe, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatib[9] expiatos & aduersitatib[9] expeditos. Tertia ad libitum Sacerdotis.

℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.

FERIA QVARTA Cinerum

Ante Missam benedicuntur Cineres facti de ramis Oliuæ benedictis præteriti anni hoc modo.

Primo cantatur Antiphona.

psa. 63.


EXaudi nos domine: quoniam benigna est misericordia tua: & secũdum multitudinem miserationum tuarũ respice nos domine. Psalmus. Saluũ me fac deus: quoniã intrauerunt aquę vsque ad animã meam. ℣. Gloria patri. repetitur. Exaudi nos. Deinde dicitur. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus,

OMnipotens sempiterne deus, parce pęnitentibus, propitiare supplicantibus: & mittere digneris sanctum angelum tuum de cęlis, qui bene✠dicat, & sancti✠ficet hos cineres: vt sint remedium salubre omnibus nomen sanctum tuum humiliter implorantibus: ac semetipsos pro conscientia delictorum suorum accusantibus: ante conspectum diuinæ clementiæ tuæ facinora sua deplorantibus: vel serenissimam pietatem tuam suppliciter obnixeq; flagitantibus: & pręsta per inuocationem sanctissimi nominis tui: vt, qui-

cunq; eos super se asperserint, pro redemptione peccatorum suorum, corporis sanitatem, & animę tutelã percipiant. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Deus, qui non mortem, sed pęnitentiam desideras peccatorum: fragilitatem conditionis humanę benignissime respice, & hos cineres, quos causa proferendæ humilitatis, atque promerendæ venię, capitibus nostris imponi decernimus, bene✠dicere pro tua pietate digna re: vt, qui nos cinerem esse, & ob prauitatis nostræ meritum in puluerem reuersuros cognoscimus: peccatorum omnium veniã, & premia pænitentibus repromissa, misericorditer consequi mereamur. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Oremˀ.

Deus, qui humiliatione flecteris & satisfactione placaris: aurẽ tuæ pietatis inclina precibˀ nostris: & capitibus seruorum tuorum, horum cinerum aspersione attactis, effunde propitius gratiam tuæ bene✠dictionis: vt eos, & spiritu compunctionis repleas, & quę iuste postulauerint, efficaciter tribuas: & cõcessa ppetua stabilitate intactos manere decernas. Per Christũ dominũ nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus, qui Niniuitis, in cinere & cilicio pænitentibus, indulgentiæ tuæ remedia pręstitisti: concede propitius: vt sic eos imitemur habitu, qua tenus veniæ prosequamur obtentu. Per dominum nostrum Iesum.

Completa cinerum benedictione, primo imponitur cinis sacerdoti celebraturo Missam ab alio sacerdote, si adest alioquin ipsemet sacerdos genibus flexis coram altari sibi ipsi cineres imponit: & cantatur statim a choro Añа.

psal m°. 78. Immutemur habitu, in cinere & cilicio: ieiunemus, & ploremus ante dominum: quia multũ misericors est dimittere peccata nostra deus noster. Alia añа. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes, & ministri domini, & dicent: parce domine, parce populo tuo: & ne claudas ora canentium te domine. Sequitur. ℟. Emendemus in melius, quę ignoranter peccauimus: ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pænitentię, & inuenire non possimus. Attende domine, & miserere: qa peccauimus tibi. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui domine libera nos, Attende domine. ℣. Gloria patri. Attende. Sacerdos vero dum cantatur antiphonæ, & responsorium: primo, ministris stãtibus genibus flexis coram altari, imponit cinerem, dicens. ge. 3. Memento homo qa puluis es, & in puluerem reuerteris. Postea veniunt alij primo clerus per ordinem, deinde populus: & genibus flexis ante altare sigillatim recipiunt cineres a sacerdote, vt dictũ est de ministris. Cõpleta cinerũ datione dicit Dominus vobiscum. Oremus. Oro.

Concede

Concede nobis domine præsidia militiæ Christianæ sanctis inchoare ieiunijs: vt contra spirituales nequitias pugnaturi, continentiæ muniamur auxilijs. Per Christũ dominum nostrum. ℟. Amen.

DEINDE DICITVR Missa.

Statio ad sanctam Sabinam. Introi.

sap. 11. 

Misereris oĩum domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti: dissimulãs peccata hominum propter pænitentiam: & parcens illis: quia tu es dominus deus noster. ps. psa. 56. Miserere mei deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria pr̃i & filio & spiri tui sancto. Oremus.

Pręsta domine fidelibus tuis: vt ieiuniorom veneranda solennia, & congrua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus.

Ab hac die vsque ad Dominicam de passione post orationem diei dicuntur duę sequentes orationes.

Ad poscenda suffragiã sanctorũ. Oro.

A Cunctis nos, quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse pręnoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosque, vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedẽtibus oĩbus sanctis tuis: pietatis tuæ clementia, omniũ delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus. &c.

Lectio Ioelis prophetę.

ca. 2. 

Æc dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et conuertimini ad dominum Deum vestrum: quia benignus & misericors est: patiens & multæ misericordię: & præstabilis super malitia. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat deˀ: & relinquat post se bñdictionẽ,

sacrifi-

ſacrificium & libamen domino deo noſtro? Canite tuba in Sion: ſanctificate ieiuniũ: vocate cętum: congregate populum: ſanctificate eccleſiã: coadunate ſenes: congregate paruulos, & ſugẽtes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: & ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulũ & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini, & dicent. Parce dñe, parce populo tuo: & ne des hęreditatem tuã in opprobriũ, vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi eſt Deus eorum? Zelatus eſt domin⁹ terram ſuã: & pepercit populo ſuo. Et reſpondit dominus, & dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum & oleum: & replebiınini in eis: & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus: dicit dominus omnipotens. **Graduale.**

(psa. 56.) Miſerere mei deus, miſerere mei: quoniam in te cõfidit anima mea. ℣. Miſit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobium conculcantes me. **Tractus.**

(psa. 102) Domine non ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. (psalm⁹. 78.)

Cum dicitur ſequens verſus genuflectitur. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & ꝓpitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Supradictus Tractus ab hac die dicitur ij. iiij. & vj. feria vſque ad feriam quartam maioris hębdomadæ, niſi proprius aſſignetur.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Matthęum.

(ca. 6.) IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum ieiunatis, nolite fieri, ſicut hypocritę triſtes. Exterminãt enim facies ſuas: vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: receperũt mercedem ſuã. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuã laua: ne videaris hominib⁹ ieiunãs: ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito. Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autẽ vobis theſauros in cælo: vbi neque ærugo neque tinea demolit̃: & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi eſt enim theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. **Offertorium.**

(psa. 62.) Exaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me domine clamaui ad te, & ſanaſti me. **Secreta.**

FAc nos, quæſumus domine, his muneribus offerendis conuenienter aptari, quibus ipſius venerabilis ſacramenti celebramus exordiũ.

Alię ſecretę vſq; ad Dñica paſſionis.

EXaudi nos De⁹ ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutẽ,

a cunctis nos mentis, & corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuens in pręſenti, & gloriam in futuro. **Orõ.**

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna fælicitate locandus: tribue quæſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorũ, quos in oratione commendatos ſuſcepimus, & omniũ fidelium nomina beatæ prædeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominum noſtrum Ieſum.

Præfatio. Qui corporali ieiunio. Et dicitur quotidie vſq; ad Dominicam paſſionis: etiã in Miſſa de feſto quãdo propriam non habuerit. **Communio.**

(psa. 1) Qui meditabit̃ in lege domini die ac nocte, dabit fructum ſuum in tempore ſuo. **Poſtcommunio.**

PErcepta nobis domine prębeãt ſacramenta ſubſidiũ: vt tibi grata ſint noſtra ieiunia, & nobis proficiant ad medelam. Per dominum.

Alię Poſtc. vſq; ad Dñicã paſſionis.

MVndet, & muniat nos, quæſumus domine, diuini ſacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

PVrificẽt nos, quæſum⁹ omnipotens & miſericors Deus, ſacramenta quę ſumpſimus: & intercedẽtibus omnibus ſanctis tuis, præſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pęnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamẽtum, ſit viuorum atque mortuorum fidelium, remiſſio omnium delictorum. Per dominum noſtrum.

Deinde ſacerdos abſolute dicit. Oremus. Poſtea diaconus (ſi in officio diaconatus ſeruiat) dicit. Humiliate capita veſtra Deo. Alioquin ipſe ſacerdos. Sequit̃ ſuꝑ populũ. **Orõ.**

INclinantes ſe domine maieſtati tuæ, propitiatus intende: vt qui diuino munere ſunt refecti, cæleſtibus ſemper nutriantur auxilijs. Per.

Et hic modus dicendi orationem ſuper populum ſeruatur tantummodo in Miſſa de feria vſq; ad quartam feriam maioris hębdomadæ. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

FERIA QVINTA

Statio ad ſanctũ Georgium. Introit.



(psalm⁹. 54.) DVm clamarẽ ad dominũ, exaudiuit vocẽ meam ab his qui appropinquãt mihi: & humiliauit eos, q̃ eſt ante ſecula, & manet in æternum, iacta cogitatũ tuũ in dño, & ipſe te enutriet. Ps̃. Exaudi Deus oratio-

nem meam,& ne despexeris deprecationem meam: intende mihi & exaudi me. ℣. Gloria patri &c. Oratio.

DEus, qui culpa offenderis, pænitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuę iracūdiæ, quę pro peccatis nostris meremur, auerte. Per d.

Ad poscēda suffragiā sanctorū. Oro.

ACunctis nos, quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Pro viuis & defunctis. Or.

OMnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel pręsens seculum adhuc in carne retinet vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedētibus omnib⁹ sanctis tuis: pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequātur. Per dominum nostrum Iesum.

Lectio Isaiæ prophetę.

ca. 38.



N diebus illis. Ægrotauit Ezechias vsque ad mortē: & introiuit ad eum Isaias fili⁹ Amos propheta, & dixit ei. Hęc dicit dominus. Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues. Et cōuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad dominum, & dixit, Obsecro domine, memento, quęso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum domini ad Isaiam, dicens. Vade, & dic Ezechiæ. Hęc dicit dominus deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam: & vidi lachrymas tuas. Ecce, ego adijciam super dies tuos quindecim annos: & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam: & protegā eam. Ait dominus omnipotēs.

Graduale. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocē meā ab his, q̄ appropinquāt mihi. (psa. 54.)

Sequentia sancti euangelij secundū Mattheum.

ca. 8.



N illo tempore. Cum introisset Iesus Capharnaū, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicēs. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam: & curabo eum. Et respondens Cēturio, ait. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habēs sub

me milites: & dico huic. Vade, & vadit Et alio: veni, & venit. Et seruo meo: fac hoc, & facit. Audiens autē Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Offertorium. Ad te domine leuaui animā meam: deus meus in te cōfido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui ta expectant, non confundent. Secre. (psa. 24.)

SAcrificijs præsentibus domine, quęsumus, intende placatus, vt & deuotioni nostræ proficiat, & saluti. Per dominum nostrum Iesum.

Aliæ Secretæ.

EXaudi nos de⁹ salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutē, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsenti, & gloriam in futuro. Oro.

DEus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna fęlicitate locandus tribue quæsum⁹: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus: & omnium fidelium nomina beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti.

Communio. Acceptabis sacrificiū iustitiæ, oblationes: & holocausta, sup altare tuum domine. Postcommunio. (psa. 50.)

CÆlestis doni benedictione pcepta, supplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit, & salutis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Aliæ postcommuniones.

MVndet, & muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramēti munus oblatum, & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

PVrificent nos, quęsumus omnipotens, & misericors deus, sacramenta quę sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis p̄sta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pænam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui.

Super populum Oratio. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Parce domine, parce populo tuo vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per dominum nostrum Iesum.

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctos Ioannem, & Paulum. Introitus.

psa. 29.



Audiuit domin⁹, & misertus est mihi: dominus factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te domine, quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

Inchoata ieiunia, quęsumus domine, benigno fauore prosequere: vt obseruãtiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam synceris exercere valeamus. Per dominũ.

Alię orones, vt ĩ feria quarta Cinerũ.

Lectio Isaiæ prophetæ.

ca. 58.



Hæc dicit dominus Deus. Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Me etenim de die in diem quærũt, & scire vias meas volunt: quasi gens quę iustitiam fecerit, & quæ iudiciũ Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ: & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites & cõtẽtiones ieiunatis: & pcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Nunquid, contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimẽtes. Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudũ operi eum: & carnem tuã ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: & sanitas tua citius orietur: & anteibit faciem tuam iustitia tua: & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet: ecce adsum. Quia misericors sum dñs deus tuus.

psa. 26.

Graduale. Vnam petij a domino, hãc requiram: vt inhabitem in domo domini. ℣ Vt videam voluntatem domini, & protegar a templo sancto ei⁹.

psal 102.

Tractus. Domine non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque

secun-

secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣ Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ cito anticipent nos misericordiæ tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

psa. 78.

Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęum.

ca. 5.



In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis, Audistis quia dictum est antiquis. Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderũt vos: & orate pro persequentibus & calumniãtibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cælis est: qui solem suũ oriri facit sup bonos & malos: & pluit sup iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quã mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciũt? Et si salutaueritis fratres vestros tantũ, quid amplius facitis? Nonne ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cęlestis perfectus est. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hyprocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amẽ dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Offertorium.

psa. 118.

Domine, viuifica me secundum eloquiũ tuũ: vt sciã testimonia tua. Secr.

Sacrificium domine obseruantiæ quadragesimalis quod offerimus, præsta, quæsumus, vt tibi & mentes nostras reddat acceptas, & continentiæ promptioris nobis tribuat facultatem. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus.

Aliæ Secretæ, vt in feria iiij. Cinerum.

psa. 2.

Communio. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Postcommunio.

Spiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt, quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum.

Aliæ postcõ. vt in feria iiij. Cinerum.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Tuere domine populũ tuum: & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum Qui tecum viuit & regnat in vnitate.

S. ab-

SABBATO.

Statio ad sanctum Triphonem.
Introitus.

psa. 29.



AVdiuit dominus, & misertus est mihi: dominus factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te domine, quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria patri & filio. Oremus.

ADesto domine supplicationibus nostris, & concede, vt hoc solenne ieiunium, quod animis, corporibusq; curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per dominum.

Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerũ.

Lectio Isaiæ prophetæ.

ca. 58.



HÆc dicit dominus Deus. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, & loqui quod non prodest: cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: tũc orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erunt sicut meridies. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus semper: & implebit splendoribus animam tuam: & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarũ, cuius non deficient aquæ. Et ędificabuntur in te deserta seculorum: fundamẽta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis ædificator sepium conuertens semitas in quietem. Si auerteris a sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo: & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum domini gloriosum: & glorificaueris eũ dũ non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super domino: & sustollam te super altitudinẽ terræ: & cibabo te hęreditate Iacob patris tui. Os enim dñi locutũ est.

psa. 29.

Graduale. Vnam petij a domino, hãc requiram, vt inhabitem in domo domini. ℣. Vt videam voluntatem domini: & protegar a templo sancto eius.

Sequẽtia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 6.



IN illo tempore. Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigãdo. Erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliã noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eũ ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt: & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: & dixit illis. Cõfidite. Ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerũt de panibus. Erat enim cor illorum obcęcatũ. Et cũ trãsfretassent, venerunt in terrã Genesareth: & applicuerunt. Cumque egressi essent de naui, continuo cognouerunt eũ. Et percurrentes vniuersam regionem illam, cęperũt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, vbi audiebãt eum esse. Et quocunque introibat, in vicos, vel in villas, aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerẽt. Et quoquot tangebant eũ, salui fiebant. Offert.

psa. 18.

Domine viuifica me secũdũ eloquiũ tuũ, vt faciã testimonia tua. Secreta.

SVscipe domine sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: præsta quæsumus: vt huius operatione mysterij mundati, beneplacitum tibi nostræ mentis offeramus affectum. Per dñm.

Aliæ Secretę, vt in feria iiij. Cinerũ.

psa. 2.

Communio. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Postcommunio.

CÆlestis vitæ munere vegetati, quæsumus domine: vt quod est nobis in pręsenti vita mysteriũ, fiat ęternitatis auxilium. Per dñm.

Alię postcõ. vt in feria iiij. Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

FIdeles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem & percipiendo requirant, & quærendo sine fine percipiant. Per dominum.

DOMINICA PRIMA in quadragesima.

Statio ad sanctum Ioannem in Laterano. Introitus.

psa. 90.



INuocabit me, & ego exaudiam eũ: eripiã eum, & glorificabo eũ: lõgitudine dierũ adimplebo eũ. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei cęli comorabitur. ℣. Gloria. Oremus.

DEus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: præsta familię tuæ: vt, quod a te obtinere abstinendo nitit: hoc bonis opibus exequat. Per.

Ad poscenda suffragia sanctorũ. Orõ.

ACunctis nos, quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa, semperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & oĩbus sanctis, salutẽ nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, eccl'a tua secura tibi seruiat libertate.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse p̄noscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque, vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum Iesum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

c. 6.

FRatres. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tẽpore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce, nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrũ. Sed in omnib⁹ exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto: in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei: per arma iustitiæ a dextris & a sinistris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletãtes: tanquã nihil habentes, & omnia possidẽtes.

Graduale. Angelis suis deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabũt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedẽ tuum. Tractus. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cæli cõmorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu, & refugium meum: deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas ei⁹: non timebis a timore nocturuo. A sagitta volante per diem, a negotio perambulãte in tenebris, a ruina & dęmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: tibi autem non appropinquabit. Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniã in me sperauit, liberabo eũ: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Inuocabit me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. Eripiam eum, & glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo

psa. 90.

psa. 90.

eum:

eum: & ostendam illi salutare meum.

Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęum.

ca. 4.

IN illo tempore. Ductus est Iesus in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatẽ: & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim. Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum. Scriptum est. Non tentabis dominum deum tuum. Iterũ assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum: & dixit illi. Hęc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Vade satana, scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserũt, & ministrabant ei. Credo. Offerto. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus, & sub pennis eius sperabis. scuto circũdabit te veritas eius. Secr.

psa. 90.

SAcrificium quadragesimalis initij solenniter immolamus: te domine deprecantes: vt cum epularum restrictione carnalium, a noxijs quoq; voluptatibus temperemu Per dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ Secretæ.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in p̃senti, & gloriam in futuro.

DEus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna fælicitate locandus: tribue quæsumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorũ, quos in oratione commendatos suscepimus, & omniũ fidelium nomina beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Per dominum nostrum Iesum.

Communio. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus, & sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius.

Postcommunio.

TVi nos domine sacramenti libatio sancta restauret: & a vetustate purgatos, in mysterij salutaris facias transire cõsortium. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Aliæ postcommunio.

MVndet, & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & per-

uersi-

uerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

PVrificẽt nos, quæſumus omnipotens, & miſericors deus, ſacramenta quę ſumpſimus: & intercedentibus omnibus ſanctis tuis prę̃ſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pęnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum, ſit viuorum atque mortuorum fidelium remiſſio omnium delictorum. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium.

FERIA SECVNDA.

Statio ad ſanctum Petrum ad vincula. Introitus.

[psa. 122]



SIcut oculi ſeruorũ in manib9 dominorum ſuorũ: ita oculi noſtri ad dominũ deum nr̃m, donec miſereatur noſtri: miſerere noſtri domine, miſerere noſtri. ps. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. ℣. Gloria patri & filio.

Oratio.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter: & vt nobis ieiunium quadrageſimale proficiat, mentes noſtras cæleſtibus inſtrue diſciplinis. Per dominum noſtrum.

Alię orationes, vt in Dñica p̃cedenti.

Lectio Ezechielis prophetæ.

[ca. 34.]

HÆc dicit dñs de9. Ecce ego ipſe requirã oues meas & viſitabo illas. Sicut viſitat paſtor gregẽ ſuum in die qñ fuerit in medio ouiũ ſuarum diſſipatarũ: ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis: & congregabo eas de terris: & inducã eas in terram ſuam: & paſcam eas in montibus Iſrael, in riuis, & in cũctis ſedibus terrę. In paſcuis vberrimis paſcam eas: & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum. Ibi requieſcent in herbis virentibus: & in paſcuis pinguibus paſcentur ſup̃ mõtes Iſrael. Ego paſcã oues meas: & ego eas accubare faciam, dicit dominus deus. Quod perierat, requirã: & quod abiectum erat, reducam: & quod confractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, conſolidabo: & quod pingue & forte, cuſtodiam. Et paſcam illas in iudicio, dicit dominus omnipotens. Gradua. Protector noſter aſpice deus, & reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine de9 virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum. [psal 83.] Tractus. Domine, non ſecundũ peccata noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. [psal 102] ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię

tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Matthęum.

[.ca. 25.]

IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę. Et congregabuntur ante eum omnes gentes: & ſeparabit eos ab inuicem: ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis. Et ſtatuet oues quidẽ a dextris ſuis: hædos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratũ vobis regnũ a cõſtitutione mundi. Eſuriui enim: & dediſtis mihi manducare. Sitiui: & dediſtis mihi bibere. Hoſpes erã: & collegiſtis me. Nudus: & operuiſtis me. Infirmus: & viſitaſtis me. In carcere eram: & veniſtis ad me. Tũc reſpondebunt ei iuſti, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te. Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere: & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his, qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me maledicti, in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim: & non dediſtis mihi manducare. Sitiui: & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram: & non collegiſtis me. Nudus: & nõ operuiſtis me. Infirmus, & in carcere: & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitiẽtem, aut hoſpitem, aut nudũ, aut infirmũ, vel in carcere: & nõ miniſtrauim9 tibi? Tũc rñdebit illis, dicẽs. Amẽ dico vobis: q̃diu nõ feciſtis vni de minorib9 his, mihi nõ feciſtis. Et ibũt hi ĩ ſupliciũ æternũ iuſti autẽ in vitã ęternam. Offertorium. Leuabo oculos meos & conſiderabo mirabilia tua domine, vt doceas me iuſtitias tuas: da mihi intellectum, & diſcam mandata tua. [psa. 18.]

Secreta.

MVnera tibi domine oblata ſãctifica: noſque a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Aliæ Secretæ, vt in Dominica præcedenti. Communio. Amen dico vobis quod vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum ab initio ſeculi. [ma. 25.]

Poſtcommunio.

SAlutaris tui domine munera ſatiati, ſupplices exoramus:

vt cuius lætamur gustu, renouemur effectu. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Aliæ postc. vt in Dominica pcedenti. Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

ABsolue, quæsum⁹ domine, nostrorum vincula peccatorum: & quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per dominū nostrū.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Anastasiā. Intro.

psa. 89.



DOmine refugiū factus es nobis a generatione in generationē a seculo & in seculum tu es. ps. Priusquam montes fierēt, aut formaretur terra & orbis, a seculo & vsque in seculum tu es deus. ℣ Gloria pa. Oro.

REspice domine familiam tuā, & præsta: vt apud te mens nostra tua desiderio fulgeat, quę se carnis maceratione castigat. Per dnm.

Aliæ orationes, vt in Dnica pcedēti.

Lectio Isaiæ prophetæ.

ca. 55.

IN diebus illis, Locutus est Isaias ppheta, dicens. Quęrite dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viā suam, & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius: & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit dominus. Quia sicut exaltantur cæli a terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ a vijs vestris, & cogitationes meę a cogitationibus vestris. Et quomodo descēdit imber & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semē serenti, & panem comedēti. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud, ait dominus omnipotens.

psa. 140

Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣ Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Sequētia scti euāgelij sm Matthæum.

ca. 21.

IN illo tempore. Cum intrasset Iesus Hierosolymā, commota est vniuersa ciuitas, dicens. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est Iesus propheta, a Nazareth Galileæ. Et intrauit Iesus in templum Dei: & eijciebat oēs vendētes & ementes in tēplo: & mēsas numulariorū, & cathedras vēdentiū colūbas euertit. Et dixit eis. Scriptū est. Domus mea, domus orōnis vocabit: vos aūt fecistis illā speluncā latronū. Et accesserunt ad eū ceci

&

& claudi in templo: & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribæ, mirabilia quæ fecit, & pueros clamātes in templo, & dicētes, hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Vtique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem. Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniā, ibique mansit.

psa. 30.

Offertorium. In te speraui domine: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea. Secreta.

OBlatis, quæsumus domine, placare muneribus: & a cunctis nos defende periculis. Per dominū.

Aliæ orationes, vt in dominica præcedenti. Communio.

psa. 4.

Cum inuocarem te, exaudisti me, de⁹ iustitię meę: i tribulatiōe dilatasti me: miserere mihi domine, & exaudi orationem meam. Postcommunio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit regnat.

Aliæ postc. vt in Dominica pcedenti. Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

AScendant ad te domine preces nostræ, & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecū viuit & regnat.

FERIA QVARTA Quatuor temporum Quadrag.

Statio ad sanctam Mariam maiorē Introitus.

psa. 24.



REminisce re miserationum tuarū dñe, & misericordiæ tuę, q̄ a seculo sunt: ne vnquam dominentur nobis inimici nostri: libera nos de⁹ Israel, ex omnibus angustijs nostris. ps. Ad te domine leuaui animā meā: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣ Gloria patri. post Kyrie ele. dicit Oremus. Flectamus gen. ℟ Le.

PReces nostras, quæsumus domine, clementer exaudi: & contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tuæ maiestatis extēde. Per dominū.

Lectio libri Exodi.

ca. 24



IN diebus illis. Dixit dominus ad Moysen. Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas: & legem, ac mandata, quæ scripsi: vt doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendensq; Moyses in montē Dei, senioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron, & Hur vobiscum. Si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Cūq;

ascēdi-

ascendisset Moyses, operuit nubes montem: & habitauit gloria domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorię domini, quasi ignis ardens super verticē mō tis, in conspectu filiorum Israel. Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Graduale.

psal m⁹. 24. Tribulationes cordis mei dilatatæ sunt: de necessitatibus meis erue me domine. ℣ Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. Hic dicitur Dominus vobiscum. Oremus.

Deuotionē populi tui, quęsumus domine, benignus intende: vt, qui per abstinētiam macerantur in corpore, per fructū boni operis reficiantur in mente. Per dñm. Aliæ Orationes vt in Dñica pcedenti.

Lectio libri Regum.

3 c. 19. In diebus illis. Venit Elias in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerū suum: & perrexit in desertum viam vnius diei. Cumque venisset, & sederet subter vnam Iuniperum: petiuit animæ suæ vt moreretur: & ait. Sufficit mihi domine, tolle animam meam. Neque enim melior sum, quam patres mei. Proiecitq; se, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce, angelus domini tetigit eum, dixitque illi. Surge, comede. Et respexit, & ecce ad caput suū subcinericius panis, & vas aquę. Comedit ergo, & bibit: & rursum obdormuit. Reuersus ast angelus domini secundo, & tetigit eum: dixitq; illi. Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Horeb. Tractus.

psal 24. De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui animā meam, deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. Etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequētia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 12. In illo tempore Accesserūt ad Iesum scribæ & pharisei, dicentes. Magister, volumus a te signū videre. Qui respondens ait illis. Generatio mala & adultera signū quærit: & signum nō dabitᷓ ei, nisi signū Ionę prophete. Sicut enim fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terrę trib⁹ diebus & tribus noctib⁹. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pęnitentiam egerunt in prædicatione Ionę. Et ecce plus quam Ionas hic.

Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiā Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quęrens requiem, & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domū meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantē, scopis mundatam, & ornatam. Tūc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimę. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce, mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce, mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quę est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extēdens manum in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatē patris mei qui in cælis est: ipse meus frater & soror & mater est. Offertō.

psa. 118 Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus: vt & delicta nostra miserarus absolutas, & nutantia corda tu dirigas. Per dominum nostrum Iesum. Aliæ Secretę, vt in Dominica præcedenti. Communio.

psal m⁹. 5. Intellige clamorē meum: intende voci orationis meę, rex meus & deus meus, quoniam ad te orabo dñe. Postc.

Tui domine perceptione sacramenti: & a nostris mundentur occultis & ab hostium liberētur insidijs. Per dominum nostrum.

Aliæ Postc. vt in Dominica pcedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Mentes nostras, quæsumus domine, lumine tuę claritatis illustra: vt videre possimus quę agenda sunt: & quæ recta sunt: agere valeamus. Per dominum nostrum.

FERIA QVINTA

Statio ad sanctum Laurentium in Paneperna. Introitus.



psa. 95. Confessio, & pulchritudo in cōspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. ps. Cantate domino canticum nouū: cātate domino omnis terra. ℣. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Orem⁹

Deuotionem populi tui, quæsumus domine, benignus intende: vt, qui per abstinentiam macerātur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū.

Aliæ orationes, vt in Dñica pcedenti.

Lectio Ezechielis prophetæ.

ca. 18. IN diebus illis. Factus est sermo domini ad me, dicens. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbiũ istud in terra Israel, dicentes: patres comederunt vuam acerbam, & dẽtes filiorum obstupescũt? Viuo ego, dicit dominus deus: si erit vobis vltra parabola hęc in prouerbium in Israel. Ecce, omnes animæ meę, sũt: vt anima p̄ris, ita & anima filij, mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam: in montibus non comederit, & oculos suos nõ leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit: & ad mulierem menstruatã non accesserit: & hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem suum esurienti dederit: & nudum operuerit vestimento, ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam: & iudicium verum fecerit inter virum & virum: & in pręceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: hic iustus est. Vita viuet ait dominus deus.

ps. 16. Graduale. Custodi me domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.

Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęum.

ca. 15 IN illo tempore. Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce, mulier Chananęa a finibus illis egressa clamauit, dicens ei. Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male a dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait. Nõ sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. At illa venit: & adorauit eum, dicens. Domine, adiuua me. Qui respondens, ait. Non est bonũ sumere panem filiorum, & mittere canibus: At illa dixit. Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua. Fiat tibi, sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offertorium.

psa. 33. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: gustate, & videte, quoniam suauis est dominus. Secreta.

SAcrificia domine, quęsumus, ꝓpitius ista nos saluent, quę medicinalibus sunt instituta ieunijs. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecum viuit.

Aliæ Secretæ, vt in Dñica pcedenti.

io 6. Communio. Panis quem ego dedero, caro mea est pro seculi vita. Postc.

TVorum nos domine largitate donorum, & temporalibus attolle pręsidijs, & renoua sempiternis. Per dominum nostrum Iesum.

Super populum. Oremus.


Humiliate capita vestra Deo.

DA, quæsumus domine, populis christianis: & quæ profitentur agnoscere: & cæleste munus diligere, quod frequẽtat. Per dominũ.

FERIA SEXTA.

Quatuor temporum Quadragesi.

Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.



ps. 24. DE necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatẽ meam, & laborem meũ: & dimitte omnia peccata mea. ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Oremus.

ESto domine propitius plebi tuę: & quam tibi facis esse deuotã, benigno refoue miseratus auxilio. Per dominum nostrum Iesum.

Alię orationes, vt in Dñica pcedẽti.

Lectio Ezechielis prophetæ.

c. 18 

HÆc dicit dominus deus. anima quę peccauerit, ipsa morietur. Filius nõ portabit iniquitatẽ patris: & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit: & impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit pęnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custod erit vniuersa præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatũ eius quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua quam operat⁹ est, viuet. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus, & non vt conuertatur a vijs suis, & viuat? Si autem auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ secundum omnes abominationes quas operari solet impius: nunquid viuet? Omnes iustitię eius quas fecerat nõ recordabũtur. In pręuaricatione sua qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit in ipsis morietur. Et dixisti? Non est ęqua via domini. Audite ergo domus Israel. Nũquid via mea non est æqua, & non magis vię vestrę prauæ sunt? Cum enim auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem: morietur in eis. In iniustitia quam operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animam suam viuificabit. Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: vita viuet & non morietur, ait dominus omnipotens. Graduale.

psa. 85

S aluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. ℣. Auribus percipe domine orationem meam. Tractus.

D omine non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundũ iniquitates nostras retribuas nobis.

ps. 78.

℣. Domine, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequẽtia scti euãgelij sm Ioannem.

ca. 5.

I N illo tempore. Erat dies festus Iudæorum: & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis Probatica piscina, quę cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquę motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinã: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquę, sanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacẽtem: & cognouisset, quia iam multũ tempus haberet, dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus. Surge: tolle grabatum tuũ, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudęi, illi, qui sanus factus fuerat. Sabbatũ est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Abijt ille homo: & nunciauit Iudęis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. Offertorium.

B enedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabit sicut aqla iuuẽt⁹ tua. Secr.

S Vscipe, quęsumus domine, munera nostris oblata seruitijs: & tua propitius dona sanctifica. Per.

Aliæ Secretę, vt in Dñica pcedenti.

Cõm. Erubescant, & conturbent oẽs inimici mei: auertantur retrorsum, & erubescãt valde velociter. Postcom.

P Er huius domine operationẽ myster ij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria cõpleant. Per.

Aliæ postcõ. vt in Dñica pcedenti.

Super populum. O remus.


Humiliate capita vestra deo.

E Xaudi nos misericors deus & mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per dominum nostrũ.

SABBATO QVATVOR temporum Quadragesimæ.

Statio ad sanctum Petrũ. Introitus.

psa. 8



Ntret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurẽ tuam ad precem meã domine. psal. Domine deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te. ℣. Gloria patri. post Kyrie eleison. dicitur. O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

P Opulum tuum, quæsumus dominẽ, propitius respice: atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer auerte. Per dominum nostrum.

Lectio libri Deuteronomij.

ca. 26.

I N diebus illis: Locutus est Moyses ad dominum, dicens. Respice domine de sanctuario tuo, & de excelso cęlorum habitaculo: & benedic populo tuo Israel, & terræ quã dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ lacte & melle mananti. Hodie dominus deus tuus præcepit tibi, vt facias mandata eius atq; iudicia: vt custodias & impleas ex toto corde tuo & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi deus: & ambules in vijs eius: & custodias cæremonias illius, & mandata atq; iudicia: & obedias eius imperio. En, dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi: & custodias omnia pcepta illius: & faciet te excelsiorem cũctis gentibus, quas creauit in laudẽ, & nomẽ, & gloriam suam: vt sis populus sanctus domini dei tui, sicut locutus est tibi. Graduale.

psa. 78.

P ropitius esto domine peccatis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui domine libera nos. O rem⁹. Flectamus genua. ℟. Leuate.

P Rotector noster aspice deus: vt qui malorum nostrorum pondere premimur, percepta misericordia tua, libera tibi mẽte famulemur. Per d. Lectio libri Deuteronomij.

ca. 11.

I N diebus illis: Dixit Moyses filijs Israel. Si custodieritis mãdata quæ ego pcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dñm deũ vestrũ, & ambuletis in omnibus vijs eius adhærentes ei: dispdet dñs oẽs gẽtes istas ante faciẽ vestrã, & possidebitis eas q̃ maiores & fortiores vobis sunt. Oĩs locus, quẽ calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & Libano, & flumine magno Euphrate, vsq; ad mare occidẽtale, erunt termini vestri. Nullus

ſtab t contra vos. Terrorem veſtrũ & fortitudinem dabit dominus de⁹ veſter ſuper omnem terram quam calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis dominus Deus veſter. Graduale.

pſa. 83. Protector noſter aſpice deus, & reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine de⁹ virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Adeſto quęſumus domine ſupplicationibus noſtris: vt eſſe, te largiente, mereamur & inter proſpera humiles, & inter aduerſa ſecuri. Per dominum noſtrum Ieſum.

Lectio libri Machabæorum.

2. c. 1 IN diebus illis: Orationem faciebant ſacerdotes, dum offerrent ſacrificium ꝓ populo Iſrael, Ionatha inchoante, cęteris autem reſpondentibus & dicentibus Benefaciat vobis deus: & memi nerit teſtamẽti ſui, quod locutus eſt ad Abraham, Iſaac, & Iacob, ſeruorum fidelium. Et det vobis cor omnibus: vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis: & faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras: & reconcilietur vobis: nec vos deſerat in tẽpore malo, dñs deus veſter.

pſa. 89. Graduale. Conuertere domine aliquantulum, & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine, refugium factus es nobis a generatione in generationẽ. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leua.

PReces populi tui, quęſumus dñe clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientiæ.

eccl. 16. MIſerere nr̃i deus omniũ & reſpice nos: & oſtẽde nobis lumẽ miſerationũ tuarũ: & immitte timorẽ tuũ ſuꝑ gẽtes q̃ non exquiſierunt te: vt cognoſcant, quia non eſt deus niſi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam ſuper gentes alienas: vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in illis: vt cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus, quoniam non eſt de⁹ præter te domine. Innoua ſigna, & immuta mirabilia. Glorifica manum, & brachium dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Tolle aduerſarium, & afflige inimicum. Feſtina tẽpus, & memento finis: vt enarrent mirabilia tua, dñe deus noſter.

Graduale. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinum. Oremus Flectamus genua. ℟. Leuate.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando prẹueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta oratio & operatio a te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.

Lectio Danielis prophetæ.

c. 3 IN diebus illis: Angel⁹ domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem: & excuſſit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, flãma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouẽ: & incendit quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldęis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore, laudabant deum in fornace, dicentes. Hymn⁹.

BEnedictus es domine deus patrũ noſtrum. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ, quod eſt ſanctum. Et laudabile, glorioſum in ſecula. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper thronum ſanctũ regni tui. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper ſceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula. Benedictus es qui ſedes ſuper cherubim, intuens abyſſos. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula. Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventorũ, & ſuper vndas maris. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula. Benedicãt te omnes angeli, & ſancti tui. Et laudent te, & glorificent in ſecula. Benedicant celi, terra mare, & omnia quę in eis ſunt. Et laudent te & glorificent in ſecula. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, amẽ. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedictus es domine deus patrum noſtrorũ. ℟. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula. Hic dicitur. ℣. Dominus vobiſcum. Non dicitur. Flectamus genua. Oremus.

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dñm.

Aliæ orationes, vt in Dñica ꝓcedenti.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

c. 5. FRatres: Rogamus vos, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte nequis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemꝑ quod bonum eſt ſectamini in inuicem, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extĩguere. Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate: quod bonũ eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem deus pacis ſanctificet vos per oĩa: vt integer ſpiritus veſter, & anima & corpus ſine querela, in aduentu domini noſtri Ieſu Chri ſeruetur.

pſa. 116 Tractus. Laudate dñm oẽs gentes:

& collaudate eum omnes populi.
℣. Quoniam confirmata eſt ſuper
nos miſericordia eius: & veritas do-
mini manet in ęternum. Euãgeliũ.
I n illo tempore: Aſſumpſit Ieſus Pe
trũ & Iacobũ. quęre ĩ ſequẽti Dñica
Offerto. Domine deus ſalutis meę, in
die clamaui & nocte coram te: intret
orõ mea in conſpectu tuo dñe. Secr.

psa. 87

P Ræſentibus ſacrificijs, quęſum⁹
domine, ieiunia noſtra ſanctifi-
ca: vt quod obſeruantia noſtra pro-
fitetur exterius, interius operetur.
Per dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum filium tuum: Qui tecum viuit
& regnat in vnitate ſpiritus ſancti.
Aliæ Secretę. vt in Dñica p̃cedenti
Communio. D omine deus in te ſpe
raui, libera me ab omnibus perſequen
tibus me, & eripe me. Poſtcommu.

psa. 7.

S Anctificationibus tuis omnipo
tens deus, & vitia noſtra curen-
tur, & remedia nobis æterna proue-
niãt. Per dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum filium tnum Qui tecum
viuit & regnat in vnitate ſpiritus.
Aliæ poſtcom. vt in Dñica p̃cedenti.
Super populum. O remus.
Humiliate capita veſtra deo.

F Ideles tuos deus benedictio de-
ſiderata confirmet: quę eos, &
a tua voluntate nunquam faciat di-
ſcrepare, & tuis ſemper indulgeat be
neficijs gratulari. Per dominum no
ſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum
Qui tecum viuit & regnat in vnita-
te ſpiritus ſancti Deus.

DOMINICA SECVNDA Quadrageſimę.

Statio ad ſanctam Mariam in Dñica
Introitus.



R Eminiſce
re miſera
tionum tuarũ
dñe: & miſeri-
cordię tuę, quę
a ſeculo ſunt,
ne vnquam do
minẽtur nobis
inimici noſtri:
libera nos de⁹
Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris.
p̃s. Ad te domine leuaui animam meã
deus meus in te confido, non erube-
ſcam. ℣. Golria patri. O remus.

psa. 4.

D Eus, qui conſpicis omni nos
virtute deſtitui, interius, exte-
riuſq; cuſtodi: vt ab omnibus aduer-
ſitatibus muniamur in corpore, & a
prauis cogitationibus mundemur
in mente. Per dominum noſtrum.
Ad poſcenda ſuffragia ſctõrũ. Orõ.

A Cunctis nos, quæſumus dñe,
mentis & corporis defende.
Vt in Dñica prima quadrageſimę.
Pro viuis & defunctis. Oratio

O Mnipotens ſempiterne deus
qui viuorum dominaris ſimul
& mortuorum, omniumque miſere
ris, quos tuos fide & opere futuros
eſſe p̃noſcis: te ſupplices exoramus:
vt pro quibus effundere preces de-
creuimus, quoſque, vel præſens ſecu

lum adhuc in carne retinet, vel futu-
rum iam exutos corpore ſuſcepit: in
tercedentibus omnibus ſanctis tuis:
pietatis tuæ clementia, omnium de-
lictorum ſuorum veniam conſequã
tur. Per dominum noſtrum Ieſum.
Lectio ep̃lę beati Pauli apoſtoli ad
Theſſalonicenſes.

1.c. 4.

F Ratres. Rogamus vos, &
obſecramus in domino Ie
ſu: vt quemadmodum ac-
cepiſtis a nobis, quomodo vos opor
teat ambulare, & placere deo: ſic &
ambuletis, vt abundetis magis. Sci-
tis enim quæ præcepta dederim vo-
bis, p dñm Ieſum. Hæc eſt enim vo-
luntas dei, ſanctificatio veſtra: vt ab-
ſtineatis vos a fornicatione: vt ſciat
vnuſqſq; veſtrum, vas ſuum poſſide-
re in ſanctificatione & honore: non
in paſſione deſiderij, ſicut & gentes
quę ignorant deũ. Et ne quis ſupgre
diatur, neque circunueniat in nego-
tio fratrem ſuũ: quoniam vindex eſt
dñs de his oĩbus, ſicut p̃diximus vo-
bis, & teſtificati ſumus. Nõ enim vo
cauit nos deus in ĩmunditiã: ſed in
ſctĩficationẽ. In Chro Ieſu dño nro.
Graduale. T ribulationes cordis mei
dilatatæ ſunt: de neceſſitatibus meis
eripe me dñe. ℣. Vide humilitatem
meã, & laborẽ meũ: & dimitte oĩa pec
cata mea. Tractus. C õfitemini dño,
quoniã bonus: quoniã in ſeculũ miſe-
ricordia ei⁹. ℣. Quis loquetur potẽtias
dñi auditas faciet oẽs laudes ei⁹. ℣. Bea
ti q cuſtodiunt iudiciũ, & faciunt iuſti

psa. 24.

psa. 105

tiam in omni tempore. ℣. Memento
noſtri domine in beneplacito populi
tui: viſita nos in ſalutari tuo.
Sequentia ſctĩ euãgelij ſm Matthęũ.

I N illo tpe. Aſſumpſit Ieſus
Petrũ & Iacobũ & Ioannẽ
fratrẽ ei⁹, & duxit illos ĩ mõ
tẽ excelſum ſeorſum: & transfigura-
tus eſt ante eos. Et reſplenduit facies
ei⁹ ſicut ſol: veſtimenta aũt eius facta
ſunt alba ſicut nix. Et ecce, apparue
rũt illis Moyſes & Elias cũ eo loquẽ
tes: Rñdẽs aũt Petr⁹, dixit ad Ieſum.
Dñe, bonũ eſt nos hic eſſe. Si vis, fa-
ciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnũ,
Moyſi vnũ, & Eliæ vnũ. Adhuc eo
loquẽte, ecce nubes lucida obũbra-
uit eos. Et ecce vox de nube, dicens.
Hic eſt filius meus dilectus in quo
mihi bene complacui: ipſum audi-
te. Et audientes diſcipuli, ceciderunt
ĩ faciẽ ſuã, & timuerunt valde. Et ac-
ceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitq; eis.
Surgite, & nolite timere. Leuãtes au-
tẽ oculos ſuos, neminẽ viderunt, niſi
ſolũ Ieſum. Et deſcendentib⁹ illis de
mõte, p̃cepit eis Ieſus, dicens. Nemi
ni dixeritis viſionẽ: donec filius ho-
minis a mortuis reſurgat. C redo.
Offerto. M editabor in mãdatis tuis,
q̃ dilexi valde: & leuabo manus meas
ad mandata tua, quæ dilexi. Secreta.

ca. 7.

psa. 118

S Acrificijs p̃ſentib⁹ dñe, q̃s, intẽ-
de placatus: vt & deuotioni nr̃æ
proficiant, & ſaluti. Per. Alię Secre.

E Xaudi nos deus ſalutaris no-
ſter: vt per huius ſacramenti

virtutem, a cunctis nos mẽtis & corporis hostib⁹ tuearis: gratiã tribuẽs in præsenti, & gloriam in futuro.

DEus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna fælicitate locandus: tribue quæsumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorũ, quos in oratione commendatos suscepimus, & omniũ fidelium nomina beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Per dominum nostrum Iesum.

psa. 5. Communio. Intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus, & deus meus: quoniam ad te orabo domine. Postcommunio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dñm. Aliæ Postcommunion.

MVndet, & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramẽti munus oblatum, & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

PVrificent nos, quæsumus omnipotens, & misericors deus, sacramenta quę sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis p̃sta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominum nostrum

FERIA SECVNDA

Statio ad sanctum Clementẽ. Intro.



psa. 25. REdime me domine, & miserere mei, pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs benedicam dominũ. ps. Iudica me dñe, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in domino sperans nõ infirmabor. ℣. Gloria patri & filio. Oremus.

PRæsta, quæsumus omnipotens deus: vt familia tua, quæ se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet: sectando iustitiam a culpa ieiunet. Per dominum nostrum.

Aliæ orationes vt in Dñica p̃cedenti.

Lectio Danielis prophetæ.



c. 9. IN diebus illis. Orauit Daniel Dñm, dicens. Dñe Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundũ diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus. Dñe in omnem iustitia tuã, auertatur obsecro ira tua, & furor tuus a ciuitate tua Hierusa-

lem, & a monte sancto tuo. Propter peccata enim nr̃a, & iniquitates patrũ nostrorum, Hierusalẽ & populus tu⁹ in opprobrium sunt oĩbus p̃ circuitum nostrum. Nũc ergo exaudi dñe deus noster orõnem serui tui, & preces eius: & ostende faciẽ tua sup sanctuariũ tuum quod desertũ est. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuã, & audi: aperi oculos tuos & vide desolationem nostrã, & ciuitatem sup quã inuocatum est nomẽ tuũ. Neq; enim in iustificationibus nostris p̃sternimus p̃ces ante faciem tuã: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dñe, placare dñe: attende & fac, ne moreris p̃pter temetipsum deus meus: q̃a nomen tuũ inuocatũ est sup ciuitatem, & super populum tuum dñe deus noster. Graduale.

psa. 99. Adiutor meus, & liberator me⁹ esto: dñe ne tardaueris. ℣. Confundantur & reuereãtur inimici mei, qui quęrũt animã meã. Tractus. psa. 102 Domine nõ secundũ peccata nostra, quę fecim⁹ nos: neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. psa. 78. Dñe, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, q̃a paupes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & p̃pter gloriã nominis tui dñe libera nos: & p̃pitius esto peccatis nr̃is, p̃pter nomẽ tuũ. Sequẽ. S. euang. sm Ioannẽ.

ca. 8. IN illo tempore. Dixit Iesus turbis Iudęorum. Ego vado, & quęretis me: & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebãt ergo Iudæi. Nunq̃d interficiet se metipsum, q̃a dicit: quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim nõ credideritis, quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Iesus. Principium: qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loq̃, & iudicare. Sed q̃ misit me, verax est: & ego, quæ audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Et nõ cognouerunt, q̃a patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis q̃a ego sum, & a meipso facio nihil: sed sicut docuit me Pr̃, hęc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum q̃a ego quæ placita sunt ei, facio semp. Offertorium.

psal 15. Benedicam dñm, qui tribuit mihi intellectum: p̃uidebã dñm in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Secreta.

HÆc hostia dñe placationis & laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum.

Alię Secretæ, vt in Dñica p̃cedenti.

Communio. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? Postcõmunio.

HÆc nos communio domine purget a crimine: & cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per.

Aliæ Poſtcom. vt in Dñica pcedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

ADeſto ſupplicationib⁹ noſtris oĩpotens deus: & quibus fiduciam ſpe randæ pietatis indulges, cõſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per dominum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad ſanctam Balbinã. Introit.

pſ. 26.



TIbi dixit cor meũ, q̃ſiui vultũ tuũ vultũtuũdñe q̃rã:ne auertas faciẽ tuã a me. ps. Dñs illumi natio mea, & ſalus mea: quẽ timebo? ℣. Gloria patri & filio. Oremus.

PErfice, quæſumus domine, benignus in nobis obſeruãtiæ ſanctæ ſubſidium: vt, quę te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per dominu m noſtrum.

Aliæ orationes, vt in Dñica pcedenti.

Lectio libri Regum.

3. re. 17.

IN dieb⁹ illis: Factus eſt ſermo dñi ad Eliã Theſbitẽ, dicens. Surge, & vade in Sarephta Sidonioru, & manebis ibi. Pręcepi enim ibi mulieri viduę, vt paſcat te. Surrexit, & abijt in Sarephta. Cũq; veniſſet ad portã ciuitatis apparuit eimulier vidua cõlligens ligna, & vocauit eam, dixitq; ei. Da mihi paululũ aquæ in vaſe, vt bibã. Cũq; illa pgeret vt afferret, clamauit poſt tergũ eius, dicens. Affer mihi obſecro & buccellã panis ĩ manu tua. Quæ reſpondit. Viuit dñs de⁹ tuus, q̃a nõ habeo panẽ, niſi quantũ pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululũ olei ĩ lecytho. Et colligo duo lingna: vt ĩgrediar, & faciã illud mihi & filio meo: vt comedamus, & moriamur. Ad quã Elias ait. Noli timere: ſed vade, & fac ſicut dixiſti. Veruntamen mihi primũ fac de ipſa farinula ſubcinericiũ panẽ paruulũ, & affer ad me: tibi autẽ & filio tuo facies poſtea Hæc autẽ dicit dominus deus Iſrael. Hydria farinæ nõ deficit: nec lecythus olei minuet, vſque in diẽ in qua daturus eſt dñs pluuiã ſup faciẽ terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbũ Eliæ. Et comedit ipſe, & illa, & dom⁹ eius. Et ex illa die, hydria farinę nõ defecit: & lecythus olei non eſt imminutus: iuxta verbũ dñi q̃d locutus fuerat in manu Eliæ.

pſa. 54.

Graduale. Iacta cogitatũ tuũ in dño, & ipſe te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad dñm, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi.

Sequẽtia ſcti euãgelij ſm Mattheum

ca. 23.



IN illo tempore: Locutus eſt Ieſus ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicẽs. Sup cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Pharisæi. Omnia ergo quęcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatãt enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. Amant autẽ primos recubitus in cęnis, & primas cathedras in ſynagogis, et ſalutationes in foro, et vocari ab hominibus, rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autẽ vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terrã: vn⁹ eſt enim pater veſter qui eſt in cælis. Nec vocemiui magiſtri: quia magiſter veſter, vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & q̃ ſe humiliauerit, exaltabitur.

pſa. 50.

Offerto. Miſerere mei domine ſecundũ magnam miſericordiã tuam: dele domine iniquitatem meam. Secreta.

SAnctificationem tuã nobis domine his myſterijs operare placatus: quæ nos et a terrenis purget vitijs: & ad cęleſtia dona pducat. p.

Aliæ Secretæ, vt in Dñica pcedenti.

pſa. 9.

Communio. Narrabo omnia mirabilia tua: lętabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo altiſſime. Poſtcom.

VT ſacris domine reddamur digni muneribus, fac nos tuis quęſumus, ſemper obedire mandatis. Per dominum noſtrum.

Aliæ poſtcõ. vt in Dñicã pręcedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris, et animarum noſtrarum medere languoribus: vt, remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione lætentur. Per dominum.

FERIA QVARTA.

Statio ad ſanctam Cæciliam. Intro.

pſa. 37.



NE derelinquas me domine deus meus, ne diſcedas a me: intende in adiutorium meum, domine virtus ſalutis meę. ps. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto. Oremus.

POpulum tuũ domine propitius reſpice: et quos ab eſcis carnalibus pręcipis abſtinere, a noxijs quoque vitijs ceſſare concede. Per dñm.

Aliæ orationes vt in Dñica pcedenti.

Lectio libri Heſter.

13. ca.



IN diebus illis: Orauit Mardochæus ad dominum, dicens. Domine de⁹ rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita: et non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere

ſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos, cõtinuo liberabimur. Tu enim domine feciſti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur. Tu es dominus omnium: & nõ eſt qui reſiſtat maieſtati tuę. Et nũc domine rex regum, Deus Abrahã, miſerere populo tuo: quia volunt nos inimici noſtri ꝑdere, & hęreditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuã, quam redemiſti tibi: ſed exaudi deprecationem noſtrã, & propitius eſto ſorti & funiculo hęreditatis tuę Et cõuerte luctum noſtrum in gaudium: vt viuentes, laudemus nomen tuum: & ne claudas ora canentium te, domine deus noſter. Graduale.

pſa. 27. Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuę. ℣. Ad te domine clamaui, deus meus ne ſileas a me, & ero ſimilis deſcendentibus in lacum. Tractus. pſa. 102. Domine, non ſecundum peccata noſtra quæ fecim⁹ nos, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. pſa. 78. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter gloriã nominis tui domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuũ.

Sequentia ſctĩ euãgelij ſm Mattheũ.



In illo tempore. Aſcendẽs Ieſus Hieroſolymã, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam; & filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ & ſcribis: & condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & die tertia reſurget. Tunc acceſſit ad eum mater filiorũ Zebedæi cum filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuã, & vnus ad ſiniſtram: in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit Neſcitis quid petatis? Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meã vel ad ſiniſtram, nõ eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus autem vocauit eos ad ſe: & ait. Scitis, quia principes gentium dominãtur eorum: & qui maiores ſunt, poteſtatẽ exercẽt in eos? Nõ ita erit inter vos. Sed q̃cũq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & q̃ voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut filius hoĩs non venit miniſtrari, ſed miniſtrare & dare aĩam ſuã redẽptionem pro multis. Offertorium. Ad te domine leuaui animam meã, deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi, qui te expectãt, non confundentur Secreta.

Hoſtias, quęſum⁹ domine, quas tibi offerimus propitius reſpice: & per hæc ſancta commercia, vincula peccatorum noſtrorum abſolue. Per dominum noſtrum.

Alię Secretę, vt in Dñica precedenti.

Communio. pſal 10. Iuſtus dominus, & iuſtitiam dilexit: ęquitatem vidit vultus eius. Poſtcommunio.

Sumptis domine ſacramentis ad redemptionis ęternæ, quæſumus, proficiamus augmentum. Per dominum noſtrum Ieſum Chrm.

Aliæ poſtcõ. vt in Dñica pręcedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Deus innocentiæ reſtitutor & amator, dirige ad te tuorum corda ſeruorum: vt ſpiritus tui feruore concepto, & in fide inueniamur ſtabiles, & in opere efficaces. Per dominũ nrm. In vnitate eiuſdẽ ſpũs.

FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctam Mariam trans Tyberim. Introitus.




pſa. 69. Deus ĩ adiutorium meum intẽde, domine ad adiuuandum me feſtina: confundantur, & reuereantur oẽs inimici mei, q̃ quęrũt animã meã. ps. Auertãtur retrorſum, & erubeſcant qui volunt mihi mala. ℣. Gloria patri, & filio. Oremus.

Præſta nobis, quęſum⁹ domine, auxilium gratię tuæ: vt ieiunijs & orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hoſtibus mentis & corporis. Per dominum noſtrum.

Aliæ orationes, vt in Dñica ꝑcedenti.

Lectio Hieremię prophetę. ca. 17.



Hæc dicit dominus Deus. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum: & a domino recedit cor eius. Erit enim quaſi myricę in deſerto, & non videbit cũ venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis, & inhabitabili. Benedictus vir q̃ cõfidit in dño, & erit dominus fiducia eius. Erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cum venerit ęſtus. Et erit folium eius viride: & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum: nec aliquando deſinet facere fructum. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarũ. Dicit dominus omnipotẽs. Graduale.

pſa. 78. Propitius eſto peccatis noſtris domine, ne quando dicant gentes, vbi eſt deus eorum? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui domine libera nos.

Sequentia sancti euangelij secũdũ Lucam.

ca. 19.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Homo quidam erat diues., & induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius, vlceribus plenus: cupiẽs saturari de micis quę cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius, Factum est autem, vt morereť mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus ast autem & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autẽ oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a lõge, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans, dixit. Pater Abraham, miserere mei: & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flãma. Et dixit illi Abraham. Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autẽ hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint: neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eũ in domum patris mei. Habeo enim quinq; fratres, vt testetur illis, & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abrahã. Habent Moysen, & prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pęnitẽtiam agent. Ait autem illi Si Moysen & prophetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Offertorium.

ex. 32.

Precatus est Moyses in conspectu domini dei sui & dixit: quare domine irasceris in populo tuo? parce iræ animæ tuę: memento Abraham, Isaac, & Iacob: qbus iurasti dare terrã fluẽtẽlac, & mel: & placatus est dñs de malignite q̃ dixit facere populo suo. Secreta.

PRæsenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanficent: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per dominum nostrum.

Aliæ Secretę. vt in Dñica pcedenti.

Communio. Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in eo, dicit dñs. Postcõ.

GGatia tua nos, quæsumus domine, non derelinquat: quę & sacræ nos deditos faciat seruituti, & tuam nobis opem semper acquirat. Per dominum nostrum Iesum.

Aliæ postcõ. vt in Dñica pręcedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

ADesto domine famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his, qui te auctore, & gebernatore gloriantur, & congregata restaures: & restaurata conserues: Per dominum nostrum.

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctum Vitalem. Introit.

psa. 16.



EGo autẽ cũ iustitia apparebo in conspectui tuo: satiabor dum manifestabiť gloria tua. ps. Exaudi dñe iustitiam meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria pa. Oremus.

DA, quæsumus, omnipotẽs deus, vt sacro nos purificante ieiunio, synceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dñm.

Aliæ orationes, vt in Dñica pcedenti.

ca. 37.

Lectio libri Genesis.



N diebus illis: Dixit Ioseph fratribus suis. Audite somnium meum, quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circunstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius. Nũquid rex noster eris? aut subijciemur ditioni tuę? Hæc ergo causa somniorum atq; sermonum, inuidię & odij fomitẽ ministrauit. Aliud quoq; somniũ vidit quod narrans fratribus, ait. Vidi per somnium quasi solẽ, & lunã, & stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eũ pr̃, & dixit. Quid sibi vult hoc somniũ, quod vidisti? Nunqd ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terrã? Inuidebant igiť ei fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. Cumq; fratres illi⁹ in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eũ Israel. Fratres tui pascũt oues ĩ Sichimis: veni, mittã te ad eos. Quo respõdẽte, præsto sum, ait. Vade, & vide, si cuncta ꝓspera sint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi qd agať. Missus de valle Hebron, venit in Sichẽ. Inuenitq; eum vir errãtẽ in agro: & interrogauit qd q̃reret. At ille respondit. Fratres meos quęro: indica mihi vbi pascãt greges. Dixit ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui autẽ eos dicentes. Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos & inuenit eos in Dothain. Qui cum vidissent eũ ꝓcul, antequã accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuo loquebantur Ecce somniator venit: venite, occidamus eum, & mittamus eũ in cisternã veterẽ: dicemusq;, fera pessima deuorauit eũ. Et tũc apparebit, qd illi ꝓsint somnia sua. Audiẽs autẽ hæc Rubẽ, nitebať liberare eum de manibus eorũ, & dicebat. Nõ interficiamus animã eius, nec effundam⁹ sanguinem: sed ꝓijcite eũ in cisternã hanc, quæ est in solitudine: manusq; vestras seruate innoxias. Hoc aũt dicebat, volens eripere eum de manibus eorũ, & reddere patri suo. Graduale.

pfa. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordię tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nr̃is ꝓpter nomẽ tuũ.

pfa. 102. — psal 78.

Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęum.

ca. 21. In illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum, parabolam hãc. Homo quidã erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium cęciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: verebuntur forte filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hęres: venite, occidamus eum, & habebimus hęreditatẽ eius. Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus. Nunquam legistis in scripturis, lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur. Super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius: cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quęrẽtes eũ tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebãt.

Offertorium. Domine, in auxilium meum respice: confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam, vt auferant eam: domine in auxilium meum respice. Secreta.

HÆc in nobis sacrificia, deus & actione permaneant & operatione firmentur. Per dominum.

Alię Secretę, vt in Dñica pręcedenti.

Cõmũnio. Tu domine seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in ęternum. Postcommunio.

FAc nos, quęsumus domine, accepto pignore salutis æternę, sic tendere congruenter, vt ad eam peruenire possimus. Per dominum.

Aliæ postcom. vt in Dñica ꝓcedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra deo.

DA, quæsumus domine, populo tuo salutem mentis & corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum.

SABBATO

Statio ad sanctos Marcellinum & Petrum. Introitus.




pfa. 18. LEx domini irreprehensibilis, conuertẽs animas testimoniũ domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Ps. Cæli enarrãt gloriã dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ. ℣. Gloria patri. Oremus.

DA, quæsumus domine, nostris effectum ieiunijs salutarẽ: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dñica ꝓcedẽti.

Lectio libri Genesis.



ca. 27. IN diebus illis: Dixit Rebeca filio suo Iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo, fili mi, acquiesce cõsilijs meis: & pergẽs ad gregem, affer mihi duos hędos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusq̃ moriatur. Cui ille respondit. Nosti, quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lęuis: si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me voluisse sibi illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: in me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens, affer quæ dixi. Abijt, & attulit, deditque matri suæ. Parauit illa cibos, sicut nouerat velle patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasq; hędorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum: & panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit. Pater mi? At ille respondit. Audio. Quis es, fili mi? Dixitq; Iacob. Ego sum Esau primogenitus tuus, feci sicut pręcepisti mihi Surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursumq; Isaac ad filium suum. Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitque Isaac. Accede huc, vt tan-

gam te, fili mi : & probem vtrum tu
ſis filius meus Eſau, an non? Acceſ-
ſit ille ad patrem: & palpato eo, di-
xit Iſaac. Vox q̃dē, vox Iacob eſt: ſed
man⁹, man⁹ ſunt Eſau. Et nō cogno
uit eum, quia piloſę manus ſimilitu
dinem maioris expreſſerant. Benedi
cens ergo illi, ait. Tu es filius meus
Eſau? Reſpondit, Ego ſum. At ille:
Affer, inquit, mihi, cibos de venatio
ne tua, fili mi, vt benedicat tibi ani-
ma mea. Quos cum oblatos come-
diſſet, obtulit ei etiam vinum. Quo
hauſto, dixit ad eū. Accede ad me:
& da mihi oſculum, fili mi. Acceſſit,
& oſculat⁹ eſt eū, Statimq; vt ſenſit
veſtimentorum illius fragrantiam,
benedicens ait. Ecce odor filij mei,
ſicut odor agri pleni, cui benedixit
dn̄s. Det tibi deus de rore cæli, & de
pinguedine terræ, abūdātiā frumen
ti, vini, & olei. Et ſeruiant tibi popu
li, & adorent te tribus. Eſto dn̄s fra-
trū tuorum : & incuruentur ante te
filij matris tuæ. Qui maledixerit ti-
bi, ſit ille maledictus: & qui benedi-
xerit tibi, bn̄dictionibus repleatur.
Vix Iſaac ſermonem impleuerat: &
egreſſo Iacob foras, venit Eſau, co-
ctoſq; de venatione cibos intulit pa
tri, dicens. Surge pater mi, & come-
de de venatione filij tui : vt benedi-
cat mihi aīa tua. Dixitque illi Iſaac.
Quis enim es tu? Qui reſpōdit. Ego
ſum filius tuus primogenitus Eſau.
Expauit Iſaac ſtupore vehemēti : &
vltra quā credi poteſt, admirans, ait.
Quis ergo ille eſt, q̃ dudum captam
venationem attulit mihi, & comedi
ex oībus priuſquā tu venires? bene-
dixiq; ei, & erit benedictus. Auditis
Eſau ſermonibus patris, irrugijt cla
more magno : & conſternatus ait.
Benedic etiā & mihi, pater mi. Qui
ait. Venit germanus tuus fraudulen-
ter, & accepit benedictionē tuā. At
ille ſubiunxit. Iuſte vocatum eſt no-
men eius Iacob. Supplantauit enim
me en altera vice. Primogenita mea
ante tulit, & nunc ſecundo ſurri-
puit bn̄dictionē meā. Rurſumq; ad
patrem. Nunquid nō reſeruaſti, ait,
& mihi benedictionem? Reſpondit
Iſaac. Dn̄m tuum illum conſtitui, &
omnes fratres eius ſeruituti illius ſu
biugaui. Frumento, vino, & oleo ſta
biliui eum : & tibi poſt hæc fili mi,
vltra q̃d faciā? Cui Eſau. Nū, vnā in
quit, tantum benedictionem habes
pater? Mihi quoq; obſecro vt bene-
dicas. Cumq; eiulatu magno fleret,
mot⁹ Iſaac, dixit ad eum. In pingue
dine terræ, & in rore cæli deſuper
erit benedictio tua.

Graduale. (psa. 9.)

Bonum eſt confiteri domino, & pſalle
re nomini tuo altiſſime. ℣. Ad annun
ciandum mane miſericordiam tuam,
& veritatem tuam per noctem.

Sequētia ſancti euangelij ſecundum
Lucam.



IN illo tpe : Dixit Ieſus di- (ca. 15.)
ſcipulis ſuis parabolā hāc.
Homo q̃dā habuit duos
filios: & dixit adoleſcentior ex illis,

patri. Pater, da mihi portionem ſub (psa. 26.)
ſtantiæ quę me contingit. Et diuiſit
illis ſubſtantiam. Et nō poſt multos
dies, cōgregatis oīb⁹ adoleſcentior
filius peregre ꝓfectus eſt in regionē
longinquā: & ibi diſſipauit ſubſtan
tiam ſuā viuendo luxurioſe. Et poſt
quam cōſummaſſet omnia, facta eſt
fames valida in regione illa : & ipſe
cępit egere. Et abijt, & adhęſit vni
ciuium regionis illius. Et miſit illū
in villam ſuam, vt paſceret porcos.
Et cupiebat implere ventrem ſuum
de ſiliquis quas porci manducabāt:
& nemo illi dabat. In ſe autem re-
uerſus dixit. Quanti mercenarij in
domo patris mei abundāt panib⁹:
ego aūt hic fame peo? Surgā, & ibo (ca. 37.)
ad patrem meū, & dicam ei. Pater,
peccaui in cęlū & coram te: iam nō
ſum dignus vocari filius tuus : fac
me ſicut vnum de mercenarijs tuis.
Et ſurgens, venit ad patrem ſuum.
Cum autem adhuc longe eſſet, vidit
illum pater ipſius : & miſericordia
motus eſt. Et accurrens cecidit ſup
collum eius, & oſculatus eſt eū. Di-
xitq; ei filius. Pater, peccaui in cælū,
& coram te: iam nō ſum dignus vo
cari filius tu⁹. Dixit autem pater ad
ſeruos ſuos. Cito ꝓferte ſtolam pri-
mam, & induite illum: & date annu
lū in manu eius, & calceamenta in
pedes eius : & adducite vitulū ſagi-
natū, & occidite, & manducemus
& epulemur: q̃a hic fili⁹ meus mor-
tuus erat, & reuixit: perierat, & inuē
tus eſt. Et cęperunt epulari. Erat au-
tem filius eius ſenior in agro. Et
cum veniret, & approquinqua-
ret domui, audiuit ſymphoniam
& chorum. Et vocauit vnum de
ſeruis: & interrogauit, quæ hæc eſ-
ſent. Iſque dixit illi. Frater tuus ve-
nit: & occidit pater tuus vitulum ſa-
ginatū, q̃a ſaluū illum recepit. Indi-
gnatus eſt autē, & nolebat introire.
Pater ergo illius egreſſus, cępit ro-
gare eū. At ille reſpondens, dixit pa-
tri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: &
mandatū tuū nunquam ꝑteriui : et
nunquā dediſti mihi hædū, vt cum
amicis meis epularer. Sed poſtquā
filius tuus hic, q̃ deuorauit ſubſtan-
tiā ſuam cum meretricibus, venit:
occidiſti illi vitulum ſagina um. At
ipſe dixit illi. Fili, tu ſemper mecum
es, et omnia mea, tua ſunt. Epulari
autem et gaudere oportebat, quia
frater tuus hic mortuus erat, & re-
uixit: perierat, et inuentus eſt.

Offertorium.

Illumina oculos meos, ne vnquā ob-
dormiā ī morte: ne q̃n dicat inimicus
meus: præualui aduerſus eū.

Secreta.

His ſacrificijs dn̄e concede pla-
catus, vt, q̃ ꝓprijs oram⁹ abſo
lui delictis, non grauemur externis.
Per. Alię Secretę, vt ī Dn̄ica ꝓcedēti.

Cōm. Oportet te fili gaudere: q̃a fra-
ter tuus mortuus fuerat, & reuixit: pe
rierat, & inuentus eſt.

Poſtcommu.

SAcramenti tui DOMINE
diuina libatio penetralia no-

ſtri cordis infundat: & ſui nos participes potenter efficiat. Per dñm.

Aliæ Poſtcom. vt in Dñica pcedenti. Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Familiam tuam, quæſumus domine continua pietate cuſtodi: vt, quæ in ſola ſpe gratiæ cæleſtis innitit, cęleſti etiam protectione muniatur. Per dominum noſtrum.

DOMNICA TERTIA in Quadrageſima.

Statio ad ſanctum Laurentium extra muros. Introitus.

pſal mꝰ. 24.



Oculi mei ſemp ad dominum: qa ipſe euellet de laqueo pedes meos: reſpice in me, & miſerere mei, quoniam vnicꝰ, & paup ſum ego. Ps. Ad te domine leuaui animã meã: deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri & fil. Oremus.

Quæſumus, omnipotens deus, vota humilium reſpice: atque ad defenſionem noſtram dexteram tuę maieſtatis extende. Per dñm.

Ad poſceda ſuffragia ſanctorũ. Orõ.

Cunctis nos, quęſumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & glorioſa, ſemperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo: atque beato N. & omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui viuorum dominaris ſimul & mortuorum, omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramꝰ vt pro quibus effundere preces decreuimus: quoſque vel præſens ſeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

ca. 5.



Fratres: Eſtote imitatores dei, ſicut filij chariſſimi: & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos: & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloqum, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio. Hoc autem ſcitote intelligentes: quod omnis fornicator, aut immũdus, aut auarꝰ,

quod

quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira dei in filios diffidentię. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrę: nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis, eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate. Graduale.

pſa. 9.

Exurge domine, nõ pręualeat homo: iudicentur gentes in conſpectu tuo. ℣. In conuertendo inimicum meum retrorſum, infirmabuntur, & peribũt a facie tua. Tractus. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. Et ſicut oculi ancillę in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum deum nr̃m, donec miſereatur noſtri. ℣. Miſerere nobis domine, miſerere nobis.

pſa. 122

Sequentia ſancti euangelii ſecundũ Lucam.

ca. 11.



In illo tempore. Erat Ieſus eijciens dęmonium: & illud erat mutum. Et cum eieciſſet demonium, locutus eſt mutus: & admiratæ ſunt turbę. Quidã aũt ex eis dixerũt In beelzebub prĩcipe dęmoniorũ eijcit dæmonia. Et alij tẽtãtes, ſignũ de cęlo q̃rebant ab eo. Ipſe aũt vt vidit cogitationes eorum, dixit. Omne regnum in ſeipſũ diuiſum, deſolabitur: & domus ſupra domum cadet. Si autem & ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnum ipſius, quia dicitis in beelzebub eijcere me demonia? Si autem ego in beelzebub eijcio dęmonia: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi, iudices veſtri erunt. Porro ſi in digito dei eijcio dæmonia: profecto peruenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum: in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa arma eiꝰ auferet, in quibus confidebat: & ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquoſa, quærens requiem. Et non inueniens dicit. Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eã ſcopis mundatam & ornatam. Et tunc vadit, & aſſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe: & ingreſſi habitãt ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Factũ eſt autem cum hęc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: & vbera q̃ ſuxiſti. At ille dixit. Quin immo, beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et dicitur. Credo. Offerto. Iuſtitiæ dñi rectæ, lętificantes corda: & iudicia eius dulciora ſuper mel & fauum: nam & ſeruus tuus cuſtodit ea. Secreta.

pſa. 18.

Hæc hoſtia, quæſumus domine, emundet noſtra delicta, &

ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per dominũ. Aliæ Secretę.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuens in p̄ſenti, & gloriã in futuro.

Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna fælicitate locandus: tribue quæſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorũ, quos in oratione commendatos ſuſcepimus, & omniũ fidelium nomina beatæ prædeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominum noſtrum Ieſum.

pſa. 23.

Communio. Paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidũ, vbi reponat pullos ſuos, altaria tua domine virtutũ: rex meus & deus meus: beati qui habitant in domo tua, in ſeculum ſeculi laudabunt te. Poſtcommunio.

A cunctis nos, quæſumus domine, reatibus & periculis ꝓpitiatus abſolue, quos tanti myſterij tribuis eſſe participes. Per dominum noſtrum. Aliæ Poſtcõmunio.

Mundet, & muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramẽti munus oblatum, & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

Purificent nos, quęſumus omnipotens, & miſericors Deus, ſacramenta quę ſumpſimus: & intercedentibus omnibus ſanctis tuis p̄ſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum, ſit viuorum atque mortuorum fidelium, remiſſio omnium delictorum. Per dominum noſtrum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad ſanctum Marcum.

Introitus.



IN Deo laudabo verbum in domino laudabo ſermonem: in Deo ſperabo, non timebo, q̄d faciat mihi homo. Pſ. Miſerere mei deus, quoniam conculcauit me homo, tota die bellãs tribulauit me. ℣. Gloria pa. Orem⁹.

pſa. 55.

Cordibus noſtris, quæſum⁹ domine, gratiã tuam benignus infunde: vt ſicut ab eſcis carnalibus abſtinemus, ita ſenſus quoq; nr̄os a noxijs retrahamus exceſſibus. Per.

Aliæ Orones, vt in Dñica pręcedẽti.

Lectio libri Regum.



IN dieb⁹ illis. Naamã princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominũ ſuum, & honoratus Per illum enim dedit dñs ſalutẽ Syriæ. Erat autem

4. re. 5.

tem vir fortis, & diues: ſed leproſus. Porro de Syria egreſſi fuerant latrũculi: & captiuã duxerãt de terra Iſrael puellam paruulã, quæ erat ĩ obſequio vxoris Naamã: quę ait ad dñam ſuam. Vtinã fuiſſet dñs meus ad Prophetã q̄ eſt in Samaria: profecto curaſſet eũ a lepra quã habet. Ingreſſus eſt itaq; Naaman ad dñm ſuum, & nunciauit ei, dicens. Sic & ſic locuta eſt puella de terra Iſrael. Dixitq; ei rex Syrię. Vade, & mittã literas ad regẽ Iſrael. Qui cũ ꝓfectus eſſet, & tuliſſet ſecũ decẽ talenta argenti, & ſex millia aureos, & decẽ mutatoria veſtimentorũ: detulit literas ad regẽ Iſrael, in hæc verba. Cũ acceperis epiſtolã hanc, ſcito q̄d miſerim ad te Naamã ſeruũ meũ: vt cures eũ a lepra ſua. Cũq; legiſſet rex Iſrael literas, ſcidit veſtimẽta ſua, & ait. Nunquid deus ſum ego, vt occidere poſſim & viuificare, q̄a iſte miſit ad me, vt curẽ hoĩem a lepra ſua? Animaduertite, & videte: quod occaſiones quærat aduerſum me. Quod cũ audiſſet Eliſe⁹ vir dei ſcidiſſe videlicet regẽ Iſrael veſtimẽta ſua: miſit ad eũ, dicens. Cur ſcidiſti veſtimẽta tua? Veniat ad me, & ſciat ꝓphetã eſſe in Iſrael. Venit ergo Naamã cũ eq̄s & curribus, & ſtetit ad oſtium domus Eliſei; miſitq; ad eum Eliſeus nũciũ, dicens. Vade, & lauare ſepties in Iordane: & recipiet ſanitatẽ caro tua, atque mũdaberis. Iratus Naamã, recedebat dicẽs. Putabã q̄d egrederet̃ ad me: & ſtans inuocaret nomẽ dñi dei ſui, & tãgeret manu ſua locũ leprę, & curaret me. Nunq̄d nõ meliores ſunt Abana, & Pharphar, fluuij Damaſci, oĩbus aquis Iſrael, vt lauer in eis, & mũder? Cũ ergo vertiſſet ſe, & abiret indignãs: acceſſerunt ad eum ſerui, & locuti ſunt ei. Pater, & ſi rẽ grãdẽ dixiſſet tibi ꝓpheta, certe facere debueras: quãto magis, q̄a nũc dixit tibi, lauare, & mundaberis? Deſcendit: & lauit in Iordane ſepties, iuxta ſermonem viri dei: & reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli: & mũdatus eſt: Reuerſuſq; ad virũ dei cũ vniuerſo comitatu ſuo, venit, & ſtetit corã eo, & ait. Vere ſcio, quod nõ ſit alius deus ĩ vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael. Graduale.

pſa. 55.

Deus vitã meã annũciaui tibi, poſuiſti lacrymas meas in cõſpectu tuo. ℣. Miſerere mei dñe, quoniã conculcauit me homo: tota die bellãs tribulauit me. Tractus. Domine, non ſecũdũ peccata noſtra, quæ fecimus nos: neq; ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarũ, cito anticipent nos miſericordię tuæ: q̄a paupe res facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & ꝓpter gloriã nominis tui dñe libera nos: & ꝓpitius eſto peccatis nr̄is ꝓpter nomen tuũ.

pſa. 102.

pſa. 78.

Sequentia ſcti euangelij ſm Lucam.



IN illo tempore: Dixerunt phariſæi ad Ieſum. Quanta audiuimus facta in Ca-

ca. 4

pharnaum : fac & hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multę viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarephta Sidonię ad mulierē viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsq; ad supercilium montis super quem ciuitas eorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. **Offertoriū.** Exaudi deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam intende in me, & exaudi me. **Secreta.**

psa. 54.

Mvnus, quod tibi domine nostræ seruitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per dominum nostrum.

Alię Secretę, vt in Dñica præcedenti

psa. 13.

Communio. Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suę, exultabit Iacob & lętabitur Israel. **Postcommunio.**

PRæsta, quæsumus, omnipotens & misericors deus: vt quod ore contingimus, pura mēte capiamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Alię Postcom. vt in Dñica pcedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

SVbueniat nobis domine misericordia tua: vt, ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per dominum nostrum Iesum Christum filium.

FERIA TERTIA

¶ Statio ad sanctam Pudentianam

Introitus.



EGo clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: custodi me Domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. **psalmus.** Exaudi domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria patri & filio. Oremus.

psa. 16.

EXaudi nos omnipotens & misericors deus: & continentię salutaris propitius nobis dona concede. Per dominum nostrum.

Aliæ orationes, vt in Dñica pcedenti

Lectio libri Regum.

ca. 4.

IN diebus illis. Mulier quædam clamabat ad Eliseum prophetam, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti quia seruus tuus fuit, timens deum. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi paruū olei quo vngar. Cui ait. Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. Et ingredere, & claude ostium tuū, cum intrinsecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in omnia vasa hæc: & cū plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier, & clausit ostium sup se & super filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat. Cūq; plena fuissent vasa, dixit ad filiū suū. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Nō habeo. Stetitq; oleum. Venit autem illa, & indicauit homini dei. Et ille. Vade, inqt, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem & filij tui viuite de reliquo.

ps. 18.

Graduale. Ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo.

Sequētia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 18.

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Si peccauerit in te frater tuus: vade, & corripe eum inter te & ipsum solū Si te audierit: lucratus eris fratrē tuū Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si nō audierit eos: dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis: quęcūque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quęcunque solueritis super terram erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis: qa si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quancunque petierint, fiet illis a patre meo qui in cęlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens ad eum Petrus, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei? Vsque septies? Dixit illi Iesus. Nō dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies:

Offertorium.

psa. 117

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuā & narrabo opera dñi. **Secre.**

PEr hęc veniat, quęsumus domine, sacramenta nostrę redemptionis effectus: qui nos & ab humanis retrhat semper excessibus: & ad salutaria dona perducant. Per dñm.

Alię Secretę, vt in Dñicā pręcedenti.

Communio. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. **Postcommunio.**

SAcris domine mysterijs expiati, & veniam, quæsumus, consequamur: & gratiam. Per dominū nostrum Iesum Christum filium.

Aliæ Postcom. vt in Dñica pcedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.

TVa nos dñe protectione defende,& ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctũ Sixtum. Introitus.


Go autem in domino sperabo,exultabo, & lętabor in tua misericordia: quia respexisti humilitatem meã. ps. In te domine speraui, non confundar in ęternum, in iustitia tua libera me, & eripe me. ℣. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Oremus.

psa. 30. psa. 71.

PRęsta nobis,quęsumus dñe, vt, salutaribus ieiunijs eruditi,a noxijs quoq; vitijs abstinentes, propitiationẽ tuã facilius impetrem⁹.Per.
Aliæ Orationes, vt in Dñica pcedẽti.

Lectio libri Exodi.

ca. 20.

HÆc dicit dñs deus.Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã:vt sis longæus sup terrã: quã dñs deus tu⁹ dabit tibi.Nõ occides.Non m.chaberis.Non furtũ facies.Nõ loqueris cõtra pximũ tuũ falsum testimonium. Nõ cõcupisces domũ pximi tui:nec desiderabis vxorẽ eius: nõ seruũ,nõ ancillã,nõ bouẽ,nõ asinũ: nec oĩa q illius sunt. Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitũ buccinę,mõtemq; fumigantẽ: & perterriti ac pauore cõcussi, steterũt pcul,dicẽtes Moysi.Loquere tu nobis,& audiemus. Non loquat̃ nobis dominus:ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populũ. Nolite timere. Vt enim pbaret vos venit deus,& vt terror illius esset in vobis, & nõ peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginẽ, in qua erat de⁹.Dixitq; pręterea dominus ad Moysen, Hæc dices filijs Israel.Vos vidistis, quod de cælo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis.Altare de terra facietismihi:& offeretis sup illud holocausta, & pacifica vestra,oues vestras & boues,in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Graduale.

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum:sana me domine. ℣. Cõturbata sunt omnia ossa mea: & anima mea turbata est valde. Tractus. Dñe, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundum iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe,ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos misericordiæ tuæ:qa paupes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos:& propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

psa. 6. psa. 102 psa. 78.

Sequẽtia scti euãgelij sm Matthęũ.

ca. 15.


N illo tempore. Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribę & pharisæi dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauãt manus suas,cũ panẽ mãducãt.Ipse autẽ respõdens, ait illis. Quare & vos transgredimini mãdatũ dei propter traditionem vestram? Nã deus dixit. Honora patrẽ & matrẽ: & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriat̃. Vos autẽ dicitis. Quicũq; dixerit patri,vel matri: munus quodcunq; est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum,aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum dei propter traditionẽ vestram.Hypocritę, bene prophetauit de vobis Isaias,dicens. Populus hic,labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me.Sine causa autem colunt me,docentes doctrinas,& mandata hominũ.Et cõuocatis ad se turbis,dixit eis.Audite, & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli ei⁹, dixerunt ei.Scis,quia pharisæi,audito hoc verbo, scandalizati sunt? At ille respondens, ait. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur.Sinite illos Cęci sunt & duces cæcorum. Cęcus autem si cæco ducatum præstet,ambo in foueam cadunt. Respondens autẽ Petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat,in ventrem vadit, & in secessum emittitur?Quę autem procedunt de ore,de corde exeunt: & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta,falsa testimonia,blasphemiæ. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. Offer.

psa. 18

Domine, fac mecum misericordiam tuam,propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. Secreta.

SVscipe,quęsumus domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes,ab omnibus nos defende periculis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.
Aliæ Secretę,vt in Dñica præcedenti.
Communio. Notas mihi fecisti vias vitę:adimplebis me lętitia,cum vultu tuo domine. Postcommunio.

psa. 15.

SAnctificet nos domine, qua pasti sumus,mensa cęlestis:& a cũctis erroribus expiatos,supernis pro missionibus reddat acceptos. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum.Qui tecum viuit.
Aliæ Postcõ. vt in Dñica pręcedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.

COncede,quæsumus omnipotens deus: vt qui protectionis tuę gratiam quærimus,liberati a malis omnibus,secura tibi mẽte seruiamus

mus, Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. &c.

FERIA QVINTA

Statio ad sanctos Cosmam, & Damianum. Introitus.



Alus populi ego sum, dicit dominus: de quacunq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorum dominus in perpetuum. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestrã in verba oris mei. ℣. Glia pa. Oremus.

Magnificet te domine sanctorum tuorum Cosmæ & Damiani beata solennitas: qua & illis gloriam sempiternam & opem nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per dominum nostrum.

Aliæ orationes, vt ĩ Dñica præcedẽti.

Lectio Hieremiæ prophetæ.

ca. 7.



N diebus illis: Factum est verbum domini ad me, dicens. Sta in porta domus domini: & prędica ibi verbũ istud, & dic. Audite verbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas, vt adoretis dominum. Hęc dicit dominus exercituum deus Israel. Bonas facite vias vestras: & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij: dicentes. Tẽplum dñi, tẽplum dñi, tẽplũ dñi est. Quoniã si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virũ & proximum eius: aduenæ & pupillo & viduę non feceritis calumniã: nec sanguinẽ innocentẽ effuderitis in loco isto: & post deos alienos non ambulaueritis in malũ vobismetipsis: habitabo vobiscũ in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris a seculo vsque in seculum. Ait dñs oĩpotens

Gradua. Oculi omnium in te sperãt domine: & tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã, & imples omne aĩal bñdictione.

Sequentia sancti euangelij secundũ Lucam.

ca. 4.



N illo tẽpore. Surgẽs Iesus de synagoga, introiuit ĩ domũ Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans sup illã: imperauit febri: & dimisit illã. Et cõtinuo surgens, ministrabat illis. Cum sol autẽ occidisset: oẽs, q̃ habebant infirmos varijs languoribus, ducebãt illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibãt autẽ demonia a multis, clamãtia & dicentia: q̃a tu es fili⁹ Dei. Et increpãs nõ sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbę requirebant eum: & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & alijs ciuitatibus oportet

me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilęę. Offertorium.

psa. 137

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: & super iram inimicorum meorum extendes manum tuam: & saluum me fecit dextera tua. Secreta.

In tuorum domine pretiosa morte iustorum sacrificium illud offerimus, de quo martyrium sumpsit omne principium. Per dominum.

Aliæ Secretæ, vt in Dñica pcedenti.

psa. 128

Communio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantũ viç meç ad custodiendas iustificationes tuas. Postcommunio.

Sit nobis, domine sacramẽti tui certa saluatio: quæ, cum beatorum martyrum tuorum Cosmæ & Damiani meritis imploratur. Per.

Aliæ Postcom. vt in Dñica pcedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra deo.

Subiectum tibi populum, quæsumus domine, propitiatio cælestis amplificet: & tuis semp faciat seruire mandatis. Per dominum.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Laurẽtiũ ĩ Lucina. Intro.

psal 85.



Ac mecum domine signum in bonum: vt videant q̃ me oderunt, & cõfundanẽ: quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me. ps. Inclina domine aurem tuã, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. ℣. Gloria patri, & filio. Oremus.

Ieiunia nostra, quęsumus domine, benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a vitijs ieiunem⁹ in mẽte. Per dominum nostrum.

Aliæ Orationes, vt in Dñica pcedẽti.

Lectio libri Numeri.

ca. 20.



N diebus illis. Conuenerunt filij Israel aduersus Moysen & Aaron: & versi in seditionem, dixerunt. Date nobis aquam, vt bibamus Ingressiq; Moyses & Aaron dimissa multitudine, in tabernaculum federis corruerunt p̃ni in terram: clamaueruntque ad dominum, atq; dixerunt. Domine de⁹ exaudi clamorem populi huius: & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiatis, cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens. Tolle virgam: & congrega populum tuũ, & Aaron frater tuus: & loquimini ad petrã coram eis: & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgã, quę erat in conspectu domini, sicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram: dixitque eis: audite rebelles, & increduli. Num de petra hac vobis aquã poterimus eijcere?

Cumque eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquę largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Dixitq; dñs ad Moysen & Aaron. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me corã filijs Israel: non introducetis hos populos in terram quã dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum, & sanctificatus est in eis.

Graduale.

psa. 27. In deo spereuit cor meum, & adiutus sum: & refloruit caro mea, & ex volũtate mea confitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui: deus meus ne sileas, ne discedas a me.

Tractus. psa. 2 psa. 78. Domine non secũdum peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordię tuę: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti euangelij secundũ Ioannem.

ca. 4. In illo tempore. Venit Iesus in ciuitatem Samariæ. quæ dicitur Sichar: iuxta prędium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic, super fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus. Da mihi bibere. Discipuli autem eius abierãt in ciuitatem, vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere a me poscis, q̃ sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis, Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum istum: & ipse ex eo bibit, & filij ei⁹, & pecora eius? Respõdit Iesus, & dixit ei. Omnis q̃ biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in ęternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam ęternam. Dicit ad eũ mulier. Dñe, da mihi hanc aquam: vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus. Vade, voca virũ tuum: & veni huc. Respõdit mulier, & dixit. Non habeo virum. Dicit ei Iesus. Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti: & hunc quem habes, non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine, vt video, propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus. Mulier crede mihi,

quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis, q̃d nescitis: nos adoramus, quod scim⁹, quia salus ex Iudęis est. Sed venit hora, & nũc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales, quærit, qui adorent eum. Spiritus est deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei Iesus Ego sum, qui loquor tecum Et continuo venerunt discipuli ei⁹: & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suã mulier: & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus. Venite, & videte hominẽ, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate: & veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli eius adinuicẽ. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor mẽses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albę sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam ęternam: vt & qui seminat simul gaudeat & q̃ metit. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerũt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum. Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies Et multo plures crediderunt in eum ꝓpter sermonem eius. Et mulieri dicebant. Quia non iam propter tuam loquelã credimus. Ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est vere saluator mundi.

Offertorium.

psa. 5. Intende voci orationis meæ, rex meus & deus meus: quoniam ad te orabo domine.

Secreta.

Respice, quęsumus domine, propitius ad munera quæ sacramus: vt tibi grata sint, & nobis salutaria semper existant. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuum Qui tecum viuit.

Aliæ Secretæ, vt in Dñica ꝓcedenti.

Communio. Io. 4 Qui biberit aquam quam ego dabo ei, dicit dominus, fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam.

Postcommunio.

HVius nos, domine, perceptio ſacramenti mũdet a crimine: & ad cæleſtia regna perducat. Per.

Alię poſtcom. vt in Dñica pcedenti.

Super populum. Oremus

Humiliate capita veſtra deo

PRæſta, quęſumus omnipotens deus: vt qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis aduerſantia, te adiuuante, vincamus. Per do.

SABBATO

Statio ad ſanctã Suſannã. Introitus.



psal. 5. VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorẽ meũ intende voci orationis meæ rex meus & deus meus. ps. Quoniã ad te orabo domine, mane exaudies vocẽ meam. ℣. Gloria patri & fi. Oratio.

PRęſta, quæſumus omnipotens deus: vt qui ſe, affligendo carnem, ab alimentis abſtinent, ſectando iuſtitiam, a culpa ieiunent. Per.

Alię Orationes, vt in Dñica pcedenti.

Lectio Danielis prophetæ.

ca. 13 IN diebus illis. Erat vir in Babylone, & nomen eius Ioachim. Et accepit vxorẽ nomine Suſannam filiam Helchiæ, pulchram nimis, & timentem deũ. Parentes enim illius cum eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecũdum legem Moyſi. Erat autem Ioachim diues valde: & erat ei pomerium vicinum domui ſuæ. Et ad ipſum confluebant Iudei, eo quod eſſet honorabilior omnium. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices ĩ anno illo, de quibus locutus eſt dominus. Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone a ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Iſti frequentabant domum Ioachim: & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabant in pomęrio viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius. Et euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cęlum, neq; recordarentur iudiciorum iuſtorum. Factum eſt autem, cũ obſeruarent diem aptum quando eam poſſent inuenire ſolam, ingreſſa eſt aliquando ſicut heri, & nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis: voluitque lauari in pomærio. Æſtus quippe erat. Et nõ erat ibi quiſquã, præter duos ſenes abſcõditos, & cõtemplantes eam. Dixit ergo puellis. Offerte mihi oleum & ſmigmata: & oſtia pomęrij claudite, vt lauer. Cum autem egreſſæ eſſent puellæ: ſurrexerũt duo ſenes, et accurrerũt ad eã, et dixerunt. Ecce oſtia pomęrij clauſa ſunt, et nemo nos videt, et in con-

cupiſcentia tui ſumus: quamobrem aſſentire nobis, & cõmiſcere nobiſcum. Quod ſi nolueris, dicemus teſtimonium contra te, quod fuerit tecum iuuenis: & ob hãc cauſam emiſeris puellas a te. Ingemuit Suſanna, & ait. Anguſtię mihi ſunt vndiq;. Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manꝰ veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, ꝙ peccare in conſpectu dñi. Ex exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerunt autem & ſenes aduerſus eam. Et cucurrit vnus, & aperuit oſtia pomærij. Cum autem audiſſent clamorẽ in pomerio famuli domus, irruerunt per poſticum, vt viderent quidnam eſſe. Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, eruberunt ſerui vehementer: quia nunquã dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cumq; veniſſet populus ad virum eius Ioachim, venerunt & duo ſeniores pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannã, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo. Mitte ad Suſannam filiã Helchię vxorem Ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuerſis cognatis ſuis. Flebant igitur ſui, & omnes qui nouerant eã. Conſurgentes autem duo ſeniores in medio populi, poſuerũt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt ſeniores. Cũ deambularemus in pomerio ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus ſolis puellis: & clauſit oſtia pomerij: & dimiſit a ſe puellas. Venitq; adoleſcens ad eam, qui erat abſconditus: & concubuit cum ea. Porro nos cum eſſemus in angulo pomęrij, videntes iniquitatem: cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſceri. Et illum qui dẽ nequiuimꝰ comprehẽdere, quia fortior nobis erat: & aperto oſtio exiliuit. Hanc autem cum apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcens: & noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenioribus & iudicibus populi, & cõdemnarunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Suſanna, & dixit. Deus ęterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiãt: tu ſcis quoniam falſum teſtimoniũ tulerunt contra me: & ecce morior cum nihil horum fecerim quæ iſti malitioſe compoſuerunt aduerſum me. Exaudiuit autem dominus vocẽ eius. Cumque duceretur ad mortẽ, ſuſcitauit dominus ſpiritum ſanctũ pueri iunioris, cui nomẽ Daniel: & exclamauit voce magna, & dixit. Mundus ego ſum a ſanguine huius. Et conuerſus omnis populus ad eũ, dixit. Quis eſt ſermo iſte, quem tu locutus es. Qui cum ſtaret in medio eorum, ait. Sic, fatui filij Iſrael, non iudicãtes, neq; ꝗd verũ eſt cognoſcẽ-

tes, cõdemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eã. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixit ad eos Daniel. Separate eos ab inuicem procul: & diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum ex eis, & dixit ad eũ. Inueterate dierum malorũ nunc venerunt peccata tua quę pri⁹ operabaris, iudicãs iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente dño: Innocentẽ & iustũ non interficies. Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub schino. Dixit autẽ Daniel. Recte mentitus es in caput tuũ. Ecce enim angelus dñi, accepta sententia ab eo, scindet te mediũ. Et amoto eo, iussit venire alium, & dixit ei. Semen Chanaam, & non Iuda: species decepit te, & concupiscentia subuerit cor tuum: Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis. Sed nõ filia Iuda sustinuit iniquitatẽ vestrã. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore cõprehẽderis eos loquentes sibi? Qui ait. Sub prino. Dixit autẽ ei Daniel. Recte mẽtitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus dñi gladiũ habẽs, vt secet te mediũ, & interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cœtus voce magna: & benedixerunt deũ, qui saluat sperantes in se. Et cõsurrexerunt aduersus duos seniores. (Cõuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimoniũ.) Fecerũtq; eis sicut male egerãt aduersus proximum: & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. Graduale. Si ambulem in medio vmbrę mortis, non timebo mala: quoniam tu mecũ es domine. ℣. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. psa. 22.

Sequentia sancti euangelij secundũ Ioannem.

In illo tẽpore. Perrexit Iesus in mõtem olíueti, & diluculo iterũ venit in tẽplũ. Et oĩs populus venit ad eũ: & sedens docebat eos. Adducũt aũt deprehẽsam in adulterio: & statuerunt eã in medio, & dixerunt ei. Magister, hęc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autẽ Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eũ. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra, Cũ autem perseuerarent interrogãtes eum: erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterũ inclinãs se, scribebat in terra. Audientes autem hęc: vnus post vnũ exibant, incipientes a senioribus. Et remansit Iesus solus, & mulier in medio stans. Erigens autẽ se Iesus, dixit ei Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te cõdemnauit? Quę dixit. Nemo domine. Dixit autem Iesus. Nec ego te cõdemnabo. ca. 8.

Vade, & iam amplius noli peccare. Offertorium. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: vt non dñetur mei omnis iniustitia, dñe. Secreta. psa. 118

Concede, quęsumus omnipotens deus: vt huius sacrificij mun⁹ oblatum, fragilitatem nostrã ab omni malo purget semp, & muniat. Per. Alię sec. vt in dñica pręced. Communio. Nemo te cõdemnauit mulier? nemo domine: nec ego te condẽnabo: iã ãplius noli peccare. Postc. Io. 8.

Quæsumus omnipotens deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori commnicamus, & sanguini. Qui tecum viuit.

Alię Postcom. vt in Dñica pcedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Pretende domine fidelibus tuis dexteram cęlestis auxilij: vt teto corde perquirãt: & quę digne postulant consequi mereantur. Per do.

DOMINICA QVARTA in Quadragesima.

Statio ad sanctam Crucem in Hierusalem. Intr.



Lætare Hierusalẽ, & cõuentũ facite omnes q. diligitis eã: gaude te cum lętitia qui in tristitia fuistis: vt exulteris & satiemini ab vberibus consolationis vestræ. ps. Lætatus sum in his, quę dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Gloria patri. Oremus. Isa. 66. psa. 121

Concede, quæsumns omnipotẽs deus: vt, qui ex merito nostræ actionis affligimur tuę gratię cõsolatione respiremus. Per dominũ. Ad poscenda suffragia sctõrũ. Orõ.

A Cunctis nos, quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa, semperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & oĩbus sanctis, salutẽ nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus, & errorib⁹ vniuersis, eccła tua secura tibi seruiat libertate.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoram⁹ vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosque vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ clementia omnium delictorũ suorũ veniã consequant. Per.

Lctõ epłę btĩ Pauli Apłi ad Galath.



Fratres: Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera, sed qui ca. 4.

de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina, in seruitutē generans: quæ est Agar. (Sina enim mons est in Arabia, qui coniūctus est ei quę nunc est Hierusalem) & seruit cum filiis suis. Illa autē quæ sursum est Hierusalē, libera est: quæ est mater nostra. Scriptum est enim Lętare sterilis, quæ non paris: erūpe & clama, quæ nō parturis: quia multi filij desertæ, magis quam eius quę habet virum. Nos autē fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is qui secundū carnē natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ita & & nūc. Sed quid dicit scriptura. Eijce ancillam, & filium eius. Non enim erit hęres filius ancillę cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillę filij, sed liberæ qua libertate Christus nos liberauit. Graduale.

psa. 121. Lætatus sum in his, quę dicta sunt mihi: ī domū domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Tractus. Qui cōfidunt in domino, sicut mons sion, non cōmouebitur in ęternum, qui habitat in Hierusalem. ℣. Montes in circuitu eius: & dominus ī circuitu populi sui ex hoc nunc & vsque in seculum. psa. 124.

Sequētia sācti euangelij secūdum Ioannē.

ca. 6. In illo tēpore Abijt Iesus trans mare Galileę, quod est Tyberiadis: & sequebatur eum multitudo magna: quia videbāt signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus Iudęorū. Cum subleuasset ergo oculos Iesus. & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum. Vnde ememus panes, vt manducēt hi? Hoc autem dicebat tentans eū. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorū denariorum panes non sufficiunt eis: vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discūbere. Erat autem fęnum multum in loco. Discubuerūt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebāt. Vt autem impleti sunt dixit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & īpleuerūt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis, quę superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cū vidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant. Quia hic est vere propheta, qui venturus est in

mundū. Iesus ergo cum cognouisset quia venturi essent vt raperēt eū, & facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus. Et dicitur. Credo. Offerto. Laudate dominum quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suaue est: omnia quęcunque voluit fecit, in cęlo & in terra. Secre. psa. 138.

Sacrificijs pręsentibus domine, quęsumus, intende placatus: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per dominum. Aliæ Secretę.

Exaudi nos deus salutaris noster, vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in pręsenti, & gloriā in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna fælicitate locandus: tribue quæsumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorū, quos in oratione commendatos suscepimus, & omniū fidelium nomina beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Per dominum nostrum Iesum.

Communio. Hierusalem, quę ędificatur vt ciuitas, cuius patricipatio eius idipsum: illuc enim ascenderūt tribus, tribus domini, ad confitendum nomini tuo domine. Postcommunio.

Da nobis, quęsumus misericors deus: vt sancta tua, quibus incessanter explemur, synceris tractemus obsequijs, & fideli semper mēte sumamus. Per dominum nostrū Iesum Christum. Aliæ Postcom.

Mundet, & muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramēti munus oblatum, & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quęsumus omnipotens, & misericors Deus, sacramenta quę sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis præsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pænam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominum nostrum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctos quatuor Coronatos. Introitus.



Deus ī nomine tuo saluū me fac, & in virtute tua libera me: deus exaudi orationē meā. ps. Auribus percipe verba oris mei. ℣. Gloria pat. Oratio. psa. 53.

Præsta: quæsumus omnipotens deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per do. Aliæ Orationes, vt in Dn̄ica pcedēti.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Venerunt duę mulieres meretrices ad regem Salomonem, steteruntq; corā eo. Quarum vna ait. Obsecro mi dñe, ego & mulier hęc habitabamus in domo vna: & peperi apud eā in cubiculo. Tertia vero die postquam ego peperi, peperit & hęc. Et eramus simul, nullusq; ali[us] in domo nobiscum, exceptis nobis duabus. Mortuus est autē filius mulieris huius nocte. Dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempestę noctis silentio, tulit filium meū de latere meo ancillæ tuę dormientis, & collocauit in sinu suo, suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cumq; surrexissem mane, vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram. Respondítq; altera mulier. Non est ita: sed filius tuus mortuus est, meus autē viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Atque in hunc modū cōtendebant coram rege. Tunc rex ait. Hęc dicit: filius me[us] viuit & filius tuus mortu[us] est: & ista respondet, non, sed filius tuus mortuus est, & filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiū. Cumq; attulissent gladiū coram rege: diuidite inquit infantem viuū in duas partes: & date dimidiam partem vni, & dimidiā patrē alteri. Dixit autē mulier cuius filius erat viuus, ad regem. (Commota sunt quippe viscera eius super filio suo.) Obsecro domine, date illi infantē viuum, & nolite interficere eū. Econtrario illa dicebat. Nec mihi, nec tibi: sed diuidatur. Respondit rex, & ait. Date huic infantē viuum, & nō occidatur: hæc est enim mater eius. Audiuit itaque omnis Israel iudiciū quod iudicasset rex: & timuerunt regem, videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium. Graduale.

psa. 30. Esto mihi in deum protectorem, & in locum refugij: vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui: domine non confūdar ī æternū. Tractus. psa. 103. Dñe nō secūdum peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. psa. 78. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordię tuę: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti euangelij secundū Ioannem.

ca. 2. IN illo tempore. Prope erat pascha Iudæorum, & ascēdit Iesus Hierosolymā. Et inuenit in tēplo vendentes oues & boues & columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eie-

cit de tēplo, oues quoque & boues: numulariorum effudit ęs, & mensas subuerit. Et his qui columbas vēdebant, dixit. Auferte ista hinc: & nolite facere domum patris mei domū negotiationis. Recordati vero sunt discipuli eius, quia scriptum est: zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis, quia hęc facis? Respondit Iesus, & dixit eis. Soluite templū hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudęi. Quadraginta & sex annis ędificatum est templū hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo. Et crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. Cum autē esset Hierosolymis in pascha ī die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes ei[us] signa quę faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis: eo qđ ipse nosset oēs: & quia opus ei non erat, vt quis testimoniū perhiberet de homine. Offertorium.

psa. 99. Iubilate deo omnis terra: seruite domino in lętitia: intrate in cōspectu ei[us] in exultatione: quia dominus ipse est deus. Secreta.

OBlatum tibi domine sacrificiū viuificet nos semper, & muniat. Per dominum nostrum.

Alię Secrete, vt in Dñica pręcedēti.

psa. 18. Ab occultis meis munda me dñe: & ab alienis parce seruo tuo. Postcom.

SVmptis domine salutaribus sacramētis, ad redemptionis æterne, q̄s, proficiamus augmētū. Per.

Alię Postcō. vt in Dñica pręcedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

DEprecationē nostram, quęsumus domine, benignus exaudi: & quibus supplicandi pręstas affectum, tribue defensionis auxiliū. Per dominum nostrum.

FERIA TERTIA

¶Statio ad sanctum Laurentium in Damaso. Introitus.

psa. 54. EXaudi deus orationem meā, & ne despexeris deprecationem meā: intende in me, & exaudi me. ps. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri & filio. Oremus.

SAcrę nobis, quęsumus domine, obseruationis ieiunia: & piæ cōuersationis augmentum, & piæ propitiationis continuum pręstent auxilium. Per dominum nostrum.

Alię Orationes vt in Dñica p̄cedēti.

Lectio libri Exodi.

ca. 32. IN diebus illis. Locutus est domin[us] ad Moysen, dicēs. Descende de mōte: quia

peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti. Recesserunt cito de via, quam ostẽdisti eis: fecerũt que sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atq; immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursumque ait dominus ad Moysen. Cerno quod populus iste, durę ceruicis sit. dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos: faciamq; te in gentẽ magnam. Moyses autem orabat dñm deum suum, dicens. Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum: quẽ eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne, quæso, dicãt Ægyptij: calli de eduxit eos, vt interficeret in montib⁹, & deleret de terra. Quiescat ira tua: & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorũ, quibus iurasti per temetipsum, dicens. Multiplicabo semen vestrũ sicut stellas cæli: & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro: & possidebitis eam semper. Placatusq; est dñs, ne faceret malũ qđ locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo dominus deus noster. Graduale.

psal. 73. Exurge domine, fer opẽ nobis: & libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annũciauerũt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

Sequentia sctĩ euangelij sm̃ Ioannẽ. ca. 7.



IN illo tempore. Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes. Quomodo hic literas scit; cum non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina nõ est mea: sed ei⁹ qui misit me. Siquis voluerit voluntatẽ eius facere: cognoscet de doctrina, vtrũ ex deo sit, an ego à meipso loquar. Qui a semetipso loquit̃, gloriam propriã quærit. Qui autẽ quærit gloriam eius, qui misit illum: hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quęritis interficere? Respondit turba, & dixit. Dæmonium habes: quis te quęrit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis. Vnum opus feci: & omnes miramini, propterea Moyses dedit vobis circuncisionẽ: non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circunciditis hominẽ. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, qui totũ hominem sanũ feci in sabbatho? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis. Nõne hic est, quem quærunt interficere? Ecce, palã loquitur: & nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed

hunc scimus vnde sit: Christus autẽ cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Iesus, & dicens. Et me scitis, & a meipso non veni: sed est verus qui misit me, quẽ vos nescitis. Ego scio eum: & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. De turba autem, multi crediderunt in eum. Offertorium.

psal. 39. Expectans expectaui dominum, & respexit me: & exaudiuit deprecationẽ meam: & immisit in os meum canticum nouũ, hymnũ deo nostro. Secre.

HÆc hostia, quęsumus domine emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per dominum nostrum.

Alię Secretę, vt ĩ Dominica p̃cedẽti.

psal. 19. Communio. Lętabimur in salutari tuo: & in nomine dei nostri magnificabimur. Postcommunio.

HVius nos domine perceptio sacramẽti mundet a crimine: & ad cęlestia regna perducat. Per.

Alię Postcõ. vt in Dñica pręcedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

MIserere domine populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem, propitius respirare cõcede. Per dominum nostrum.

FERIA QVARTA

Statio ad sanctum Paulũ. Introitus. eze. 36.



CVm sãctificat⁹ fuero in vobis, cõgregabo vos d' vniuersis terris: & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & dabo vobis spiritũ nouum. ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. psa. 33.

DEus, qui & iustis pręmia meritorum, & peccatoribus per ieiunium veniam prębes, miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri cõfessio, indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominum.

Lectio Ezechielis prophetę. ca. 36.



HÆc dicit dominus deus. Sanctificabo nomen meũ magnum: vt sciant gẽtes, quia ego dominus. Cum sanctificatus fuero in vobis coram eis, tollam quippe vos de gentibus: & congregabo vos de vniuersis rerris: & adducam vos in terram vestram Et effundam super vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam

cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciã vt ĩ prçceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deũ, dicit dominus omnipotẽs. Gradua. Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eũ, & illuminamini: & facies vestrç non confundentur. Hic dicitur Dominus vobiscũ, sine Flectam⁹ gen. Orem⁹.

psal. 33.

Præsta, quçsumus omnipotens deus: vt, quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoq; deuotio sancta lçtificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cælestia capiamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus Per omnia sçcula.

Lectio Isaiæ prophetæ.

Hæc dicit dominus. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationũ vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Quçrite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã Et venite, & arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis dicit dominus omnipotens. Gradualẽ. Beata gens, cuius dominus est deus eorũ: populus, quem elegit dominus ĩ hçreditatem sibi. ℣. Verbo domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quç fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarum: cito anticipẽt nos misericordiç tuç: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nrĩs ꝓ nomẽ tuũ.

psal. 102

psal. 78

Sequentia sctĩ euangelij sm Ioannẽ.

ca. 9.

In illo tempore. Prçteriẽs Iesus, vidit hominem cçcũ a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius Rabbi, q̃s peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus. Neque hic peccauit, neq; parẽtes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opa eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, q̃n nemo potest operari. Quãdiu in mũdo sum, lux sum mũdi. Hec cum dixisset, expuit in terrã, & fecit lutũ ex sputo: & liniuit lutũ super oculos eius, & dixit ei. Vade laua in natatoria Siloe, qđ interptãt missus. Abijt ergo, & lauit: & venit videns. Itaque vicini, & qui viderant eum prius q̃a mendicus erat, dicebant. Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat?

Alij dicebant: quia hic est. Alij autem, nequaquam, sed similis eius est. Ille vero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & vidi. Dixerunt ergo ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad pharisæos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisçi, quando vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum posuit mihi super oculos, & laui: & video. Dicebãt ergo ex pharisæis quidam. Non est hic homo a deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cçco iterum. Tu, quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: q̃a propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cçcus fuisset & vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes. Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cçcus natus est? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt. Scimus quia hic est filius noster, & quia cçcus natus est, quomodo autem nunc videat nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius, q̃a timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ætatem habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cçcus, & dixerunt ei. Da gloriam Deo. Nos scimus quia hic homo peccator est, Dixit ergo ille. Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cum cçcus essem, modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. Tu discipul⁹ eius sis: nos autem Moysi discipuli sum⁹. Nos scimus, quia Moysi locutus est deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit: & aperuit oculos meos: Scimus autẽ, quia peccatores deus non audit: sed si quis cultor dei est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo nõ est auditum, quia aperuit quis oculos cçci nati. Nisi esset hic a deo, non poterat facere q̃cquã. Responderũt & dixerunt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eũ foras. Audiuit autem Iesus, quia eiecerunt eum foras: & cum inuenis

ſet eum, dixit ei. Tu credis in filium dei? Reſpondit ille, & dixit. Quis eſt domine: vt credam in eum? Dixit ei Ieſus. Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum: ipſe eſt. At ille ait. Credo do mine. Hic genuflectitur. Et ꝓcidẽs adorauit eum. Offertorium.

pſa. 65. Benedicite gentes dñm deum nrm, & obaudite vocem laudis eius qui po ſuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus dñs, qui nõ amouit deprecatio nẽ meã, & miſericordiã ſuã a me. Sec.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt, his ſacrificijs peccata noſtra mundẽtur: quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis ſanitatem. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

A lię Secretę, vt in Dñica pręcedenti.

Io. 9. Communio. Lutum fecit ex ſputo do minus, & liniuit oculos meos: & abij, & laui, & vidi, & credidi deo. Poſtcõ.

SAcramenta, quę ſumpſimus, domine deus noſter, & ſpiritualibus nos repleant alimentis, & corporalibus tueãtur auxilijs. Per dñm.

Alię Poſtcõ. vt iñ Dñica pręcedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

PAteant aures miſericordię tuæ, domine, ꝓcibus ſupplicãtiũ: & vt petentibus deſiderata concedas: fac eos, quæ tibi ſunt placita poſtulare. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum Qui tecum viuit & regnat in vnitate.

FERIA QVINTA

Statio ad ſanctum Syluestrum, & Martinum. Introitus.

pſa. 104



LÆtetur cor quęrẽtium dominũ: quęrite dominũ & cõfirmamini: quęrite faciem eius ſemp. ps. Cõfitemini do mino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri. Oremus.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua caſtigant, ipſa quoq; deuotio ſancta lætificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęleſtia capiamus. Per.

Aliæ orationes vt in Dñica ꝓcedenti.

Lectio libri Regum.

4. re. 4. IN diebus illis: Venit mulier Sunamitis ad Eliſeum in montem Carmeli. Cumq; vidiſſet eam vir dei de contra, ait ad Giezi puerum ſuum. Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occurſum eius, & dic ei. Recte ne agit circa te, & circa virũ tuum, & circa filium tuum: Quę reſpondit, Recte. Cũq; veniſſet ad virũ dei in montẽ, apprehendit pedes eius: & acceſſit Giezi vt amoueret eã. Et ait homo dei. Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt: & dominus cælauit a me, & non indicauit mihi. Quę dixit illi. Nunquid petiui filium a domino meo? Nunquid non dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi. Accinge lumbos tuos: &

& tolle baculum meũ in manu tua: & vade. Si occurrerit tibi homo, nõ ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi: & pones baculum meum ſuper faciẽ pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dominus, & viuit anima tua: non dimittã te. Surrexit ergo, & ſecutus eſt eam, Giezi autem pręceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri: & non erat vox, neque ſenſus. Reuerſuſq; eſt Giezi in occurſum eius: & nunciauit ei, dicens. Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum. Et ecce puer mortuꝰ iacebat in lectulo eius. Ingreſſuſq; clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum: & incubuit ſuper puerum: poſuitque os ſuũ ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſup eum: & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus, deambulauit in domo, ſemel huc atque illuc: & aſcendit, & incubuit ſup eum: & oſcitauit puer ſepties, aperuitque oculos. At ille vocauit Giezi & dixit ei. Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata ingreſſa eſt ad eum. Cui ait. Tolle filium tuum. Venit autem illa, & corruit ad pedes eius: & adorauit ſuper terram. Tulit que filium ſuum, & egreſſa eſt: Eliſeꝰ vero reuerſus eſt in Galgala. Gradu.

pſa. 73. Reſpice domine in teſtamentum tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge domine, & iudica cauſam meam: memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Lucam.

ca. 7. IN illo tempore. Ibat Ieſus in ciuitatem, quę vocatur Naim: & ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matri ſuę: & hęc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cum vidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eã, dixit illi Noli flere Et acceſſit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et ait. Adoleſcẽs, tibi dico: ſurge Et reſedit qui erat mortuus: & cæpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ. Accepit autẽ omnes timor: & magnificabãt deũ, dicẽtes. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus viſitauit plebem ſuam. Offertorium.

pſa. 6. Domine ad adiuuandum me feſtina: confundantur omnes aduerſum me, qui cogitant ſeruis tuis mala. Secreta.

PVrifica nos miſericors deus: vt eccleſię tuę preces quæ tibi grate ſunt, pia munera deferẽtes, fiãt expiatis mentibus gratiores. Per dñm.

Aliæ Secretæ, vt in Dñica ꝓcedenti.

pſa. 60. Communio. Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius: deus docuiſti me a iuuentute mea: & vſque in ſenectã, & ſeniũ. deus ne derelinquas me. Poſtc.

CÆleſtia dona capientibus, quę ſumus domine, non ad iudiciũ prouenire patiaris, quę fidelibꝰ tuis ad

ad remedium prouidisti. Per dñm.
Aliæ Postcom. vt in Dñica pcedenti.
Super populum. Oremus.
Humilate capita vestra deo.
POpuli tui deus institutor, & rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semper tibi placitus, & tuo munimine sit secur⁹. Per.

FERIA QVINTA

Statio ad sanctũ Eusebiũ. Introitus.



Meditatio cordis mei ĩ cõspectu tuo semper: domine adiutor meus, & redẽptor meus. ps. Cæli ennarrant gloriã dei: & opera manuum eius annunciat firmamẽtũ. ℣. Gloria pa. Oremus.

psa. 18.

DEus, qui ineffabilibus mundũ renouas sacramentis: præsta quæsumus: vt ecclesia tua & æternis proficiat institutis, & tẽporalibus nõ destituatur auxilijs. Per dominum.
Aliæ Orationes, vt in Dñica pcedẽti.
Lectio libri Regum.

3. c. 17.



IN dieb⁹ illis: Ægrotauit filius mulieris matrisfamilias: & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi, & tibi vir dei? Ingressus es ad me, vt rememorarẽtur iniquitates meę: & interficeres filiũ meũ? Et ait ad eã Elias. Da mihi filium tuum. Tulitq; eum de sinu illius: & portauit in cęnaculũ, vbi ipse manebat: & posuit super lectulũ suum: & clamauit ad dominũ, & dixit. Domine deus meus, etiamne viduam apud quam ego vtcunque sustentor, aflixisti: vt interficeres filium eius? Et expãdit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus: clamauitque ad dominum, & dixit. Domine deus meus: reuertatur (obsecro) anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autem dominus vocem Elię: & reuersa ast anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum: & deposuit eum de cænaculo in inferiorem domũ: & tradidit matri suę. Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq; mulier a Eliã. Nunc in isto cognoui, quoniam vir dei es tu: & verbum domini, in ore tuo verum est. Graduale.
Bonum est confidere in domino, quã confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus. Tractus Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras tribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ.

psa. 117

psa. 102

psa. 78.

Sequẽtia sancti euãgelij fm Ioannẽ.

ca. 11



IN illo tempore. Erat quidam languens Lazarus a Bethania, de Castello Mariæ & Marthę sororum eius. (Maria autem erat, quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabat.) Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes. Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis. Infirmitas hæc non est ad mortẽ, sed pro gloria dei: vt glorificetur filius Dei per eã. Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc qui dem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dixit discipulis suis. Eamus in Iudęam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi, nũc quærebant te Iudæi lapidare: & iterum vadis illuc? Respondit Iesus. Nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. Hæc ait: Et post hæc dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado, vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem IESVS de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis IESVS manifeste. Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipulos. Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaque IESVS: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habẽtem. (Erat autem Bethania iuxta Hierosolymã quasi stadijs quindecim.) Multi autem ex Iudęis venerunt ad Marthã & Mariam, vt consolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortu⁹. Sed & nũc, scio, qa quęcũq; poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus. Resurget frater tuus: Dicit ei Martha. Scio qa resurget in resurrectione, ĩ nouissimo die. Dicit ei Iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me: non morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; domine: ego credidi quia tu es Christus filius dei viui, qui in hunc mundum venisti. Et cũ hæc dixisset abijt, & vocauit Mariã sororẽ suã silentio, dicẽs Magister adest, & vocat te. Illa autẽ vt audiuit, surrexit cito, & venit ad eũ. Nondum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in loco illo vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & cõsolabantur eam: cum vidissent Mariam quia cito surrexit & exijt, secuti sunt eã dicẽtes. Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo

go cum venisset vbi erat Iesus: vidēs
eum, cecidit ad pedes eius, & dixit
ei, Dñe si fuisses hic, nō esset mortu⁹
frater meus, Iesus ergo vt vidit eam
plorantem, & Iudæos qui venerant
cum ea, plorantes: infremuit spiritu,
& turbauit semetipsū, & dixit. Vbi
posuistis eum? Dicūt ei Domine, ve-
ni & vide. Et lachrymatus est Iesus.
Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomo
do amabat eum. Quidam aūt ex ip-
sis dixerunt. Non poterat hic, qui a-
peruit oculos cæci nati, facere, vt &
hic non moreretur? Iesus ergo rur-
sum fremens in semetipso, venit ad
monumentum. Erat autem spelun-
ca: & lapis superpositus erat ei. Ait
Iesus. Tollite lapidem. Dicit ei Mar-
tha soror eius qui mortuus fuerat.
Dñe, iam fętet: quatriduanus enim
est Dicit ei Iesus. Nonne dixi tibi,
quoniam si credideris videbis glo-
riam dei? Tulerunt ergo lapidem.
Iesus autem eleuatis oculis sursum,
dixit. Pater gratias ago tibi, quoniā
audisti me. Ego autem sciebam qa
semper me audis, sed propter popu-
lum qui circunstat dixi: vt credant
quia tu me misisti. Hæc cum dixis-
set, voce magna clamauit, Lazare,
veni foras Et statim prodijt qui fue-
rat mortuus, ligatus manus & pedes
institis: & facies illius sudario erat li-
gata. Dixit eis Iesus, Soluite eum, &
sinite abire. Multi ergo ex Iudeis qui
venerant ad Mariam & Marthā, &
viderant quæ fecit Iesus: crediderūt
in eum. **Offertorium.**

Populum humilem saluum facies do *(psa. 17.)*
mine: & oculos superborum humilia-
bis: quoniam quis deus præter te do-
mine? **Secreta.**

MVnera nos domine, q̄sumus,
oblata purificent: & te no-
bis iugiter faciant esse placatū. Per.

Alię Sec. vt in Dñica p̄ceden. Cōm.

Videns dominus flentes sorores La- *(io. 11.)*
zari ad monumentum lachrymatus
est coram Iudęis, & exclamauit, Laza
re veni foras, & prodijt ligatis mani-
bus & pedibus, qui fuerat qoatridua-
nus mortuus. **Postcommunio.**

HÆc nos quæsumus domine,
participatio sacramenti: & a
proprijs reatibus indesinenter expe
diat: & ab omnibus tueatur aduer-
sis. Per dominum nostrum.

Aliæ Postcom. vt in Dñica p̄cedenti.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.

DA nobis: quęsumus, omnipo-
tens deus: vt, qui infirmitatis
nostrę conscij de tua virtute confidi
mus sub tua semper pietate gaudea
mus. Per dominum nostrum.

SABBATO

**Statio ad sanctum Nicolaum in car-
cere. Introitus.**



Itientes venite ad *(isa. 55.)*
aquas, dicit domi-
nus, & qui non ha-
betis prætium, ve-
nite, & bibite cum
lætitia. **ps.** Atten-

dite popule meus legem meam: in-
clinate aurem vestram in verba oris
mei. ℣. Gloria patri & filio. **Orō.**

FIat, quæsumus domine, per gra
tiam tuam fructuosus nostrę de
uotionis affectus: quia tunc nobis
p̄derunt suscepta ieiunia, si tuæ sint
placita pietati. Per dominum nr̄m.

Alię Orationes, vt in Dñica p̄cedēti.

Lectio Isaię prophetæ.

HÆc dicit dominus. In tempo- *(ca. 49.)*
re placit o exaudiui te: & ī die
salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui:
& dedi te in fędus populi: vt suscita-
res terram: & possideres hęreditates
dissipatas: vt diceres his qui vincti
sunt, exite: & his qui ī tenebris sunt,
reuelamini. Sup̄ vias pascentur: & in
omnibus planis pascua eorum. Nō
esurient neque sitient: & non per-
cutiet eos ęstus & sol: quia misera-
tor eorum reget eos: & ad fontes a-
quarum portabit eos. Et ponā oēs
mōtes meos in viā: & semitæ meæ
exaltabuntur. Ecce isti de longe ve-
nient: & ecce illi ab aquilone & ma-
ri: & isti de terra australi, Laudate cæ
li, & exulta terra, iubilate mōtes lau-
dem: quia consolatus est dominus
populum suum, & pauperum suo-
rum miserebitur. Et dixit Sion. De-
reliquit me dominus: & dominus
oblitus est mei. Nunquid obliuisci
potest mulier infantem suū, vt non
misereat̄ filio vteri sui? Et si illa obli-
ta fuerit: ego tamen non obliuiscar
tui dicit dominus omnipotens.

Graduale. Tibi domine derelictus est
pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣.
Vt quid domine recessisti longe, dē- *(psa. 9.)*
spicis in opportunitatibus in tribula-
tione? dum superbit impius, incendi-
tur pauper.

**Sequentia sancti euangelij secundū
Ioannem.**

IN illo tempore: Dicebat *(ca. 8.)*
Iesus turbis Iudęorū. Ego
sum lux mundi. Qui sequi
tur me, nō ambulat in tenebris: sed
habebit lumē vitę. Dixerunt ergo ei
Pharisęi. Tu de te ipso testimonium
perhibes: testimonium tuum nō est
verum. Respondit Iesus, & dixit eis.
Et si ego testimonium perhibeo de
meipso, verum est testimoniū meū:
qa scio vnde veni, & quo vado. Vos
autem nescitis vnde venio, aut quo
vado. Vos secundum carnem iudica
tis: ego non iudico quenquam. Et si
ego iudico, iudicium meum verum
est: quia solus non sum, sed ego &
qui misit me, pater. Et in lege vestra
scriptum est: quia duorum hominū
testimonium verum est. Ego sum, q
testimonium perhibeo de meipso:
& testimonium perhibet de me, qui
misit me pater. Dicebāt ergo ei. Vbi
est pater tuus? Respōdit Iesus. Neq;
me scitis: neque patrem meū. Si me
sciretis. forsitan & patrem meum
sciretis: Hęc verba locutus est Ie-
sus in Gazophylacio, docens in tem
plo. Et nemo apprehendit eum: qa
nondum venerat hora eius.

psa. 17 Offer. Factus est dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus: sperabo in eum. Secreta.

OBlationibus nostris, quæsum⁹ dñe, placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per dominum.

Aliç Secretæ, vt in Dominica pced.

psa. 22. Commu. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me. Postcommunio.

TVa nos, quæsumus domine, sancta purificent: & operationis suæ remedio, tibi faciant esse placatos. Per dominum nostrum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra deo.

DEus, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quã irasci: da nobis digne flere mala quę fecimus: vt tuę cõsolationis gratiam inuenire mereamur. Per dominum.

DOMINICA de Passione.

Statio ad S. Petrum. Introitus.



psa. 42. IVdica me deus, & discerne causam meã de gẽte nõ sancta: ab hoĩe iniquo & doloso, eripe me: quia tu es deus meus, & fortitudo mea. ps. ps Emitte lucẽ tuã & veritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt, & adduxerũt in mõtẽ sãctũ tuũ, & in tabernacula tua. Iudica. Non dicit Gloria p. ad introitũ vsq; ad pascha, nisi ĩ missa de festo si occurrerit: sed finito psalmo, absolute repetitur introitus vsque ad psalmum. Oratio.

QVęsumus omnipotens deus, familiam tuã propitius respice vt te largiẽte regatur in corpore: & te seruãte custodiat in mẽte. Per.

Ab hac die vsq; ad feriam v. cœnę domini post orationem diei dicitur: vel Cõtra persecutores ecclesiæ. Oratio.

ECclesię tuę, quæsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum.

Vel pro papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector: famulũ tuũ. N. quẽ pastorẽ ecclesię tuę pręesse voluisti, ꝓpitius respice: da ei, quęsumus verbo & exẽplo quibus præest, proficere, vt ad vitam vna cũ grege sibi creditoperueniat sempiternam. Per d.

Tertia oratio non dicitur.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

ca. 9. FRatres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum, peramplius & perfectius rabernaculum nõ manufactũ, idest non huius creationis: neque p sanguinem hircorum aut vitulorũ: sed per propriũ sanguinem introiuit

semel in Sancta, ęterna redemptione inuẽta. Si eum sanguis hircorum & taurorũ, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatũ deo, emundabit cõscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendũ deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedente, in redemptionem earum pręuaricationum quę erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. In Christo Iesu domino nostro. Grad.

psa. 142 Eripe me domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. ℣.

psa. 17. Liberator meus Domine de gentibust iracundis: & ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

psa. 128 Tractus. Sępe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Israel, sępe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. ℣. Prolõgauerunt iniqtates suas: dñs iust⁹ cõcidet ceruices peccatorũ.

Sequentia sancti euangelij secundũ Ioannem.

ca. 8. IN illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare non creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis: qa ex deo non estis. Responderunt igitur Iudęi, & dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia Samaritan⁹ es tu, & dęmonium habes? Respondit Iesus. Ego dęmonium non habeo: sed honorifico patrem meũ, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis: siquis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudęi. Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & prophetæ: & tu dicis: siquis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophetę mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia deus vester est: & non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonẽ eius seruo. Abrahã pater vester exultauit vt videret diẽ meum: vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudęi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus. Amen amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Ie-

ſus autem abſcondit ſe: & exiuit de templo. dicitur Credo.

& præfatio de Cruce, quæ dicitur quotidie vſque ad feriam v. in cœna Domini incluſiue. Offertorium.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: retribue ſeruo tuo, vt viuam, & cuſtodiam ſermones tuos: viuifica me ſecundum verbũ tuum dñe. Secr.

HÆc munera, queſumus domine, & vincula noſtra prauitatis abſoluant: & tuę nobis miſericordiæ dona concilient. Per domin.

Altera Sec. vel cõtra pſecuto. eccl'iæ.

PRotege nos domine tuis myſterijs ſeruientes, vt diuinis rebus inhærentes: & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum.

Vel pro Papa.

OBlatis, quęſumus domine, placare muneribus: & famulum tuum. N. quem paſtorem eccleſiæ tuę prȩeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum.

Communio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur, hic calix noui teſtamẽti eſt in meo ſanguine, dicit dominus hoc facite, quotieſcunq; ſumitis, in meam commemorationẽ. Poſtcom.

ADeſto nobis domine deus noſter: & quos tuis myſterijs recreaſti, perpetuis defende ſubſidijs. Per dominum noſtrum.

Altera Oratio, vel Contra Perſecutores eccleſię.

QVæſumus domine deus noſter: vt, quos diuina, tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dñm.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quẽ paſtorẽ Eccleſię tuæ p̃eſſe voluiſti: vna cum cõmiſſo ſibi grege ſaluet ſemper, & muniat. Per dominum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad ſanctum Chryſogonum, Introitus.



Iſerere mihi domine, quoniam conculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. ps. Cõculcauerũt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me. Miſerere mihi domine. Oremus.

SAnctifica, quęſumus domine, noſtra ieiunia: & cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum Per dominum noſtrum.

poſtea Eccleſię. vel Deus omnium. vt ſupra in Dominica Paſſionis.

Lectio Ionæ prophetæ.



N diebus illis. Factum eſt verbũ dñi ad Ionam prophetã ſecũdo, dicens. Surge, & vade in Niniue ciuitatem magnã: & p̃dica in ea p̃dicationẽ quã ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniue iuxta verbum domini, & Niniue erat ciuitas magna

itinere diei vnius: & clamauit, & dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in dominum: & prædicauerunt ieiunium: & veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue. Et ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit veſtimentum ſuum a ſe: & indutus eſt ſacco: & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens. Homines, & iumẽta, & boues & pecora non guſtent quicquam: nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumẽta: & clament ad dominum in fortitudine. Et conuertatur vir a via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi conuertat, & ignoſcat deus: & reuertatur a furore iræ ſuæ, & nõ peribimus? Et vidit deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt populo ſuo dñs deus noſter. Grad.

pſa. 53.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo ſaluũ me fac: & in virtute tua libera me. Tractus. Domine, non ſecundũ peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutarer noſter: & propter gloriam nominis tui domine libera nos & propitiꝰ eſto peccatis noſtris p̄p nomẽ tuũ.

pſa. 102

pſa. 78.

Sequẽtia ſancti euãgelij ſm̃ Ioannẽ.

ca. 7.



IN illo tẽpore. Miſerunt principes & phariſæi miniſtros vt apprehenderent Ieſum, Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicũ tempus vobiſcum ſum: & vado ad eum qui miſit me. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ſum ego, vos non poteſtis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quem dixit: quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire? In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus: & clamabat, dicens: Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ. Hoc autẽ dixit de ſpiritu, quẽ accepturi erant credentes in eũ. Offerto.

Domine conuertere, & eripe animã meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Secreta.

pſa. 6.

COncede nobis dñe deꝰ noſter, vt hæc hoſtia ſaluraris, & noſtrorũ fiat purgatio delictorũ: & tuæ propitiatio maieſtatis. Per dominũ.

vel Protege. vel Oblatis. Communio Dñs virtutũ ipſe ẽ rex gloriæ. Poſtcõ.

SAcramenti tui, quæſumus domine, participatio ſalutaris, & purificationem nobis tribuat, & mede-

lam. Per dominum. vel Quæsumus domine. vel Hęc nos, quęsumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

DA, quæsumus domine, populo tuo salutem mentis, & corporis: vt bonis operibus inhærendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per dominum.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctum Cyriacum. Intro.

psa. 26.



Expecta dñm, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine dñm. ps. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Expecta dominum. Oremus.

NOstra tibi, quæsumus domine, sint accepta ieiunia: q̃ nos & expiando, gratia tua dignos efficiant: & ad remedia perducant æterna. p. vel Ecclesiæ tuæ. vel Deus oĩum.

Lectio Danielis prophetæ.

ca. 14.



IN diebus illis. Congregati sunt Babylonij ad regẽ, & dixerunt ei. Trade nobis Danielem, qui Bel destruxit, & draconẽ interfecit: alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: & necessitate cõpulsus tradidit eis Danielẽ. Qui miserunt eũ in lacũ leonũ: & erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem, & dabant eis quotidie duo corpora, & duę oues: & tunc nõ data sunt eis, vt deuorarent Danielẽ. Erat autẽ Habacuc ꝑpheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmẽtũ, & itriuerat panes in alueolo: & ibat in campũ, vt ferret messoribus. Dixitq; angelus dñi ad Habacuc. Fer prandiũ quod habes, Danieli in Babylonẽ, qui est ĩ lacu leonũ. Et dixit Habacuc. Dñe, Babylonẽ nõ vidi: & lacũ nescio. Et apprehendit eũ angelus domini in vertice eius, & portauit eũ capillo capitis sui: posuitq; eum in Babylonẽ super lacũ in ĩpetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicẽs. Daniel serue dei, tolle prandiũ quod misit tibi deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei dñe deus meus: & non dereliquisti diligẽtes te. Surgensq; Daniel comedit. Porro angelus dñi restituit Habacuc confestim in locum suum. Venit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielẽ: & venit ad locũ, & introspexit Et ecce Daniel sedens in medio leonũ. Et exclamauit rex voce magna, dicens. Magnus es dñe deus Danielis. Et extraxit eũ de lacu. Illos autẽ q̃ perditionis ei⁹ causa fuerãt, intromisit in lacũ: & deuorati sunt in momento corã eo. Tunc rex ait Paueãt oẽs habitantes in vniuersa terra deũ Danielis: quia ipse est saluator, faciẽs signa & mirabilia in cęlo & in terra: qui liberauit Danielẽ de lacu leonũ.

Graduale. psa. 42. Discerne causam meam domine: ab homine iniquo & doloso eripe me. ℣. Emitte lucẽ tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuũ.

Sequẽtia sancti euãgelij sm Ioannẽ.

ca. 7.



IN illo tempore. Ambulabat Iesus in Galilęã. Non enim volebat in Iudæam ambulare: q̃a quærebãt eũ Iudæi interficere. Erat autẽ ĩ ꝓximo dies fest⁹ Iudæorũ, scenophegia. Dixerũt autẽ ad eũ fratres eius. Transi hinc, & vade in Iudæam: vt & discipuli tui videãt opera tua quę facis. Nemo q̃ppe in occulto quicquã facit, & quærit ipse in palã esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eũ. Dixit ergo eis Iesus. Tẽpus meũ nõdũ aduenit: tẽpus autẽ vestrũ semp est paratum. Non potest mundus odisse vos. Me autẽ odit: quia ego testimoniũ perhibeo de illo quia opera ei⁹ mala sũt. Vos ascendite ad diem festũ hunc. Ego autẽ nõ ascendã ad diẽ festum istum: quia tempus meũ nondũ impletũ est. Hæc cũ dixisset, ipse mãsit in Galilæa. Vt autẽ ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diẽ festũ, non manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eũ in die festo, & dicebant. Vbi est ille? Et murmur multum erat de eo in turba. Quidã enim dicebant, quia bonus est. Alij autem dicebant, nõ: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudęorum.

Offertorium. psa. 9. Sperent in te omnes qui nouerũt nomen tuum dñe: quoniã non derelinquis quærentes te: psallite domino q̃ habitat in Sion: quoniam nõ est oblitus orationes pauperum. Secreta.

HOstias tibi dñe deferimus immolandas, quæ temporalẽ cõsolationẽ significẽt: vt promissa nõ desperemus ęterna. Per dominum. vel Protege nos. vel Oblatis. Com. psa. 24. Redime me, deus Israel, ex omnibus angustijs meis. Postcommunio.

DA, quæsumus omnipotens deus: vt, quæ diuina sunt iugiter exequentes, donis mereamur cælestibus propinquare. Per dominum. vel Quæsum⁹ dñe. vel Hęc nos q̃s. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

DA nobis, quęsumus domine, perseuerantem in tua voluntate famulatum: vt, in diebus nostris, & merito & numero, populus tibi seruiens augeatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctum Marcellũ. Intro.

psa. 17.



Liberator meus de gentibus iracũdis: ab insurgentib⁹ in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me domine. ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, &

refugium meum, & liberator meus. Liberator meus. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio, deus, tuorũ corda fidelium miserator illustra: & quib⁹ deuotionis pręstas affectũ, prębe supplicantibus pium benignus auditum. Per dominum. vel Ecclesiæ tuæ. vel Deus omniũ.

Lectio libri Leuitici.

ca. 19.

IN diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen dicẽs. Loquere ad vniuersũ cætum filiorum Israel, & dices ad eos. Ego dominus deus vester. Non facietis furtũ. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisq; proximũ suum. Nõ periurabis in nomine meo, nec pollues nomẽ dei tui, Ego domin⁹. Non facies calumniã proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Nõ maledices surdo: nec coram cęco pones offendiculum: sed timebis dominum deum tuũ, quia ego sum dñs. Non facies quod iniquũ est: nec iniuste iudicabis. Nõ cõsideres personam pauperis: nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec susurro in populis. Nõ stabis cõtra sanguinẽ proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrẽ tuum in corde tuo: sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatũ. Non quæras vltionem: nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum, sicut teipsum. Ego dominus: Leges meas custodite. Ego enim sum dominus deus vester. Graduale.

psa. 29.

Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Domine deus clamaui ad te, & sanasti me domine abstraxisti ab inferis animã meã, saluasti me a descendentibus in lacũ. Tractus.

psa. 102

Domine, nõ secundũ peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos misericordię tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propiti⁹ esto peccatis nr̃is ꝓpter nomẽ tuum.

psa. 78.

Sequẽtia sancti euãgelij sm Ioannẽ.

ca. 10.

IN illo tempore. Facta sunt Encęnia in Hierosolymis: & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tẽplo, ĩ porticu Salomonis. Circũdederũt ergo eũ Iudęi, & dicebant ei. Quousq; animã nostrã tollis? Si tu es Christus, dic nobis palã. Respondit eis Iesus. Loquor vobis: & nõ creditis. Opera quę ego facio in nomine patris mei, hęc testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam ęternam do eis: & non peribunt in ęternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi,

hi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudęi: vt lapidarẽt eũ. Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudęi. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. Respondit eis Iesus. Nonne scriptum est in lege vestra: ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas: quia dixi, fili⁹ dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operib⁹ credite: vt cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre. Offerto. Eripe me de inimicis meis deus meus: & ab insurgentibus in me libera me domine. Secreta.

psa. 58.

ANnue nobis misericors deus: vt hostias placatiõis & laudis, syncero tibi deferamus obsequio, Per dominum nostrum. vel Protege nos. vel Oblatis. Cõm.

psa. 25.

Lauabo inter innocentes manus meas, & circũdabo altare tuum domine: vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrẽ vniuersa mirabilia tua. Postcom.

CÆlestis doni benedictione ꝑcepta: supplices te deus omnipotẽs deprecamur: vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit, & salutis. Per dominum. vel Quæsumus domine. vel Hęc nos quęsumus.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra deo.

ADesto supplicationibus nr̃is omnipotens deus: & quibus fiduciam sperãdę pietatis indulges, consuetæ misericordię tribue benignus effectum. Per dominum.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctũ Apollinarẽ. Intro.

ca. 3.

OMnia q̃ fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauim⁹ tibi, & mãdatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem misericordię tuæ. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Omnia quæ fecisti. Oremus.

psa. 118.

PRæsta quæsumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humanę per immoderãtiam sauciata, medicinalis parsimonię studio reformetur. Per dominum nostrum. vel Ecclesię tuę. vel Deus omniũ.

Lectio Danielis prophetę.

c. 3.

IN diebus illis: Orauit Daniel dominum dicens, Domine deus noster, ne quęsumus, tradas nos in perpetuũ propter nomen tuũ: & ne dissipes testamentum tuum: neque auferas mi-

sericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuũ, & Isaac seruum tuũ, & Israel sanctum tuũ: quibus locutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenã quę est in littore maris. Quia dñe ĩminuti sumus plus quam omnes gentes: sumusq; humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux neque holocaustũ, neque sacrificiũ, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguiũ: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentib⁹ in te. Et nunc sequimur te ĩ toto corde: & timemus te: & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinẽ tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Et erue nos ĩ mirabilibus tuis: & da gloriam nomini tuo domine. Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala: confundantur in oĩpotentia tua: & robur eorum conteratur. Et sciant, q̃a tu es dñs deus solus, & gloriosus super omnem terrã, dñe deus noster. Graduale. Tollite hostias, & introite in atria eius, adorate dominum in aula sancta eius. Reuelabit dñs cõdẽsa: & in tẽplo eius omnes dicent gloriã. (psa. 95. psa. 8.)

Sequẽtia sancti euãgelij s̃m Lucam.

IN illo tempore: Rogabat Iesum quidã pharisęus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domũ pharisei, discubuit. Et ecce mulier quę erat ĩ ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes ei⁹, lachrymis cępit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: & osculabat pedes ei⁹: & vnguẽto vngebat. Videns autẽ pharisæus q̃ vocauerat eum, ait intra se: dicens. Hic si esset ꝓpheta sciret vtiq; quæ & qualis esset mulier quæ tangit eũ: q̃a peccatrix est. Et respondẽs Iesus, dixit ad illũ. Simon, habeo tibi aliq̃d dicere. At ille ait Magister, dic. Duo debitores erãt cuidã fœneratori: vn⁹ debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentib⁹ illis vnde redderent, donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simõ dixit. Æstimo, quia is cui pl⁹ donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cõuersus ad mulierẽ, dixit Simoni. Vides hãc mulierẽ? Intraui in domũ tuã, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi nõ dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hęc autem vn- (ca. 7.)

guento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Cui autem minus dimittit, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierẽ. Fides tua saluã fecit: vade ĩ pace. Offertorium. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus: dum recordaremur tui Sion. (psa. 136.) Secreta.

DOmine deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostrę subsidium condidisti, tuo quoq; nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue quæsumus: vt & vitæ nobis pręsentis auxilium, & ęternitatis efficiant sacramentũ. Per dominum nostrum. Protege. vel Oblatis. Communio. Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hæc me cõsolata est in humiliate mea. (psa. 118) Postc.

QVod ore sumpsimus domine pura mente capiamus: & de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternum. Per dominum. Quęsumus dñe. vel Hæc nos qs. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

ESto, quęsumus domine, propitius plebi tuę: vt, quæ tibi non placent respuentes, tuorum repleantur delectationibus mandatorum. Per dominum nostrum Iesum Chr.

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctum Stephanum in Cęlio monte. Introitus.



MIserere mei domine, quoniam tribulor, libera me, & eripe me de manib⁹ inimicorum meorum: & a persequẽtibus me domine non cõfundar, quoniã inuocaui te. ps. In te domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. Miserere mei domine. (psa. 30.) Oremus.

COrdibus nostris, quæsumus domine, gratiam tuam benignus infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam supplicijs deputemur æternis. Per. Ecclesię tuæ. vel Deus omnium.

Lectio Hieremiæ prophetę.

IN dieb⁹ illis: dixit Hieremias, Domine, omnes q̃ te derelinquũt, cõfundentur: recedentes a te, in terra scribẽtur, quoniam dereliquerũt venam aquarum viuentium dominũ. Sana me domine, & sanabor: saluũ me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est verbũ domini? Veniat. Et ego non sum turbatus, te pastorẽ sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, & rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. (ca. 17.)

Confundantur qui me perſequuntur,& non confundar ego : paueant illi,& non paueam ego.Induc ſuper eos diem afflictionis: & duplici contritione cõtere eos, dñe deꝰ noſter. **Graduale.** Pacifice loquebantur mihi inimici mei:& in ira moleſti erant mihi. ℣. Vidiſti domine,ne ſileas : ne diſcedas a me: **Tractus.**

psa. 34.

Domine,non ſecundum peccata noſtra,quæ fecimus nos:neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine,ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum:cito anticipẽt nos miſericordiæ tuæ : quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter:& propter gloriam nominis tui domine libera nos:& propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

102.

Sequẽtia ſancti euãgelij ſm Ioannẽ.

ca. 11.

IN illo tempore. Collegerunt pontifices, & phariſæi concilium aduerſus Ieſum:& dicebãt.Quid facimus:quia hic homo multa ſigna facit?Si dimittimus eum ſic:omnes credent in eũ. Et venient Romani, & tollẽt noſtrũ locum,& gentem.Vnus autem ex ipſis.Caiphas nomine,cum eſſet pontifex anni illius,dixit eis. Vos neſcitis quicquam nec cogitatis,quia expedit vobis, vt vnꝰ moriatur homo pro populo:& non tota gẽs pereat. Hoc autẽ a ſemetipſo nõ dixit: ſed cum eſſet põtifex anni illius prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente:& non tantum pro gente, ſed vt filios dei qui erant diſperſi,cõgregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt,vt interficerent eum. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos: ſed abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem:& ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. **Offertoriũ.**

psa. 118.

Benedictus es domine,doce me iuſtificationes tuas : & non tradas calumniantibus me ſuperbis:& reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. **Secre.**

PRæſta nobis miſericors deus: vt digne tuis ſeruire ſemper altaribus mereamur : & eorum perpetua participatione ſaluari. Per dominũ. Protege. vel Oblatis. **Cõío.** Ne tradideris me domine in animas perſequentium me: quoniam inſurrexerũt in me teſtes iniqui : & mentita eſt iniquitas ſibi. **Poſtcommunio.**

psa. 26.

SVmpti ſacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: & noxia ſemper a nobis cuncta depellat·Per dominum noſtrum. Quęſumus domine. vel Hęc nos. **Super populum.** Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

COncede, quęſumus omnipotens deus : vt, qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus,ſecura,tibi mente ſeruiamus. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus.Per omnia.

SABBATO.

Statio ad ſanctum Ioannem ante portam Latinam Introitus.

psa. 30.

MIſerere mihi Dñe : qm̃ tribulor : libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorũ, & a perſequentibus me: Domine non confundar , quoniam inuocaui te. Ps. In te dñe ſperaui, non confundar in æternum : in iuſtitia tua libera me. Miſerere. Oremus.

PRoficiat quęſumꝰ domine plebs tibi dicata piæ deuotionis affectu:vt, ſacris actionibus erudita, quanto maieſtati tuę ſit gratior,tanto donis potioribus augeatur. Per. Eccleſiæ tuę. vel Deus omnium.

Lectio Hieremiæ prophetæ.

ca. 18.

IN diebꝰ illis. Dixerũt ĩpij Iudęi adinuicem. Venite, cogitemus contra iuſtũ cogitationes. Non enim peribit lex a ſacerdote,neq; cõſiliũ a ſapiẽte,nec ſermo a propheta.Venite, & percutiamus eum lingua:& non attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attende domine ad me : & audi vocẽ aduerſariorũ meorũ. Nunqd reddit̃ ꝓ bono malũ, qa foderunt foueam aĩę meæ: Recordare, qd̓ ſteterim in cõſpectu tuo, vt loquerer ꝓ eis bonũ : & auerterẽ indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorũ in famẽ & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorũ: abſq; liberis, & viduę: & viri earũ interficiant̃ morte,iuuenes eorũ cõfodiant̃ gladio in pręlio. Audiatur clamor de domibus eorũ: adduces enim ſup eos latronẽ repẽte : qa foderũt foueã vt caperẽt me, & laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autẽ dñe ſcis omne conſiliũ eorũ aduerſum me in mortẽ. Ne ꝓpitieris iniquitati eorũ: & peccatũ eorũ a facie tua nõ deleat̃. Fiant corruentes in cõſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis, dñe deus nr̃. **Graduale.** Pacifice loquebantur mihi inimici mei : & in ira moleſti erant mihi. ℣. Vidiſti domine:ne ſileas : ne diſcedas a me.

psa. 34.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Ioannem.

ca. 11.

IN illo tempore. Cogitauerunt principes ſacerdotũ, vt et Lazarũ interficerent: quia multi ꝓpter illũ abibant ex Iudæis,& credebant in Ieſum In craſtinum autẽ turba multa quæ venerat ad diem feſtum, cum audiſſent quia venit Ieſus Hieroſolymam: acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei,& clamabãt: Hoſanna,benedictus qui venit in nomine domini rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum,& ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt.Noli timere filia Sion : ecce rex tuus venit ſedens ſup pullum aſinæ.Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primum:ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſũt quia hæc ſcripta erant de eo, & hæc

fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quã do Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiã venit ei turba: quia audierunt eũ fecisse hoc signũ. Phari sæi ergo dixerũt ad semetipsos. Videtis, quia nihil ꝓficimus? Ecce mũdus totus post ipsum abit. Erant autem quidã gentiles ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, q̃ erat a Bethsaida Galileæ: & rogabãt eũ dicentes. Dñe, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens. Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granũ frumenti cadens ĩ terrã, mortuũ fuerit ipsum solũ manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructũ affert. Qui amat animã suam, perdet eã. Et q̃ odit animam suam in hoc mundo, in vitã æternã custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicã? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed ꝓpterea veni in horã hãc. Pater, clarifica nomen tuũ. Venit ergo vox de cælo, dicens. Et clarificaui: & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse. Alij dicebãt: angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit. Non propter me venit hæc vox, sed propter vos. Nunc iudiciũ est mundi: nunc princeps huius mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. (Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternũ: & quo domo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicũ, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt nõ tenebræ vos cõprehẽdant & q̃ ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dũ lucẽ habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abijt, & abscondit se ab eis.

Offerto. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: & non tradas calumniantibus me superbis: & respõdebo exprobrãtibus mihi verbũ. *psa. 110* Secr.

Acũctis nos, quæsumus domine, reatibus, & periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per dominũ. vel Protege nos. vel Oblatis. Com. *psa. 26.*

Ne tradideris me domine in animas persequentium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, q̃s dñe deus noster: vt huius semp participatione viuamus. Per. Quæsumus domine. vel Hæc nos.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.

TVeat̃, q̃s dñe, dextera tua populũ deprecantẽ, & purificatũ dignanter erudiat: vt cõsolatione p̃senti, ad futura bona proficiat. Per.

In die palmarum completa Tertia & facta aspersione aquæ, more solito: Sacerdos procedit indutus pluuiali violaceo cum ministris indutis eiusdẽ coloris: & ramis in medio ante altare, vel ad cornu Epistolæ positis: a choro cantatur antiphona. Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. O rex Israel: Hosanna in excelsis, Deinde Sacerdos in altari ad cornu eEpistolæ dicit, Dominus vobiscum. non vertens se ad populũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.
In tono orõnis Missæ ferialis. Orõ.



DEus quẽ diligere, & amare, iustitia est: ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica: & qui fecisti nos in morte filij tui sperare quę credimus: fac nos eodem resurgente peruenire quo tendimus. Qui tecũ viuit & regnat. Postea Subdiaconus in loco solito cãtat sequẽtẽ lctõnẽ ĩ tono Ep̃le, & ĩ fine osculat̃ manũ Sacerdotis

Lectio libri Exodi.

ca. 15. IN diebus illis: Venerunt filij Israel in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sũt iuxta aquas Profectique sunt de Elim: & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & sinai: quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filij Israel. Vtinam mortui essemus per manum dñi in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carniũ, & comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnẽ multitudinẽ fame? Dixit autem dominus ad Moysen. Ecce, ego pluam vobis panem de cælo. Egrediatur populus, & colligat quę sufficiunt p singulos dies vt tentẽ eum, vtrũ ambulet ĩ lege mea, an nõ. Die autem sexto parẽt quod inferant: & sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntq; Moyses & Aarõ ad omnes filios Israel. Vespere scietis quod dominus eduxerit vos de terra Ægypti: & mane videbitis gloriam eius.
Deinde cantatur pro graduali. ℣.
Collegerunt põtifices & pharisæi cõciliũ, & dixerunt: quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollẽt nostrum locum & gentem. ℣. Vnus autem

ex illis Caiphas nomine, cū eſſet pōtifex anni illius, prophetauit, dicens. Expedit vobis, vt vnus moriatur homo ꝓ populo, & nō tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eū, dicētes. Et veniét. Vel aliud ℟. In monte olíueti orauit ad patrē: (ma. 26.) pater ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. Spiritus quidē prōptus eſt: caro autē infirma: fiat voluntas tua. ℣. Vigilate, & orate, vt nō intretis in tentationem. Spiritus quidem prōptus eſt, caro autē infirma: fiat voluntas tua.

Interim dum cantatur ℟. Diaconus ponit Librum Euangeliorum in altari, Sacerdos miniſtrante Diacono nauiculam, ponit incenſum in thuribulo. Deinde Diaconus dicit, Munda cor meum. accipit librum de altari, petit benedictionem a Sacerdote: poſtea Subdiacono librum tenente, medius inter Cæroferarios tenentes candelabra accenſa, ſignat librum, incenſat & cātat Euangelium vt infra more conſueto: quo finito, Subdiaconus defert librum oſculandum Sacerdoti, qui & incenſatur a Diacono.

Sequentia ſancti euangelij ſecundū Matthęum.

(ca. 21.) IN illo tempore. Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montē olíueti tunc miſit duos diſcipulos ſuos, dicens eis. Ite in caſtellū q̄d' cōtra vos eſt: & ſtatim inuenietis aſinā alligatā, & pullū cū ea. Soluite, & adducite mihi. Et ſiq̄s vobis aliquid dixerit: dicite, q̄a dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. Hoc autē totū factū eſt: vt adimpleretur quod dictū eſt per ꝓphetā, dicentē. Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſup aſinā, & pullū, filium ſubiugalis. Euntes autē diſcipuli, fecerunt ſicut pręceperat illis Ieſus. Et adduxerunt aſinā & pullū: & impoſuerūt ſup eos veſtimēta ſua, & eū deſuper ſedere fecerūt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autē cædebant ramos de arborib^9^, & ſternebant in via. Turbæ autē quę pręcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, dicentes. Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Poſt hæc benedicuntur rami: & tunc dicit Sacerdos.

Dominus vobiſcum ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

AVge fidem in te ſperantium deus, & ſupplicum preces clementer exaudi: veniat ſuper nos multiplex miſericordia tua: bene✠dicantur & hi palmites palmarum ſeu oliuarum: & ſicut in figura eccleſiæ multiplicaſti Noe egredientem de arca, & Moyſen exeuntē de Ægypto cum filijs Iſrael: ita nos portantes palmas & ramos oliuarum, bonis, actibus occurramus obuiam Chriſto: & per ipſum in gaudium introeamus ęternum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo noſtro.

℟. Dignum & iuſtum eſt. Vere dignum & iuſtum eſt, ęquum & ſalutare nos tibi ſemper & vbique gratias agere dn̄e ſancte pater oı̄potens æterne deus. Qui glorificaris in conſilio ſanctorum tuorum. Tibi enim ſeruiunt creaturæ tuę, quia te ſolū auctorem & deū cognoſcūt, & omnis factura tua te collaudat & benedicunt te ſancti tui.



Quia illud magnum vnigeniti tui nomen coram regibus, & pote-



ſtatibus huius ſęculi libera voce confitentur. Cui aſſiſtunt Ange-



li, & archangeli, throni & domi nationes:cunque omni militia cæ

Cantatur Sanctus a choro, vt ſequitur.



ſtis exercit⁹ hymnũ gloriæ tuę cõcinũt ſine fine dicẽtes.



S an ctus, San ctus, San ctus do mi nus deus ſa ba oth.



Pleni ſunt cę li & ter ra glo ri a tu a Oſan na in



ex cel ſis. Be ne di ctus qui ve nit in no mi ne do-



mi ni Oſan na in ex cel ſis.

Sequitur. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

PEtimus, dñe ſancte pater omnipotens ęterne deus: vt hãc creaturam oliuæ, quam ex ligni materia prodire iuſsiſti, quãque columba rediens ad arcã proprio pertulit ore: bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris: vt quicunq; ex ea receperint, accipiant ſibi protectionẽ animæ & corporis: fiatq;, dñe, noſtræ ſalutis remedium, tuæ gratiæ ſacramẽtum. Per dominũ. ℟. Amen. Ore.

DEus, qui diſperſa congregas, & congregata conſeruas: qui populis obuiam Ieſu ramos portantibus benedixiſti: bene ✠ dic etiam & hos ramos palmæ & oliuæ, quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter ſuſcipiũt: vt in quemcunq; locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius conſequantur: & omni aduerſitate effugata, dextera tua protegat quos redemit Ieſus Chriſtus filius tu⁹ dominus noſter. Qui tecũ. Oremus.

DEus, qui miro diſpoſitionis ordine, ex rebus etiã inſenſibilibus diſpenſationem noſtræ ſalutis oſtendere voluiſti: da quæſumus: vt deuota tuorum turba fidelium, ſalubriter intelligat, quicquid myſtice deſignatur in facto, quæ hodie cęleſti lumine afflata, redemptori obuiã procedens, palmarum atque oliuarum ramos veſtigijs eius ſubſtrauit. Palmarũ igitur rami de mortis principe triumphos expectant: ſurculi vero oliuarum, ſpiritalem vnctionem adueniſſe quodammodo clamant. Intellexit enim iam tunc illa hominum beata multitudo præfigurari: quia redemptor noſter humanis condolẽs miſerijs, pro totius mundi vita cum mortis principe eſſer pugnaturus, ac moriendo triumphaturus. Et ideo talia obſequẽs adminiſtrauit, quę in illo & triumphos victoriæ, & miſericordiæ pinguedinem declararent. Quod nos quoq; plena fide, & factum & ſignificatũ retinentes, te domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus, per eundẽ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ ſuppliciter exoramus: vt in ipſo atq; per ipſum, cuius nos mẽbra fieri voluiſti, de mortis imperio victoriã reportãtes, ipſius glorioſę reſurrectionis participes eſſe mereamur. Qui te cum viuit & regnat. Oremus.

DEus qui per oliuæ ramum pacem terris columbam nunciare voluiſti: præſta quæſumus: vt hos oliuæ, cæterarumque arborum ramos, cæleſti bene ✠ dictione ſanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad ſalutem. Per Chriſtum dominum noſtrum. Oremus.

BEne ✠ dic, quęſumus domine, hos palmarum ſeu oliuarum ramos: & præſta, vt, quod populus tuus ĩ tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc ſpũaliter ſumma deuotione perficiat, de hoſte vi-

ctoriam reportando, & opus mi eri
cordię summopere diligendo. Per
Christum dominum nostrum.

Hic rami aspergunt aqua benedicta,
dicendo añam. Asperges me sine can
tu, & sine psalmo: & incensantur oli-
uæ. Deinde dicit Sacerdos, Domi-
nus vobiscum. Oremus.

DEus, qui filiũ tuũ Iesum Chri-
stum dominum nostrum, pro
salute nostra in hunc mundum mi-
sisti: vt se humiliaret ad nos, & nos
reuocaret ad te: cui ẽt dũ Hierusalẽ
veniret, vt adimpleret scripturas, cre
dentiũ populorũ turba, fidelissima
deuoti•ne vestimẽta sua cum ramis
palmarũ in via sternebãt: præsta q̃s:
vt illi fidei viã pręparem⁹: de qua, re
moto lapide offensionis & petra scã
dali, frõdeãt apud te opera nostra iu
stitię ramis: vt ei⁹ vestigia sequi me-
reamur. Qui tecum viuit, &c.

Posta Sacerdos [illegible] ante altare ver
sus ad populũ distribuit ramos prim[o]
clericis, deinde laicis genuflexis, & o
sculãtib⁹ primo ramũ, deinde mani
Sacerdotis: & interim a choro cãtã
tur añæ. Pueri hebræorũ portãtes ra-
mos oliuarũ obuiauerunt dño, clamã
tes, & dicẽtes: Osanna ĩ excelsis. Alia
ana. Pueri hebræorũ vestimẽta pro-
sternebãt in via: & clamabãt dicẽtes:
Osanna filio Dauid: benedictus qui
venit in nomine Domini.

Quę si non sufficiant, repetantur quo
usque ramorum distributio finiatur.
Deinde dicit Sacerdos. ℣. Dominus
vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus,
qui Dñm nostrũ Iesum Chri
stum, super pullum asinæ sedere feci
sti, & turbas populorũ vestimẽta vel
ramos arborum in via sternere, & o-
sanna decantare in laudẽ ipsius do-
cuisti: da quæsumus: vt illorũ inno-
centiam imitari possimus, & eorũ
meritum consequi mereamur. Per
eundem Christum. ℟ Amen.

Postea Diacono vertente se ad popu-
lũ, & dicente. Procedamus in pace &
choro rñdente. In noĩe Christi. Amẽ
fit processio. Subdiaconus paratus de
ferẽs crucẽ, medius inter duos Acco-
luthos cum candelabris accẽsis, & mi
nistro deferente thuribulũ cum incẽ-
so: quod seruatur in oĩbus processioni
bus, cantantur sequentes antiphonæ,
vel oẽs, vel aliquę, quousq; durat ꝓces
sio. Añ. Cũ appropinquaret dñs Hie-
rosolymam, misit duos ex discipulis
suis, dicẽs: Ite in castellũ, quod est cõ-
tra vos: & inuenietis pullum asinę alli
gatum, super quẽ nullus hoĩum sedit:
soluite, & adducite mihi. Siquis vos
interroganerit, dicite: opus dño est.
Soluẽtes adduxerunt ad Iesum: & im
posuerũt illi vestimẽta sua, & sedit su-
per eum: alij expãdebãt vestimẽta sua
in via: alij ramos de arboribus ster-
nebant: & qui sequebãtur clamabãt:
Osanna, benedictus qui venit in noĩe
dñi: bñdictum regnum patris nr̃i Da-
uid: Osanna ĩ excelsis: miserere nobis

Ma. 21.

fili Dauid. Alia Antiphona.

Cum audisset populus, quia Iesus ve-
nit Hierosolymã, acceperunt ramos
palmarum: & exierunt ei obuiã, & cla
mabant pueri dicentes. Hic est, qui vẽ
turus est in salutem populi. Hic est sa-
lus nostra, & redemptio Israel. Quan-
tus est iste, cui throni, & dominatiões
occurrunt? Noli timere filia Sion: ec-
ce rex tuus venit tibi, sedens suꝑ pul-
lum asinæ: sicut scriptũ est. Salue rex
fabricator mundi, qui venisti redime-
re nos. Alia Antiphona.

Ante sex dies sollennis paschę, quan
do venit dñs iu ciuitatem Hierusalẽ,
occurrerũt ei pueri: & in manib⁹ por-
tabant ramos palmarum: & clamabãt
voce magna, dicentes: Osanna in ex-
celsis: benedictus qui venisti in multi-
tudine misericordiæ tuæ: Osanna in
excelsis. Alia Antiphona.

Occurrunt turbæ cum floribus & pal
mis redemptori obuiã: & victori triũ
phanti digna dant obsequia. Filiũ dei
ore gentes pręd icãt: & in laudẽ Chri-
sti voces tonãt per nubila: Osanna in
excelsis. Alia Antiphona.

Cum angelis & pueris, & fideles in-
ueniamur triũphatori mortis, claman
tes: Osanna in excelsis. Alia Antipho.

Turba multa, quę conuenerat ad diẽ
festũ, clamabat dño: benedictus q̃ ve-
nit ĩ nomine dñi: Osanna in excelsis.

In reuersione processionis ad ec-
clesiã: duo vel quatuor cantores in-
trant, & clauso ostio stantes versa fa-
ciæ ad processionem, incipiunt. ℣.
Gloria laus. Et totum decantant vsq;
ad Israel es tu rex. Sacerdos vero cũ
alijs stantibus extra ecclesiam, repetit
illud idem. Deinde stantes intus, can-
tant versus sequentes: vel omnes, vel
partem: pro dispositione cantorum.
Et stãtes extra, ad quoslibet duos ver
sus respondent. Gloria laus. sicut a
principio. versus.

GLoria laus, & honor tibi sit rex
Christe redemptor.

Cui puerile dec⁹ prõpsit osanna piũ.

Israel es tu rex Dauidis & inclyta
proles.

Nomine qui in domini rex benedi-
cte venis. ℟. Gloria, laus & honor, ti-
bi sit rex Christe redemptor. Cui pue
rile decus prompsit osanna pium.

Cætus in excelsis te laudat cælicus
omnis.

Et mortalis homo cũcta creata simul.
℟. Gloria, laus, & honor, tibi sit.
Cui puerile decus.

Plebs hebręa tibi cum palmis obuia
venit.

Cum prece, voto: hymnis, adsumus
ecce tibi. ℟. Gloria, laus, & honor
Cui puerile.

Hi tibi passuro soluebant munia
laudis.

Nos tibi regnanti pangimus ecce me
los. ℟. Gloria laus, & honor.

Hi placuere tibi, placeat deuotio nr̃a.

Rex bone, rex clemẽs, cui bona cũcta
placent. ℟. Gloria laus, & honor.

Fecerat Hebręos hos gloria sangui-
nis almi.

N os facit Hebręos trāſitus ecce piꝰ.
℟. Gloria, laus, & honor tibi.
S is piꝰ aſcēſor tu, & nos ſimꝰ aſellus.
T ecum nos capiat vrbs veneranda dei. ℟. Gloria, laus, & honor.
V eſtis aplicæ titulo fulgore regamur
T e bene docta, vt ea, noſtra caterua vehat. ℟. Gloria, laus, & honor.
T egmine ſic animæ ſternamus corpora noſtra.
Q uo per nos ſemper ſit via tuta tibi.
℟. Gloria, laus, & honor, tibi ſit,
S it pia ꝑ palmę nobis victoria ramis
V t tibi victrici ſorte canamus ita ℟. Gloria, laꝰ, & honor. Poſtea intrat᷑ proceſſio eccleſiam cantando. ℟. Ingrediente domino in ſanctam ciuitatem, Hebręorum pueri reſurrectionem vitæ pronunciantes, cum ramis palmarum Oſanna clamabant in excelſis. ℣. Cum audiſſet populus, quod Ieſus veniet Hieroſolymam: exierūt obuiā ei. Cum ramis. Et non dicitur. Gloria patri, Deinde dicitur Miſſa, & rami tenentur in manibus vſq; in finem.

DOMINICA in palmis.

Statio ad ſanctum Ioannē in Lateranō. Introitus.



D omine ne longe facias auxiliū tuū a me, ad defenſionē meam aſpice: libera me de ore leonis & a cornibus vnicornium humilitatem meam. Ps. Deꝰ deus meus reſpice ī me, quare me dereliquiſti? longe a ſalute mea verba delictorum meorum. D omine ne longe. O remus.

O mnipotens ſempiterne deus: qui humano generi ad imitādum humilitatis exemplū ſaluatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti: concede propitiꝰ: vt & patientiæ ipſius habere documenta, & reſurrectionis cōſortia mereamur. Per eundem dominum.

Et hæc oratio tantum dicitur.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.



F ratres. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Qui cum ī forma dei, eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediēs vſq; ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod eſt ſuper oē nomen: vt in nomine Ieſu. Hic genu flectitur, omne genuflectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Graduale.

T enuiſti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxiſti me: & cum gloria aſſumpſiſti me. ℣. Quam bonꝰ Iſrael deꝰ rectis corde s mei autē pene

moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum vidēs. Tractus.

D eus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? ℣. Lōge a ſalute mea verba delictorum meorum. ℣. Deus meus clamabo per diē, nec exaudies: in nocte, & non ad inſipientiam mihi. ℣. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael. ℣. In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi. ℣. Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominū, & abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbant me, aſpernabantur me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. ℣. Sperauit in domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum. ℣. Ipſi vero conſiderauerunt & cōſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimēta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. ℣. Libera me de ore leonis: & a cornibus vnicornium humilitatem meam. ℣. Qui timetis dominum, laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob magnificate eū. ℣. Annūciabitur domino generatio ventura: & annunciabunt cæli iuſtitiam eius. ℣. Populo qui naſcetur, quem fecit dominus.

Paſſio Domini incipitur abſolute: non dicitur, Munda cor meum. non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec incenſum: non dicitur, Dominus vobiſcum. nec reſpōdetur Gloria tibi domine Peruento tamen ad partem illam quæ in tono euangelij legitur. dicitur, Munda cor meum. petitur benedictio, & incēſatur liber.

¶ Quod & in alijs diebus ſeruatur, quando legitur Paſſio. In paraſceue autem nec petitur benedictio nec incenſatur liber.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Mattheum.



I N illo tēpore: dixit Ieſꝰ diſcipulis ſuis. ✠ Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: & filius hominis tradet᷑, vt crucifigat᷑. C Tūc cōgregati ſunt prīcipes ſacerdotū, & ſeniores ppli, in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & concilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent, Dicebant autem. S Non in die feſto. C Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autē diſcipuli, indignati ſunt, dicentes. S Vt quid perditio hæc? Potuit enim vnguentum iſtud venundari multo, & dari pauperibus. C Sciens autē Ieſus, ait illis. ✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opꝰ enim bonū operata eſt in me. Nam ſemp

pauperes habebitis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis. Mittens enim hęc vnguentũ hoc in corpus meum: ad ſepeliendum me, fecit. Amen dico vobis: vbicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriã eius. C Tunc abijt vnus de duodecim qui dicitur Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotũ: & ait illis. S Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? C At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quęrebat opportunitatẽ, vt eum traderet. Prima autẽ die azimorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes. S Vbi vis paremns tibi comedere paſcha? C At Ieſus dixit. ✠ Ite in ciuitatem ad quendã: & dicite ei. Magiſter dicit. Tẽpus meũ prope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. C Et fecerunt diſcipuli, ſicut conſtituit illis Ieſus: & parauerunt paſcha. Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis, dixit. ✠ Amẽ dico vobis: quia vnꝰ veſtrũ me traditurus eſt. C Et cõtriſtati valde, cęperunt ſinguli dicere. S Nunquid ego ſum domine? C At ipſe reſpondens, ait. ✠ Qui intingit mecũ manũ in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Vę autẽ homini illi per quem filius hominis tradet. Bonũ erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. C Reſpondens autẽ Iudas qui tradidit eum, dixit. S. Nunquid ego ſum rabbi? C Ait illi. ✠ Tu dixiſti. C Cænãtibus autẽ eis, accepit Ieſus panem: & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis: & ait. ✠ Accipite, & comedite. Hoc eſt corpus meum. C Et accipiẽs calicẽ, gratias egit: & dedit illis, dicens. ✠ Bibite ex hoc oẽs. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autẽ vobis: nõ bibã amodo de hoc genimine vitis, vſque in diẽ illum, cũ illud bibã vobiſcum nouum, in regno patris mei. C Et hymno dicto, exierunt in montẽ oliueti. Tunc dicit illis Ieſus. ✠ Oẽs vos ſcandalũ patiemini in me, in iſta nocte. Scriptũ eſt enim. Percutiã paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis. Poſt quã autẽ reſurrexero, ꝓcedã vos in Galilęam. C Reſpondens autem Petrus, ait illi. S Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. C Ait illi Ieſus. ✠ Amen dico tibi: quia in hac nocte, antequã gallus cãtet, ter me negabis. C Ait illi Petrus. S Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. C Similiter & oẽs diſcipuli dixerunt. Tunc venit Ieſus cũ illis in villã, quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic, donec vadã illuc, & orem. C Et aſſumpto Petro, & duobus filijs Zebedęi, cępit contriſtari & męſtus eſſe. Tunc ait illis. ✠ Triſtis eſt aĩa mea vſque ad mortẽ. Su-

ſtine-

ſtinete hic, & vigilate mecum. C Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam orans, & dicẽs ✠ Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. C Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro. ✠ Sic? Non potuiſtis vna hora vigilare mecum Vigilate, & orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidẽ promptus eſt, caro autem infirma. C Iterum ſecundo abijt, & orauit, dicẽs, ✠ Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum: fiat volũtas tua. C Et venit iterum & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis iterum abijt: & orauit tertio, eundem ſermonem dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis. ✠ Dormite iã, & requieſcite. Ecce appropinquauit hora: & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. C Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cũ eo turba multa cũ gladijs & fuſtibus, miſſi a principibus ſacerdotũ & ſenioribus populi. Qui autẽ tradidit eũ, dedit illis ſignum, dicẽs. S Quemcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eũ. C Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit. S Auc rabbi. C Et oſculatus eſt eum. Dixitq; illi Ieſus. ✠ Amice, ad quid veniſti? C Tunc acceſſerũt, & manus iniecerũt in Ieſum: & tenuerũt eũ. Et ecce vnꝰ ex his qui erant cũ Ieſu, extendens manũ, exemit gladiũ: & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus. ✠ Conuerte gladium tuum in locum ſuũ. Omnes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribũt. An putas, quia non poſſum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo pluſquã duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? quia ſic oportet fieri. C In illa hora dixit Ieſus turbis. ✠ Tanquã ad latronẽ exiſtis cũ gladijs & fuſtibus cõprehendere me? Quotidie apud vos ſedebã docens in tẽplo: & non me tenuiſtis. C Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerẽtur ſcripturæ prophetarum. Tũc diſcipuli oẽs, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Ieſum, duxerũt ad Caipham principẽ ſacerdotum, vbi ſcribæ & ſeniores conuenerant. Petrus autẽ ſequebatur eũ a longe, vſq; in atriũ principis ſacerdotũ. Et ingreſſus intro, ſedebat cũ miniſtris, vt videret finẽ. Prĩcipes autẽ ſacerdotũ, & oẽ cõciliũ, quærebãt falſum teſtimoniũ cõtra Ieſum, vt eũ morti traderẽt: & nõ inuenerunt, cũ multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes: & dixerũt. S Hic dixit. Poſſum deſtruere templum dei, & poſt triduum reædificare illud. C Et ſurgens princeps ſacerdotũ, ait illi. S Nihil reſpondes

ad

ad ea, quę isti aduersum te testifican
tur? C Iesus autem tacebat. Et prin-
ceps sacerdotũ ait illi. S Adiuro te ꝑ
deũ viuũ, vt dicas nobis, si tu es Chri
stus filius dei. C Dicit illi Iesus. ✠
Tu dixisti. Veruntamen dico vobis:
amodo videbitis filium hominis se-
dentem a dextris virtutis dei, & ve-
niẽtẽ in nubibus cæli. C Tunc prin-
ceps sacerdotum scidit vestimenta
sua, dicẽs. S Blasphemauit. Quid ad
huc egemus testibus? Ecce, nunc au
distis blasphemiam. Quid vobis vi-
detur? C At illi respondentes dixe-
runt. S Reus est mortis. C Tunc ex-
puerunt in faciẽ eius: & colaphis eũ
cęciderunt, Alij autem palmas in fa-
ciẽ eius dederunt, dicẽtes. S Prophe
tiza nobis Christe: quis est qui te ꝑ-
cussit? C Petrus vero sedebat foris,
ĩ atrio. Et accessit ad eũ vna ancilla,
dicens. S Et tu cum Iesu Galilæo e-
ras. C At ille negauit corã omnibus,
dicens. S Nescio quid dicis. C Exeũ
te autẽ illo ianuam, vidit eum alia an
cilla: & ait his qui erant ibi. S Et hic
erat cũ Iesu Nazareno. C Et iterũ ne
gauit cũ iuramẽto, qa non noui ho-
minẽ. Et post pusillũ accesserũt q̃ sta
bãt: & dixerũt Petro. S Vere & tu ex
illis es: nã & loquela tua manifestũ
te facit. C Tunc cępit detestari & iu
rare, quia nõ nouisset hoĩem. Et cõ-
tinuo gallus cãtauit. Et recordat⁹ est
Petr⁹ verbi Iesu, qđ dixerat: priusq̃
gallus cãtet, ter me negabis. Et egres
sus foras, fleuit amare. Mane autem

facto, cõsilium inierunt omnes prin
cipes sacerdotum & seniores popu-
li aduersus Iesum, vt eum morti tra-
derent. Et vinctum adduxerũt eum,
& tradiderunt Pontio Pilato pręsi-
di. Tunc vidẽs Iudas qui tradidit eũ,
quod damnatus esset: pænitẽtia du-
ctus, retulit triginta argenteos prin-
cipibus sacerdotum & seniorib⁹, di-
cens. S Peccaui, tradens sanguinem
iustum. C At illi dixerunt. S Quid
ad nos? Tu videris. C Et proiectis ar-
gẽteis in templo, recessit: & abiens,
laqueo se suspendit. Principes autẽ
sacerdotum acceptis argenteis, di-
xerunt. S Nõ licet eos mittere in cor
bonam: quia pretium sanguinis est.
C Consilio autem inito emerunt ex
illis agrum figuli, in sepulturam pe-
regrinorum. Propter hoc vocat⁹ est
ager ille, Haceldema, hoc est, ager
sanguinis, vsque in hodiernum diẽ.
Tunc impletũ est quod dictum est ꝑ
Hieremiam prophetã dicentẽ. Et ac
ceperunt triginta argenteos pretiũ
appretiati quem appretiauerunt a fi
lijs Israel: & dederunt eos in agrum
figuli, sicut cõstituit mihi dominus.
Iesus autem stetit ante præsidem. Et
interrogauit eum præses, dicens. S
Tu es rex Iudęorum? C Dicit ei Ie-
sus. ✠ Tu dicis. C Et cum accusare
tur a principibus sacerdotum & se-
nioribus, nihil respondit. Tunc di-
cit illi Pilatus. S Non audis quanta
aduersum te dicunt testimonia? C
Et nõ respondit ei ad vllum verbũ:

ita vt miraretur præses vehementer
Per diem autem solennem consue-
uerat pręses dimittere populo vnum
vinctum, quem voluissent. Habebat
autem tunc vinctum insignem, qui
dicebatur Barabbas. Congregatis
autem illis, dixit Pilatus. S Quem
vultis dimittam vobis: Barabbam,
an Iesum qui dicitur Christus? C
Sciebat enim, quod per inuidiã tra-
didissent eum. Sedente autem illo
pro tribunali, misit ad illum vxor
eius, dicens. S Nihil tibi & iusto il-
li: multa enim passa sum per visum
hodie propter eum. C Principes au
tem sacerdotum & seniores persua-
serũt populis, vt peterẽt Barabbam,
Iesum vero perderent. Respondens
autem præses, ait illis. S Quem vul-
tis vobis de duobus dimitti? C At
illi dixerunt. S Barabbam. C Dicit
illis Pilatus. S Quid igitur faciam de
Iesu qui dicitur Christus? C Dicunt
omnes. S Crucifigatur. C Ait illis
pręses. S Quid enim mali fecit? C
At illi magis clamant, dicentes. S
Crucifigatur. C Videns autem Pi-
latus quia nihil proficeret, sed ma-
gis tumultus fieret: accepta aqua,
lauit manus coram populo, dicens.
S Innocens ego sum a sanguine iu-
sti huius. Vos videritis. C Et respon
dens vniuersus populus, dixit. S San
guis eius super nos, & super filios
nostros. C Tunc dimisit illis Barab-
bam: Iesum autem flagellatum tra-
didit eis, vt crucifigeretur. Tũc mili-

tes præsidis suscipientes Iesum in
prætorio, congregauerunt ad eum
vniuersam cohortem. Et exuentes
eum, chlamydem coccineam circũ-
dederunt ei. Et plectentes, coronam
de spinis posuerunt super caput ei⁹:
& arundinem in dextera eius. Et ge
nuflexo ante eum illudebant ei, di-
centes. S Aue rex Iudęorum. C Et
expuentes in eum, acceperunt arun-
dinem, & percutiebant caput eius.
Et postquam illuserunt ei, exuerunt
eum chlamydem: & induerũt eum
vestimentis eius, & duxerunt eum
vt crucifigerent. Exeuntes autem,
inuenerunt hominem Cyrenæum
nomine Simonem. Hunc angaria-
uerunt, vt tolleret Crucem eius. Et
venerunt in locum, qui dicitur Gol-
gotha: quod est, Caluariæ locus. Et
dederunt ei vinum bibere cum fel-
le mixtum. Et cum gustasset, noluit
bibere. Postquam autem crucifixe-
runt eũ, diuiserunt vestimenta eius,
sortẽ mittentes: vt adimpleret̃ quod
dictum est per prophetam dicen-
tem. Diuiserunt sibi vestimẽta mea:
& super vestem meam miserunt sor-
tem. Et sedentes seruabant eum
Et imposuerunt super caput eius
causam ipsius scriptam: Hic est Ie-
sus rex Iudæorum. Tunc crucifixi
sunt cum eo duo latrones: vn⁹ a dex
tris, & vnus a sinistris. Prætereun
tes autem blasphemabant eum mo-
uẽtes capita sua, & dicentes. S Vah
qui destruis templum Dei, & in tri-

duo reædificas illud. Salua temetipsum Si filius dei es, descẽde de cruce. C Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dicebãt. S Alios saluos fecit: seipsum non potest saluũ facere. Si rex Israel est, descendat nũc de Cruce, & credimus ei. Confidit in deo: liberet eũ nũc si vult: dixit enim, qa filius dei sum. C Idipsum autẽ & latrones qui crucifixi erãt cum eo, improperabant ei. A sexta autẽ hora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsq; ad horam nonã. Et circa horam nonã clamauit Iesus voce magna dicens. ✠ Eli, Eli, lãmasaba cthani? C Hoc est. ✠ Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? C Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant. S Eliã vocat iste. C Et continuo currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto: & imposuit arundini: & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebãt. S Sine videamus an veniat Elias liberans eum. C Iesus autem iterum clamãs voce magna, emisit spiritũ. Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur Et ecce velum templi scissum est in duas partes, a summo vsq; deorsũ. Et terra mota est, & petræ scissæ sũt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorũ qui dormierãt, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionẽ eius, venerũt in sanctã ciuitatẽ: & apparuerunt multis. Cẽturio autẽ & qui cũ eo erãt custodientes Iesum, viso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes. S Vere filius dei erat iste. C Erant autẽ ibi mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant Iesum a Galilea, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater: & mater filiorũ Zebedæi. Cum sero autem factũ esset, venit quidã homo diues ab Arimathia, nomine Ioseph: qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatũ & petijt corpus Iesu. Tũc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda: & posuit illud in monumẽto suo nouo, qđ exciderat ĩ petra. Et aduoluit saxũ magnũ ad ostium monumenti, & abijt. Erant autẽ ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum. Hic datur dño deferẽ incensum sine luminaribus, non dr̃ Dñs vobiscum. & cantatur in tono euangelij. Quæ oĩa, & in alijs Passionibus seruantur.

Altera autem die, quæ est post parasceuen, cõuenerunt principes sacerdotum: & pharisæi ad Pilatum, dicentes. Domine, recordati sum⁹, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgã. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diẽ tertium: ne forte veniãt discipuli eius, & furẽt eum: & dicãt plebi, surrexit a mortuis Et erit nouissim⁹ error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiã: ite, custodite sicut

tem abeuntes, munierũt sepulchrũ: signãtes lapidem, cum custodibus. Et dicitur. Credo. Offertorium. (Ps 68.) Improperium expectauit cor meum, & miseriam: & sustinui qui simul mecum contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni: & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Secreta.

Concede, quæsumus domine, vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum: & gratiam nobis deuotionis obtineat: & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per dñm. Communio. (Ma. 26.) Pater, si non potest hic calix trãsire, nisi bibã illum: fiat voluntas tua. Post communio.

Per huius domine operationem mysterij: & vitia nostra purgentur: & iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum.

FERIA SECVNDA maioris Hebdomadæ.

Statio ad sanctã Praxedẽ. Introitus. (Ps 34.)

Iudica dñe nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum, & exurge in adiutoriũ meũ, domine virtus salutis meæ. ps. Effunde frameã, & conclude aduersus eos qui persequũtur me: dic animæ meæ, salus tua ego sum. Iudica domine nocentes me. Oremus.

Da, quæsumus oĩpotens deus, vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedẽte vnigeniti filij tui passione respiremus. Per dominum nostrum. vel Ecclesiæ tuæ. vel Deus oĩum.

Lectio Isaiæ prophetæ. (ca. 50.)

In diebus illis, dixit Isaias. Dominus deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum nõ abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellẽtibus. Faciem meã non auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Dominus deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petrã durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me qs cõtradicet mihi? Stemus simul: quis est aduersarius me⁹? Accedat ad me. Ecce dominus deus, auxiliator me⁹: quis est qui cõdemnet me? Ecce oẽs quasi vestimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deum, audiens vocẽ serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei: Speret in nomine domini, & innitatur super dominum deũ suum. Grad. (Ps 34.) Exurge domine & intẽde iudicio meo deus meus, & domin⁹ meus in causam meã. ℣. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui me persequuntur. Tractus. (Ps 102.) Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secũdum iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣. (Ps 78.) Dñe, ne memineris iniquitatũ nr̃arum antiqua-

rum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nr̃is propter nomen tuum.

Sequẽtia S. euãgelij secũdũ Ioannẽ.

ca. 12.



Ante sex dies paschæ venit Iesus Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnã ibi: & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discũbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi pistici pretiosi: & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt trecẽtis denarijs & datum est egenis? Dixit autẽ hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus. Sine illã, vt in diẽ sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscum: me autem nõ semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset: & venerunt, non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis. Offertorium.

ps. 142.

Eripe me de inimicis meis domine: ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: deus meus es tu. Secreta.

Hæc sacrificia nos omnipotẽs deus potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per dominum nostrũ. vel Protege. vel Oblatis q̃s. Cõmu.

ps. 34.

Erubescant, & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis; induantur pudore, & reuerẽtia, qui maligna loquũtur aduersum me. Postcommunio.

Præbeant nobis domine diuinũ tua sancta feruorem: quo eorũ pariter & actu delectemur, & fructu Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Quæsumus domine. vel Hæc nos. Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

Adiuua nos deus salutaris noster: & ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuum Qui tecum.

FERIA TERTIA

Statio ad sanctã Priscam. Introitus.



Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus. Psalmus Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autem. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus, da nobis ita dominicæ passionis sacramẽta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per eun. vel Ecclesiæ tuæ. vel Deus omniũ.

Lectio Hieremiæ prophetæ.

ca. 11.



In diebus illis: Dixit Hieremias, Domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostẽdisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & nõ cognoui q̃a cogitauerunt super me consilia, dicentes. Venite, mittamus lignum in panẽ eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autẽ domine sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionẽ tuã ex eis: tibi enim reuelaui causam meam, domine deus meus. Graduale.

ps. 34.

Ego autem dum mihi molesti essent, induebam me cilicio: & humiliabam in ieiunio animã meam, & oratio mea ĩsinu meo cõuertetur. ℣. Iudica dñe nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

¶ Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Marcum.

ca. 14.



In illo tpe. Erat pascha & azima post biduũ: & quærebãt summi sacerdotes & scribæ quomodo Iesum dolo tenerent & occiderẽt. Dicebant aũt. S. Nõ ĩ die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cũ esset Iesus Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recũberet, venit mulier habẽs alabastrũ vnguẽti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro, effudit super caput eius. Erãt aũt quidã ĩdigne ferẽtes intra semet ipsos, & dicentes. S. Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentũ istud venũdari plus quã trecẽtis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebãt in eã. Iesus aũt dixit ✠ Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Sẽp enim pauperes habebitis vobiscũ: & cũ volueritis, potestis illis bñfacere: me aũt nõ sẽp habebitis. Quod habuit hæc, fecit: p̃uenit vngere corpꝰ meũ ĩ sepulturã. Amẽ. dico vobis: vbicũque p̃dicatũ fuerit Euãgeliũ istud ĩ vniuerso mundo, & qđ hæc fecit, narrabit ĩ memoriã eiꝰ. Et Iudas Iscariotes vnꝰ de duodecim abijt ad sũmos sacerdotes, vt p̃deret eũ illis. Qui audiẽtes gauisi sũt & p̃miserunt ei pecuniã se daturos. Et q̃rebãt quomodo illũ opportune traderet. Et primo die azymorum quãdo pascha ĩmmolabãt, dicũt discipuli. S. Quo vis eamꝰ, & paremus tibi vt mãduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis. ✠ Ite in ciuitatẽ: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum: & quocunque introierit, dicite domino domus: quia magister dicit. Vbi est refectio

mea vbi pascha cum discipulis meis
manducẽ? Et ipse vobis demonstra-
bit cęnaculũ grãde, stratum : & illic
parate nobis. C Et abierunt discipu
li eius, & venerunt in ciuitatẽ: & in-
uenerunt sicut dixerat illis, & para-
uerunt pascha. Vespere autẽ facto,
venit cum duodecim. Et discumbẽ-
tibus eis & manducãtibus, ait Iesus.
✠ Amẽ dico vobis quia vnꝰ ex vo-
bis tradet me, qui manducat mecũ.
C At illi cęperunt contristari, & di-
cere ei singillatim. S Nũquid ego?
C Qui ait illis. ✠ Vnus ex duode-
cim qui intingit mecũ manũ in cati
no. Et filius quidẽ hominis vadit, si-
cut scriptũ est de eo. Vę autẽ homini
illi per quẽ filius hominis tradetur.
Bonũ erat ei, si nõ esset natus homo
ille. C Et manducantibus illis, acce
pit Iesus panẽ: & benedicens fregit,
& dedit eis, & ait. ✠ Sumite: hoc est
corpus meũ. C Et accepto calice,
gratias agens dedit eis. Et biberunt
ex illo oẽs. Et ait illis. ✠ Hic est san-
guis meus no ui testamenti, qui pro
multis effundetur. Amẽ dico vobis:
quod iam non bibã de genimine vi
tis vsq; in diem illũ, cum illud bibã
nouũ in regno Dei. C Et hymno di
cto, exierunt in mõtẽ oliuarũ. Et ait
illis Iesus. ✠ Oẽs scandalizabimini
in me in nocte ista: quia scriptũ est.
Percutiã pastorem, & dispergentur
oues. Sed postquã resurrexero, præ-
cedam vos in Galileã C Petrus aũt
ait illi. S Et si omnes scandalizati fue

rint, sed non ego. C Et ait illi Ie-
sus. ✠ Amẽ dico tibi: quia tu hod e
in nocte hac priusquã gallus bis vo-
cem dederit, ter me es negaturus. C
At ille amplius loquebatur. S Et si
oportuerit me simul commori tibi,
non te negabo. C Similiter autem
& omnes dicebant. Et veniunt in
prędium, cui nomen Gethsemani:
& ait discipulis suis. ✠ Sedete hic,
donec orem. C Et assumit Petrum,
& Iacobum & Ioannẽ secum: & cæ-
pit pauere, & tædere. Et ait illis. ✠
Tristis est anima mea vsque ad mor
tẽ. Sustinete hic, & vigilate. C Et cũ
processisset paululum, ꝓcidit super
terrã: & orabat, vt si fieri posset, trãsi
ret ab eo hora: & dixit. ✠ Abba, pa
ter, omnia tibi possibilia sunt: trans-
fer calicem hunc a me. Sed nõ quod
ego volo: sed quod tu. C Et venit,
& inuenit eos dormientes. Et ait Pe
tro. ✠ Simon dormis: Non potuisti
vna hora vigilare mecum? Vigilate,
& orate, vt non intretis in tentatio-
nem. Spiritus quidem promptus est,
caro aũt infirma. C Et iterum abiẽs
orauit, eundem sermonẽ dicens. Et
reuersus, denuo inuenit eos dormiẽ
tes (erãt enim oculi eorum grauati)
& ignorabãt quid responderent ei.
Et venit tertio: & ait illis. ✠ Dormi
te iam, & requiescite. Sufficit. Venit
hora. Ecce tradetur filius hominis ĩ
manus peccatorum. Surgite eamus:
ecce, qui me tradet, prope est. C Et
adhuc eo loquente, venit Iudas Isca

riotes vnus de duodecim, & cum il-
lo turba multa cum gladijs & lignis,
missi a summis sacerdotibus & scri-
bis & senioribus. Dederat autẽ tradi
tor eis signũ, dicens. S Quemcũque
osculatus fuero, ipse est: tenete eũ, &
ducite caute. C Et cũ venisset, statim
accedens ad eum, ait. S Rabbi. C Et
osculatꝰ est eum. At illi manꝰ iniece-
rũt in Iesũ, & tenuerũt eũ. Vnus autẽ
de circunstantibus educẽs gladiũ, ꝑ-
cussit seruũ summi sacerdotis: & am
putauit illi auriculã. Et respondẽs Ie-
sus, ait illis. ✠ Tanquã ad latronem
existis cũ gladijs & lignis cõprehẽde
re me? Quotidie apud vos eram ĩ tẽ-
plo docens, & non me tenu stis. Sed
vt impleantur scripturæ. C Tunc di-
scipuli eius relinquẽtes eum, omnes
fugerunt. Adolescens autẽ quidã se-
quebatur eum amictus sindone sup
nudo: & tenuerũt eũ. At ille reiecta
sindone, nudus ꝓfugit ab eis Et ad-
duxerunt Iesum ad summum sacer-
dotem: & cõuenerunt omnes sacer
dotes, & scribæ, & seniores. Petrus
autem a longe secutus est eum vsque
intro in atrium summi sacerdotis: &
sedebat cũ ministris, & calefaciebat
se ad ignem. Summi vero sacerdo-
tes & omne concilium, quærebant
aduersus Iesum testimonium vt eum
morti traderẽt: nec inueniebãt. Mul-
ti enim testimoniũ falsum dicebant
aduersus eum: & cõueniẽtia testimo
nia nõ erant. Et quidã surgentes, fal-
sũ testimoniũ ferebant aduersus eũ,

dicentes. S Quoniam nos audiuimꝰ
eum dicentem. Ego dissoluam tem-
plum hoc manufactũ: & post triduũ,
aliud non manufactum ædificabo.
C Et nõ erat conueniẽs testimoniũ
illorum. Exurgens autem summus
sacerdos in medium interrogauit Ie
sum, dicens. S Non respondes quic-
quã ad ea, quæ tibi obijciuntur ab
his? C Ille autem tacebat, & nihil re
spondit. Rursum summus sacerdos
interrogabat eum: & dixit ei. S Tu
es Christus filius dei benedicti? C Ie
sus autem dixit illi. ✠ Ego sum. Et
videbitis filium hominis sedentem
a dextris virtutis dei, & venientem
cum nubibus cæli. C Summus autẽ
sacerdos scindens vestimẽta sua, ait.
S Quid adhuc desideramꝰ testes? Au-
distis blasphemiam. Quid vobis vi-
detur? C Qui omnes cõdemnauerũt
eum esse reum mortis. Et cæperunt
quidam conspuere eum, & velare fa
ciem eius, & colaphis eũ cædere, &
dicere ei. S Prophetiza. C Et mini-
stri alapis eum cædebant. Et cum
esset Petrus in atrio deorsum, venit
vna ex ancillis summi sacerdotis: &
cũ vidisset Petrũ calefaciẽtẽ, aspiciẽs
illũ, ait. S Et tu cum Iesu Nazareno
eras. C At ille negauit, dicens. S
Neque scio, neque noui quid di-
cas. C Exijt foras ante atrium: &
gallus cantauit. Rursus autem
cum vidisset illum ancilla, cæpit
dicere circunstantibus: quia hic
ex illis est. At ille iterum nega_

uit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtābant, dicebant Petro. S Vere ex illis es: nam & Galilęus es. C Ille autem cèpit anathematizare & iurare: quia neſcio hominem iſtum, quem dicitis. Et ſtatim iterum gallus cātauit. Et recordatus eſt Petrus verbi; quod dixerat ei Ieſus: priuſquam Gallus cantet bis, ter me negabis. Et cępit flere. Et confeſtim, mane conſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & ſcribis & uniuerſo concilio, vincientes Ieſum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. S Tu es Rex Iudæorum? C At ille reſpondens, ait illi. ✠ Tu dicis. C Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eum, dicens. S Non reſpondes quicquā? Vide in quantis te accuſant. C Ieſus autem amplius nihil reſpondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem feſtum ſolebat illis dimittere vnum ex uinctis, quemcunque petijſſent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium. Et cum aſcendiſſet turba, cæpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autē reſpōdit eis, & dixit. S Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? C Sciebat enim, quod per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Pontifices autem cōcitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum reſpondens, ait illis. S Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifige eum. C Pilatus vero dicebat eis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant. S Crucifige eum. C Pilatus autem volens populo ſatiſfacere, dimiſit illis Barabbam: & & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur. Milites autē duxerūt eum intro in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponunt ei plectētes ſpineam coronam. Et cęperunt ſalutare eum: Aue Rex Iudeorum. Et percutiebant caput eius arundine: & conſpuebant eum, & ponentes genua adorabant eum. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illū purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis: & educunt illum vt crucifigerēt eum. Et angariuerunt pretereuntem quempiam, Simonem Cyreneum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt eum ī Golgotha locum: quod eſt interpretatum, Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinū: & non accepit. Et crucifigētes eum, diuiſerunt veſtimenta eius: mittētes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus, Rex Iudeorū. Et cum eo crufixerūt duos latrones: vnum a dextris, & alium a ſiniſtris. Et īpleta eſt ſcriptura, q̄ dicit: Et cū

iniquis reputatus eſt. Et prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes. S Vah, qui deſtruis tēplum dei, & in tribus diebus reędificas: ſaluum fac temetipſum deſcendens de cruce. C Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes, ad alterutrum cum ſcribis dicebant. S Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Chriſtus Rex Iſrael deſcendat nunc de Cruce: vt videamus, & credamus. C Et qui cum eo crucifixi erant, cōuitiabantur ei. Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt ſuper totam terram, vſque ī horam nonam. Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dices. ✠ Eloi, Eloi lāmaſabactani? C Quod eſt interpretatum. ✠ Deus meus, deus meꝰ, vt quid dereliquiſti me? C Et quidam de circunſtātibus audiētes dicebant. S. Ecce, Eliam vocat. C Currens autem vnus, & implens ſpongiam aceto, circumponenſque calamo, potum dabat ei, dicens. S. Sinite: videamus ſi veniat Elias ad deponendum eum. C Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit.

Hic pauſatur aliquantulum, & genuflectitur. Et velum templi ſciſſum eſt in duo, a ſummo vſque deorſum. Videns autem Centurio qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamās expiraſſet, ait. S Vere hic homo filius dei erat. C Erant autem & mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioſeph mater, & Salome & cum eſſet in Galilææ, ſequebātur eum, & miniſtrabant ei: & aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant. Hieroſolimam.

Hic cantatur in tono euangelij: & alia fiunt vt ſupra.

ET cum iam ſero eſſet factū (q̄a erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatum) venit Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipſe erat expectās regnum dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Pilatus autē mirabatur, ſi iam obijſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet a Centurione: donauit corpus Ioſeph. Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponēs eū inuoluit ſindone, & poſuit eū in monumento quod exciſum erat de petra, & aduoluit lapidem ad oſtiū monumenti.

Offertorium.

Cuſtodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Secreta.

SAcrificia nos, q̄ſumus dn̄e, propenſius iſta reſtaurent, quæ medicinalibꝰ ſunt inſtituta ieiunijs. Per. vel Protege. vel Oblatis.

Cōmunio.

Aduerſum me exercebant qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebāt vinū: ego vero oīonē meā ad te dn̄e: tēpꝰ bn̄placiti deꝰ: ī multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me.

Poſt.

SAnctificationibus tuis, omnipotens deus, & vitia no-

ſtra curentur,& remedia nobis ſempiterna proueniant. Per dominum. vel Queſumus. vel Hæc nos q̃s. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Tva nos miſericordia de⁹, & ab omni ſurreptione vetuſtatis expurget, & capaces ſanctæ nouitatis efficiat. Per dominum noſtrum.

FERIA QVARTA.

Statio ad ſ͂ctã Mariã maiorẽ. Introit⁹



IN nomine IESV omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & ĩfernorũ quia dominus fact⁹ eſt obediens vſque ad mortem, mortẽ autem crucis: ideo dñs Ieſus Chr̃s in gl̃ia eſt dei pr̃is. ps. Domine exaudi orationem meam: & clamor me⁹ ad te veniat. In nomine. poſt Kyrie eleiſon, dicitur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotens deus: vt, qui pro noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur, per vnigeniti tui paſſionẽ liberemur. Qui.

Lectio Iſaiæ prophetæ.



HAec dicit dominus deus. Dicite filiæ Sion. Ecce ſaluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo. Quis eſt iſte qui venit de Edõ, tinctis veſtib⁹ de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuæ. Ego qui loquor iuſtitiam: & propugnator ſum ad ſaluandũ. Quare ergo rubrum eſt indumẽtum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus: & de gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos ĩ ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſup̃ veſtimenta mea: & omnia indumẽta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meæ venit. Circũſpexi, & nõ erat auxiliator: q̃ſiui, & non fuit q̃ adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachium meum: & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et cõculcaui populos ĩ furore meo: & inebriaui eos ĩ indignatione mea, & detraxi ĩ terrã virtutẽ eorũ. Miſerationũ dñi recordabor: laudẽ dñi ſup̃ oĩbus quæ reddidit nobis dominus deus noſter. Graduale.

Ne auertas faciẽ tuã a puero tuo, quoniã tribulor: velociter exaudi me. ℣. Saluũ me fac deus, quoniã ĩtrauerunt aquæ vſque ad animã meã: ĩfixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtãtia. Hic dicitur, Dominus vobiſcum. ſine. Flectamus genua. Oratio.

DE⁹, q̃ p̃ nobis filiũ tuũ Crucis patibulũ ſubire voluiſti, vt inimici a nobis expelleres poteſtatẽ: cõcede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis gratiã conſequamur. Per eundem. vel Eccl̃ię tuæ. vel De⁹ oĩum.

Lectio Iſaiæ prophetæ



IN dieb⁹ illis. Dixit Iſaias. Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachiũ domini

mini cui reuelatum eſt. Et aſcendet ſicut virgultum coram eo: & ſicut radix de terra ſitienti. Non eſt ſpecies ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum: & deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum & ſciẽtem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus: vnde nec reputauimus eum. Vere languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauim⁹ eum quaſi leproſum, & percuſſum a deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ: & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque ĩ viam ſuam declinauit & poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrũ. Oblatus eſt, quia ipſe voluit: & nõ aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ducetur: & quaſi agnus coram tondẽte ſe, obmuteſcet: & nõ aperiet os ſuum. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt. Generationem eius quis enarrabit? Quia abſciſſus eſt de terra viuentium. Propter ſcel⁹ populi mei percuſſi eũ. Et dabit impios pro ſepultura, & diuites p̃ morte ſua: eo quod iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus fuerit ĩ ore eius. Et dominus voluit conterere eũ in firmitate. Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longęuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima ei⁹, videbit & ſaturabitur. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſpertiã ei plurimos & fortiũ diuidet ſpolia, p̃ eo quod tradidit ĩ mortem animã ſuam, & cum ſceleratis reputat⁹ eſt. Et ipſe peccata multorum tulit: & p̃ tranſgreſſoribus rogauit. Tractus.

Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuã. ℣. In quacũque die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Quia defecerũt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt. ℣. Percuſſ⁹ ſum ſicut fænum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum manducare panem meum. ℣. Tu exurgens domine miſereberis Siõ q̃a venit tẽp⁹ miſerẽdi ei⁹.

¶ Paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Lucam.



IN illo tempore. C Appropinquabat dies feſt⁹ azimorũ, q̃ dicit̃ paſcha: & q̃rebant principes ſacerdotũ & ſcribæ quomodo Ieſum interficerẽt: timebant vero plebem. Intrauit autem ſatanas ĩ Iudam qui cognominabatur Iſcariotes, vnum de duodecim: &

abijt,& locutus est cum principibus
sacerdotum & magistratibus, quē-
admodum illū traderet eis. Et ga-
uisi sunt: & pacti sunt pecuniam il-
li dare.Et spopondit. Et quærebat
opportunitatem,vt traderet illum si
ne turbis. Venit autem dies azy-
morum,in qua neccesse erat occidi
pascha. Et misit Petrum & Ioan-
nem,dicens,✠ Euntes parate nobis
pascha,vt manducemus. C At illi di
xerunt. S Vbi vis paremus? C Et di-
xit ad eos. ✠ Ecce,introeūtibus vo-
bis in ciuitatem, occurret vobis ho-
mo amphoram aquæ portans: se-
quimini eum in domum in quam
intrat,& dicetis patrifamilias dom⁹,
Dicit tibi magister: Vbi est diuerso-
rium, vbi pascha cū discipulis meis
manducem? Et ipse vobis ostendet
cęnaculum magnum stratum:& ibi
parate: C Euntes autem inuenerunt
sicut dixit illis Iesus: & parauerunt
pascha. Et cum facta esset hora, di-
scubuit, & duodecim apostoli cum
eo,& ait illis. ✠ Desiderio desidera
ui hoc pascha māducare vobiscum,
antequam patiar. Dico enim vobis:
quia ex hoc non manducabo illud,
donec impleatur in regno dei. C Et
accepto calice, gratias egit,& dixit.
✠ Accipite,& diuidite inter vos. Di
co enim vobis: quod non bibam de
generatione vitis, donec regnū dei
veniat. C Et accepto pane, gratias
egit: & dedit eis, dicens. ✠ Hoc est
corpus meum, quod pro vobis da-
tur. Hoc facite in meam commemo
rationem. C Similiter & calicem,
postquam cænauit, dicēs. ✠ Hic ca
lix nouum testamentum est in san-
guine meo, qui pro vobis effunde-
tur. Veruntamen ecce manus tradē-
tis me, mecum est in mensa. Et qui-
dem filius hominis, secūdum quod
diffinitum est,vadit: veruntamen vę
homini illi ꝑ quē tradetur. C Et ip-
si cæperunt quærere inter se, quis es
set ex eis qui hoc factur⁹ esset. Facta
est autem & cōtentio inter eos,quis
eorum videretur esse maior. Dixit au
tem eis. ✠ Reges gentium dominā
tur eorum:& qui potestatem habēt
super eos,benefici vocantur. Vos au
tem non sic: sed qui maior est in vo-
bis,fiat sicut minor:& qui pręcessor
est,sicut ministrator. Nam quis ma-
ior est, qui recumbit, an qui mini-
strat? Nonne qui recumbit? Ego au
tem ī medio vestrum sum, sicut qui
ministrat: vos autem estis qui permā
sistis mecum in tentationibus meis.
Et ego dispono vobis sicut dispo-
suit mihi pater meus regnum: vt eda
tis & bibatis super mensam meā in
regno meo: & sedeatis sup thronos
iudicantes duodecim trib⁹ Israel. C
Ait autem domin⁹ Simoni. ✠ Simō
ecce satans expetiuit vos,vt cribaret
sicut triticum. Ego autem rogaui ꝓ
te, vt non deficiat fides tua: & tu a-
liquando conuersus, confirma fra-
tres tuos. C Qui dixit ei. S Domine,
tecum paratus sum & ī carcerem &

in mortem ire. C At ille dixit. ✠ Di
co tibi Petre, non cantabit hodie gal
lus, donec ter abneges nosse me. C
Et dixit eis. ✠ Quando misi vos si-
ne sacculo & pera, & calciamentis:
nunquid aliquid defuit vobis? C At
illi dixerunt. S Nihil. C Dixit ergo
eis. ✠ Sed nunc qui habet sacculum,
tollat similiter & peram. Et qui non
habet,vēdat tunicam suam, & emat
gladium. Dico enim vobis,quoniam
adhuc hoc quod scriptum est, opor-
tet impleri in me, Et cum iniquis de
putatus est. Etenim ea quæ sunt de
me, finem habent. C At illi dixerūt.
S Domine,ecce gladij duo hic. C At
ille dixit eis. ✠ Satis est. C Et egres-
sus ibat secundum consuetudinem
in montem oliuarum. Secuti sunt au
tem illum & discipuli. Et cum perue-
nisset ad locum, dixit illis. ✠ Orate,
ne intretis in tentationem. C Et ipse
auulsus est ab eis quantum iactus est
lapidis & positis genibus orabat,di-
cens. ✠ Pater,si vis,transfer calicem
istum a me. Veruntamen nō mea vo-
luntas,sed tua fiat. C Apparuit autē
illi angelus de cęlo confortans eum.
Et factus in agonia prolixius orabat.
Et factus est sudor eius,sicut guttę sā
guinis decurrētis in terram. Et cum
surrexisset ab oratione,& venisset ad
discipulos suos,inuenit eos dormiē-
tes præ tristitia: & ait illis. ✠ Quid
dormitis? Surgite,orate, ne intretis ī
tentationem. C Adhuc eo loquen-
te,ecce turba: & q vocabatur Iudas,
vnus de duodecim,antecedebat eos:
& appropinquauit Iesu, vt oscula-
retur eum. Iesus autem dixit illi. ✠
Iuda, osculo filium hominis tradis?
C Videntes autem hi qui circa ipsū
erant, quod futurum erat, dixerunt
ei. S Domine, si percutimus in gla-
dio? C Et percussit vnus ex eis seruū
principis sacerdotū: & amputauit au
riculam eius dexteram. Respondens
autem Iesus,ait. ✠ Sinite vsque huc.
C Et cum tetigisset auriculam eius,
sanauit eum. Dixit autē Iesus ad eos
qui venerant ad se, principes sacer-
dotū & magistratus templi, & senio
res. ✠ Quasi ad latronem existis cū
gladijs & fustib⁹? Cum quotidie vo-
biscum fuerim in templo,non exten
distis manus in me. Sed hæc est hora
vestra,& potestas tenebrarū. C Cō-
prehendentes autem eum,duxerunt
ad domum principis sacerdotū. Pe-
trus vero sequebatur eum a longe.
Accenso autem igne in medio atrij,
& circunsedentibus illis, erat Petrus
in medio eorum. Quem cum vidis-
set ancilla quædam sedentem ad lu-
men, & eum fuisset intuita, dixit. S
Et hic cū illo erat. C At ille negauit
eum, dicens. S Mulier,non noui il-
lum. C Et post pusillum alius videns
eum, dixit. S Et tu de illis es. C Pe-
trus vero ait. S O homo non sum. C
Et īteruallo facto, quasi horæ vnius:
alius quidam affirmabat, dicens. S
Vere & hic cum illo erat. Nam &
Galilæus est. C Et ait Petrus. S Ho-

mo,nescio quid dicis. C continuo,
adhuc illo loquente, cãtauit gallus.
Et conuersus dominus respexit Pe-
trum.Et recordatus est Petrus verbi
domini,sicut dixerat, quia priusquã
gallus cãtet,ter me negabis.Et egres
sus foras Petrus fleuit amare. Et viri
qui tenebant Iesum, illudebant ei,
cædentes.Et velauerũt eum, & per-
cutiebant faciem eius: & interroga
bant eum, dicentes. S Prophetiza,
quis est qui te percussit? C Et alia mul
ta blasphemãtes dicebant in eũ. Et
vt factus est dies,conuenerunt senio
res plebis & principes sacerdotũ &
scribæ, & duxerunt illum in conci-
lium suum,dicentes. S Si tu es Chri
stus, dic nobis? C Et ait illis. ✠ Si
vobis dixero,nõ credetis mihi: si au
tem & interrogauero,non respõde-
bitis mihi,neque dimittetis. Ex hoc
autem erit filius hominis sedens a
dextris virtutis dei. C Dixerunt aũt
omnes. S. Tu ergo es filius dei? C
Qui ait. ✠ Vos dicitis, quia ego sũ.
C At illi dixerunt. S Quid adhuc de-
sideramus testimonium? Ipsi enim
audiuimus de ore eius. C Et surgẽs
omnis multitudo eorum, duxerunt
illum ad Pilatum. Cœperunt autem
accusare illum,dicentes. S Hunc in-
uenimus subuertẽtẽ gẽtem nostrã:
& prohibentem tributa dari Cæsa-
ri: & dicentem se Christum regem
esse. C Pilatus autem interrogauit
eum,dicẽs, S Tu es rex Iudæorum?
C At ille respondens ait. ✠ Tu di-
cis. C Ait autem Pilatus ad princi-
pes sacerdotum & turbas. S. Nihil
inuenio causę in hoc homine. C At
illi inualescebant,dicentes. S Cõmo
uit populum,docens per vniuersam
Iudæã, incipiẽs a Galilæa vsq; huc.



C Pilatus au-
tem audiẽs Ga
lilęam, interro
gauit si homo
Galilęus esset.
Et vt cogno-
uit, quod de
Herodis pote-
state esset, re-
misit eum ad
Herodem,qui & ipse Hierosolymis
erat illis diebus. Herodes autem vi-
so Iesu gauisus est valde. Erat enim
cupiens ex multo tempore videre
illum,eo quod audierat multa de il-
lo: & sperabat signum aliquod vi-
dere ab eo fieri.Interrogabat autem
illum multis sermonibus. At ipse
nihil illi respondebat. Stabant autẽ
principes sacerdotũ & scribę cõstã
ter accusantes eum.Spreuit aũt illũ



Herodes cum
exercitu suo: &
illusit indutum
veste alba, &
remisit ad Pi-
latum. Et facti
sunt amici He
rodes & Pila-
tus in ipsa die:
nam antea ini

mici erant adinuicem. Pilatus autẽ
conuocatis principibus sacerdotũ,
& magistratibus, & plebe, dixit ad
illos. S Obtulistis mihi hunc homi-
nem, quasi euertentem populum:
& ecce ego coram vobis interro-
gans, nullam causam inuenio in ho
mine isto ex his in quibus eum accu-
satis.Sed neque Herodes. Nam re-
misi vos ad illum: & ecce, nihil di
gnum morte actum est ei. Emenda-
tum ergo illum dimittam. C Neces-
se autem habebat dimittere eis per
diem festum,vnum. Exclamauit au-
tem simul vniuersa turba, dicens. S
Tolle hunc, & dimitte nobis Barab
bam. C Qui erat propter seditionẽ
quandam factam in ciuitate & ho-
micidium,missus in carcerem. Iterũ
autem Pilatus locutus est ad illos,
volẽs dimittere Iesum.At illi subcla
mabãt,dicẽtes. S Crucifige, Crucifi
ge eũ. C Ille aũt tertio dixit ad illos.



S Quid enim
mali fecit iste?
Nullam cau-
sam mortis in
uenio in eo.
Corripiam er-
go illum,& di-
mittam. C At
illi instabãt vo
cibus magnis
postulantes vt crucifigeretur: & in-
ualescebant voces eorum. Et Pila-
tus adiudicauit fieri petitionem
eorum.Dimisit autem illis eum qui
propter homicidium & seditionem
missus fuerat in carcerem,quem pe-
tebant: Iesum vero tradidit volunta
tati eorum. Et cum ducerent eum,
apprehenderunt Simonem quendã
Cyrenensem venientem de villa: &
imposuerunt illi crucẽ portare post
Iesum. Sequebatur autẽ illum mul-
ta turba populi, & mulierum: quæ
plangebant & lamentabantur eum
Conuersus autem Iesus ad illas, di-
xit ✠ Filiæ Hierusalem, nolite flere
super me: sed super vos ipsas flete,&
super filios vestros. Quoniam ecce
venient dies,in quibus dicent. Bea-
tæ steriles,& vẽtres q̃ nõ genuerũt,
& vbera q̃ nõ lactauerũt. Tunc inci-
piẽt dicere mõtibus, cadite sup nos:
& collibꝰ, operite nos. Quia si ĩ viri-
di ligno hæc faciunt: ĩ arido q̃d fiet?
C Ducebant autẽ & alij duo nequã
cum eo,vt interficerentur. Et postq̃
venerunt in locum,qui vocatur Cal
uariæ,ibi crucifixerunt eum: & latro
nes,vnum a dextris, & alterum a si-
nistris. Iesus autem dicebat. ✠ Pa-
ter,dimitte illis: non enim sciunt q̃d
faciunt. C Diuidentes vero vestimẽ
ta eius,miserunt sortes. Et stabat po
pulus spectans: & deridebant eum
principes cum eis, dicẽtes. S Alios
saluos fecit: se saluũ faciat, si hic est
Christus,dei electus. C Illudebant
autem ei & milites accedentes: & a-
cetum offerẽtes illi, & dicẽtes. S. Si
tu es rex Iudæorum, saluum te fac.
C Erat autem & superscriptio scri-

pta super eũ literis grecis & latinis,
& hebraicis: Hic est rex Iudæorum.
Vnus autem de his, qui pendebant,
latronibus, blasphemabat eum, di-
cens. S Si tu es Christus, saluum fac
temetipsum, & nos. C Respondens
autem alter, increpabat eum, dicẽs.
S Neq; tu times deum, qui ĩ eadem
damnatione es? Et nos quidem iu-
ste, nam digna factis recipimus: hic
vero nihil mali gessit. C Et dicebat
ad Iesum. S Domine, memẽto mei,
cum veneris in regnum tuum. C Et
dixit illi Iesus. ✠ Amen dico tibi: ho
die mecum eris in paradiso. C Erat
autem fere hora sexta: & tenebræ fa
ctæ sunt in vniuersam terram, vsque
in horam nonam. Et obscuratus est
Sol: & velum templi scissum est me-
dium. Et clamãs Iesus voce magna,
ait. ✠ Pater, in manus tuas commẽ
do spiritum meũ. C Et hæc dicẽs, ex
pirauit. Hic pausatur aliquãtulum,
& genuflectitur. Videns autem Cẽ-
turio quod factum fuerat, glorifica-
uit Deum, dicens. S Vere hic homo
iustus erat. C Et omnis turba eorũ
qui simul aderant ad spectaculum
istud, & videbant quæ fiebant: per-
cutientes pectora sua, reuertebãtur.
Stabant autem omnes noti eius a lõ
ge: & mulieres, quæ secutæ erãt eũ
a Galilæa, hæc videntes.

Hic legitur in tono euangelij, & alia
fiunt vt supra.

ET ecce, vir nomine Ioseph, qui
erat decurio: vir bonus, & iust⁹:
hic non consenserat consilio & acti
bus eorum: ab Arimathia ciuitate Iu
dææ: qui expectabat & ipse regnũ
Dei. Hic accessit ad Pilatũ, & petijt
corpus Iesu. Et depositum inuoluit
sindone: & posuit eum in monumẽ
to exciso, in quo nondum quisquã
positus fuerat. **Offertorium.**

D omine exaudi orationem meã, & (ps. 101)
clamor meus ad te perueniat: ne auer
tas faciem tuam a me. **Secreta.**

SVscipe quæsumus domine mu
nus oblatum, & dignanter ope
rare: vt quod passionis filij tui domi
ni nostri mysterio gerimus, pijs affe
ctibus cõsequamur. Per dominum.
P rotege. vel O blatis. **Communio.**

P otum meum cum fletu temperabã:
quia eleuans allisisti me, & ego sicut
fenum arui: tu autem domine in æter-
num permanes: tu exurgens misere- (ps. 10.)
beris Sion, quia venit tempus miserẽ
di eius. **Postcommunio.**

LArgire sensibus nostris omni-
potens deus: vt per temporalẽ
filij tui mortem, quam mysteria ve-
neranda testãtur, vitam te nobis de-
disse perpetuam confidamus. Per
eundem dominum nostrum Iesum.
vel Q uæsumus. vel H æc nos q̃s.
Super populum. O remus.
Humiliate capita vestra deo.

REspice quæsumus domine, su-
per hãc familiam tuam, ꝓ qua
dominus noster Iesus Christus non
dubitauit manibus tradi nocentiũ,
& Crucis subire tormẽtũ. Qui tecũ.

FERIA QVINTA
In cæna Domini.



Statio ad sanctum Ioannem in Laterano. Introitus.

NOs autem gloriari oportet (Ga. 6.)
in Cruce domini nostri Ie
su Christi, in quo est salus
vita & resurrectio nostra: per quẽ sal-
uati, & liberati sumus. **Psalmus.**
D e⁹ misereat̃ nostri, & benedicat no (ps. 16.)
bis: illuminet vultum suum sup̃ nos,
& misereatur nostri. N os autem. dici
tur. G loria in excelsis, & tunc pulsan
tur campanæ, & deinceps non ampli⁹
vsq; ad sabbatum sanctum. **Oratio.**

DEus, a quo & Iudas reatus sui
pænam, & confessionis suę la-
tro præmium sumpsit: concede no-
bis tuæ propitiationis effectum: vt
sicut in passione sua Iesus Christus
dominus noster diuersa vtrisque in-
tulit stipendia meritorum: ita nobis
ablato vetustatis errore, resurrectio-
nis suæ gratiam largiatur. Qui tecũ
viuit, & regnat ĩ vnitate spiritus san-
cti deus, per omnia sæcula sæculorũ.

Et hęc oratio tantum dicitur.

**Lectio epistolæ beati Pauli aposto-
li ad Corinthios.**

FRatres. Conuenientibus vobis (1. c. 11.)
in vnum, iam non est dominicã
cænam manducare. Vnusquisque e-
nim cænam suam præsumit ad man
ducandum. Et alius quidem esurit:
alius autem ebrius est. Nunquid do-
mos non habetis ad mãducandum
& bibendum? Aut ecclesiam dei cõ
temnitis: & confunditis eos qui nõ
habent? Quid dicam vobis? Laudo
vos? In hoc non laudo. Ego enim ac
cepi a domino, quod & tradidi vo-
bis: quoniam dominus Iesus in qua
nocte tradebatur, accepit panem: &
gratias agens fregit, & dixit. Accipi-
te, & mãducate: hoc est corpus meũ
quod pro vobis tradetur. Hoc facite
in meam commemorationem. Si-
militer & calicem, postquam cæna-
uit, dicens. Hic calix, nouum te-
stamentum est in meo sanguine.
Hoc facite, quotiescunque bibi-

tis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hũc, & calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini ĩdigne: reᵘ erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsũ homo: & sic, de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudiciũ sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles: & dormiũt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus: non vtique iudicaremur. Dũ iudicamur autem, a domino corripimur, vt nõ cum hoc mũdo dãnemur. Gradua. Christus factus est pro nobis obediẽs vsque ad mortem, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illũ: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Sequentia sancti euangelij secundũ Ioannem.

c.13 Ante diem festum paschæ, sciẽs Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos. Et cæna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes: sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a deo exiuit, & ad deum vadit: surgit a cæna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cæpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat pręcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modo: scies autẽ postea Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in ęternum. Respõdit ei Iesus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus, Domine, non tantũ pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquã ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua. Et cum recubuisset iterum, dicit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magister & domine: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Et dicitur Credo. Offertorium. Ps. 11 Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem, non moriar, sed viuã: & narrabo opera dñi. Secreta. Ipse tibi, quæsumus, domine sancte, pater oĩs, æterne deus, sacrificiũ nr̃m reddat acceptũ, q̃ discipulis suis in sui cõmemorationem hoc fieri hodierna traditione mõstrauit, Iesus Christus filius tuus, dominus noster. Qui tecum viuit, & regnat.

Præfatio de Cruce Infra actionem.

Communicãtes, & diẽ sacratissimũ celebrãtes, quo dñs noster Iesus Christus ꝓ nobis est traditus. Sed & memoriã venerãtes, ĩ primis gloriosæ semperq; virginis Mariæ, genitricis dei, & dñi nr̃i Iesu Christi: Sed & beatorũ apostolorum ac martyrum tuorũ Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thadæi: Lini, Cleti, Clemẽtis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Ioãnis & Pauli, Cosmę & Damiani, & omnium sanctorum tuorum: quorum meritis, precibusque concedas: vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum dominum nostr.

Alia Infra actionem.

Hanc igiť oblationẽ seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ; quam tibi offerimus, ob diẽ, in qua dñs noster Iesus Christus tradidit discipulis suis corporis & sanguinis sui mysteria celebrãda: quæsumᵘ domine, vt placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas: atque ab æterna damnatione nos eripi: & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eũdem Christum do. Quam oblationem tu deus in omnibus, quæsumus: Benedictam ✠ Ascriptam ✠ Ratam ✠ Rationabilem, acceptabilemq; facere digneris: vt nobis Corpus ✠ & Sanguis ✠ fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi.

Alia Infra actionem.

Qui pridie, quã ꝓ nostra oĩumq; salute pateretur, hoc est hodie: accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis in cælum ad t. &c. Agnus dei, dicitur. sed Pax non datur.

Hodie reseruat Sacerdos in loco honesto & cõuenienti vnam hostiam consecratam pro die sequenti, in quo non conficitur: vel etiam plures, si necesse fuerit pro infirmis: sanguinem vero totum sumit. Deinde fiat cõmunio: & postea completur missa. Cõm. Io. 13. Dominus Iesus postquam cænauit cum discipulis suis, lauit pedes eorũ, & ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus & magister? exemplũ dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Postcõ. Refecti vitalibus alimentis, quæsumus domine deus noster: vt quod tempore nostræ mortalitatis cultu exequimur, tuæ immortalitatis munere consequamur. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecum.

Et dicitur, Ite missa est. Datur benedictio, & dicitur Euangelium Sancti Ioannis. Finita missa, accenduntur intorticię, fit processio more solito. Celebrans genuflectit ante altare, imponit incensum in duobus thuribulis, &c.

& cum altero incensat ter sacramen-
tum: deinde de manu diaconi accepto
calice cum sacramento, & cooperto
extremitatibus veli, quo eius humeri
teguntur, procedit medius inter diaco
num a dextris, & subdiaconum a sini-
stris sub baldachino, duob⁹ acoluthis
sacramentum continue incensantibus
vsque ad locum præparatum, vbi pro
crastino seruandum est. Interea dum
fit processio cantatur hymnus. Pange
lingua gloriosi corporis. Reposito sa-
cramento, & rursus incensato, in cho
ro dicãtur vesperæ: postea sacerdos
cum ministris denudet altaria legen-
do antiphonam. Diuiserunt sibi vesti
menta mea: & super vestem meam mi-
serunt sortem. Cum toto psalmo.
Deus Deus meus respice in me.

¶ Post denudationem altarium ho-
ra cõpetenti facto signo cũ tabula, con
ueniunt Clerici ad faciẽdum mãdatũ.
Prælatus seu Superior induitur stola
& pluuiali violaceis, & in loco ad id
deputato, ministrante Diacono, (qui
paratus cum Subdiaconus vt in Missa
paramentis albis ei assistit) imponit in
censum in thuribulo: Deinde Diaco-
nus librum Euangeliorum ante pect⁹
tenens, genuflexus ante Superiorem,
petit benedictionem: qua accepta, astã
tibus duobus Ceroferarijs cum cande
libris accensis, & Subdiacono librum
tenente, signat librum, & incensat, &
cantat, vt moris est, Euangelium,
Ante diem festũ Paschæ, vt in Missa.
Quo finito Subdiaconus portat librũ
osculandũ Superiori, & Diaconus ei
incensat. Postea Superior exuitur plu
uiali, & p Diaconũ & Subdiaconum
præcingitur linteo, & sic pręcinctus,
assistentibus sibi Diacono & Subdia-
cono, accedit ad lotionem pedum: &
& per ordinem dispositis, ijs qui lauã
di sunt, Clericis peluim & aquam mi-
nistrãtibus, Subdibcono singulorũ pe
dẽ dextrũ tenẽte, genuflectẽs singulis,
illorũ pedẽ lauet, extergit, & osculat.
Et interim hæc subscripta cantantur:
vel omnia vel in parte: pro dispositio-
ne cantorum. Antiphona. Mandatum
nouũ do vobis: vt diligatis ĩuicẽ, sicut
dilexi vos, dicit dñs. ℣s. Beati imma-
culati in via, q ambulant in lege dñi.
Et repetit̃ immediate aña. Mandatũ
nouũ. Et sit aliæ añæ q̃ habẽt psamos:
vel versus repetuntur Et de quolibet
psalmo nõ dicit̃ nisi vn⁹ versus, Aña.
Postquam surrexit dominus a cæna,
misit aquã ĩ peluim, & cæpit lauare pe
des discipulorũ suorũ: hoc exẽplũ reli
quit eis. ℣s. Magnus dñs, & laudabilis
nimis ĩ ciuitate Dei nr̃i, ĩ mõte sancto
ei⁹. Aña. Dñs Iesus postquã cænauit
cũ discipulis suis, lauit pedes eorum,
& ait illis: scitis q̃d fecerim vobis ego
dñs & magister? exẽplũ dedi vobis: vt
& vos ita faciatis. Psalmus. Benedixi
sti domine terram tuã, auertisti capti-
uitatem Iacob. Aña Domine tu mihi
lauas pedes? respondit Iesus, & dixit
ei: si non lauero tibi pedes, non habe-
bis partem mecum. ℣. Venit ergo ad
Simonem Petrum, & dixit ei Petrus.

Et repetitur antiphona. Domine, tu
mihi lauas pedes? respondit Iesus, &
dixit ei: si non lauero tibi pedes, non
habebis partem mecum. ℣. Quod e-
go facio tu nescis modo: scies autem
postea. Tertio repetitur aña Domine
tu mihi lauas pedes? respondit Iesus,
& dixit ei: si non lauero tibi pedes, nõ
habebis partem mecum. ℣. Si ego do-
minus & magister vester laui vobis pe
des: quanto magis debetis alter alte-
rius lauare pedes? Psalm⁹. Audite hęc
omnes gentes: auribus percipite qui
habitatis orbem. Aña. In hoc cogno-
scent omnes, quia mei estis discipuli: si
dilectionem habueritis adinuicem. ℣.
Dixit Ies⁹ discipulis suis. Antiphona.
Maneant in vobis fides, spes, charitas,
tria hęc: maior autem horum est cha-
ritas. ℣. Nunc autem manent fides,
spes, charitas, tria hæc maior horum
est charitas. Antiphona. Benedicta sit
sancta trinitas, atque indiuisa vnitas:
confitebimur ei, quia fecit nobiscum
misericordiam suam. ℣. Benedicam⁹
patrem, & filium, cum sancto spiritu.
Psalmus. Quam dilecta tabernacula
tua domine virtutum? concupiscit &
deficit anima mea ĩ atria domini. Aña.
Vbi charitas & amor, deus ibi est. ℣.
Congregauit nos in vnum Christi a-
mor. ℣. Exultemus, & in ipso iucun-
demur. ℣. Timeamus, & amemus deũ
viuum. ℣. Ex corde diligam⁹ nos syn
cero. Et repetitur antiphona. Vbi cha
ritas & amor, deus ibi est. ℣. Simul er
go cum in vnum congregamur. ℣. Ne
nos mente diuidamur: caueamus. ℣.
Cessent iurgia maligna, cessent lites.
℣. Et in medio nostri sit Christus de⁹
Et repetitur Antiphona. Vbi charitas
& amor, deus ibi est. ℣. Simul quoq;
cum beatis videamus. ℣. Glorianter
vultum tuum Christe de⁹. ℣. Gaudiũ,
quod est immẽsum, atque probum. ℣.
Sęcula p infinita seculorum, Amen.
Post lotionem, qui alijs abluit pedes
capite detecto dicit. Pater noster. ℣.
Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Tu man-
dasti mandata tua domine. ℟. Custo-
diri nimis. ℣. Tu lauasti pedes disci-
pulorum tuorum. ℟. Opera manuum
tuarum ne despicias. ℣. Domine exau
di orationem meam. ℟. Et clamor me
us ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ.
℟. Et cum spiritu tuo. Orem⁹. Oratio.

ADesto domine, quæsumus, offi-
cio seruitutis nostræ: & quia tu
discipulis tuis pedes lauare dignatus
es, ne despicias opa manuum tuarum,
quæ nobis retinenda mãdasti: vt sicut
hic nobis & a nobis exteriora ablun-
tur inquinamenta: sic a te omni
um nostrum interiora lauẽ-
tur peccata. Quod ipse p̃-
stare digneris, qui vi-
uis & regnas, deus,
per omnia secu
la seculorum.
℟. Amen.




FERIA SEXTA
In Parasceue.

Statio ad sanctã Crucẽ in Hierusalẽ.



Inita Nona, Sacerdos, & ministri induti vestimẽtis nigri coloris, ꝓcedunt sine luminaribus, & incenso: & ante altare prostrati aliquandiu orãt, Interim Acoluthi vnam tantum tobaleam extendũt super altare. Sacerdos cum ministris facta oratione accedit ad altare: deinde Lector procedit ad legendũ, & sine titulo incipit ꝓphetiã.

Osee. 6.



Aec dicit dominus. In tribulatione sua mane cõsurgent ad me. Venite, reuertamur ad dominum: quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: & in die tertio suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus dominum. Quasi diluculum præparatꝰ est egressus eius: & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciã tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: & quasi ros mane pertransiẽs. Propter hoc dolaui in prophetis: occidi eos ĩ verbis oris mei. Et iudicia tua, quasi lux, egrediẽtur. Quia misericordiã volui, & nõ sacrificium & scientiam dei, plsuquam holocausta. Tractus.

Abac. 3.

Domine, audiui auditum tuum, & timui: consideraui opera tua, & expaui. ℣. In medio duorũ animalium ĩnotesces: dum appropinquauerint anni, cognosceris: dum aduenerit tempꝰ, ostẽderis. ℣. In eo, dum conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordiæ memor eris. ℣. Deus a Libano veniet, & sanctus de monte vmbroso, & condenso. ℣. Operuit cælos maiestas eius: & laudis eius plena est terra. Finito tractu Sacerdos dicit. Oremꝰ. Diaconꝰ. Flectamꝰ genua. & Subdiaco Leuate.

Deus, a quo & Iudas reatus sui pęnam, & confessionis suę latro præmium sumpsit: concede nobis tuæ propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Iesus Christus dominus noster diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectiõis suę gratiã largiatur. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deꝰ: per omnia sęcula sęculorũ. ℟. Amẽ.

Subdiaconus in tono Epostolæ similiter sine titulo cantat sequentem lectionem.

Exod. 12.

In diebus illis. Dixit dominus ad Moysen & Aarõ in terra Aegypti. Mensis iste, vobis principium mensiũ primꝰ erit ĩ mẽsibꝰ ãni. Loqmini ad vniuersum cętũ filiorũ Israel, & dicite ei. Decima die mẽsis huius tollat vnusqsq; agnũ ꝑ familias & domos suas. Sinautem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suum, qui

numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suæ: iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus anniculus: iuxta quem ritum tolletis, & hędum. Et seruabitis eum vsque ad quartam decimam diem mensis huius. Immolabitque eum vniuersa multitu do filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine eius: ac ponent super vtrunque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes, cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis: & os eius non confringetis: nec remanebit ex eo quicquam vsque mane. Si quid residuum fuerit, igni comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: & calciamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus: & comedetis festinanter. Est enim phase (idest trãsitus) domini. Tractatus.

Ps. 133

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die constituebant prælia. ℣. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. ℣. Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. ℣. Et funes extenderũt in laqueum pedibus meis: & iuxta iter scandalum posuerunt mihi. ℣. Dixi domino, deus meus es tu: exaudi domine vocem orationis meæ. ℣. Domine domine virtus salutis meæ, obumbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me: ne derelinquas me, ne vnquam exaltentur. ℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. ℣. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo. Finito tractu, Passio super nudum pulpitum dicitur.


¶ Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Ioannem.



Ca. 18.

In illo tempore. Egressus est Iesus cũ discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortꝰ in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat aũt, & Iudas, q tradebat eũ, locũ: quia frequẽter Iesus conuenerat illuc cũ discipulis suis. Iudas ergo cũ accepisset cohortẽ, & a pontificibꝰ & pharisęis ministros: venit illuc cũ laternis, & facibus, & armis. Iesus itaq; sciens oĩa, quæ vẽtura erãt sup

eum, processit, & dixit eis. ✠ Quem quæritis? C Responderunt ei. S Iesũ Nazarenum. C Dixit eis Iesus. ✠ Ego sum. C Stabat autem & Iudas, q tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. ✠ Quẽ quæritis? C Illi autem dixerunt. S Iesum Nazarenũ. C Respõdit Iesus. ✠ Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me q̃ritis, sinite hos abire. C. Vt impleret sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quẽquam. Simon ergo Petrus habẽs gladium eduxit eum: & percussit põtificis seruum: & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomẽ seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. ✠ Mitte gladiũ tuum in vaginã. Calicem quem dedit mihi pr̃, non vis vt bibã illũ? Cohors ergo, & tribunᵘˢ & ministri Iudæorum comprehenderũt Iesum, & ligauerũt eum: & adduxerũt eum ad Annam primum. Erat enim





socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui cõsilium dederat Iudæis: quia expedit vnum hominẽ mori pro populo. Sequebatur aũt Iesum Simon Petrus, & alius discipulᵘˢ. Discipulus autem ille, erat notus pontifici: & introiuit cũ Iesu in atrium Põtificis, Petrᵘˢ autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. S Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. S Non sum. C Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis: & Petrus stãs, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respõdit ei Iesus. ✠ Ego palam locutᵘˢ sum mũdo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas?





Interroga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. C Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens. S Sic respondes pontifici? C Respondit ei Iesus. ✠ Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autẽ bene, quid me cædis? C Et misit eũ Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei. S Nunquid, & tu ex discipulis eius es. C Negauit ille, & dixit. S Non sum. C Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrᵘˢ auriculam. S Nonne ego te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. Adducunt ergo Iesum a Caipha in prætorium. Erat autem mane. Et ipsi non introierũt in prætorium, vt non contaminarentur: sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit. S Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? C Responderunt, & dixerunt ei. S Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus. S Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. C Dixerunt ergo ei Iudæi. S Nobis non licet interficere quenquam. C Vt sermo Iesu impleretur quem dixit: significãs qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum Pilatus in prætorium, & vocauit Iesum: & dixit ei. S Tu es rex Iudæorũ? C Respondit Iesus. ✠ A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? C Respondit Pilatus. S Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti. C Respondit Iesus. ✠ Regnum meũ non est de hoc mundo. Si ex hoc mũdo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. C Dixit itaque ei Pilatus. S Ergo rex es tu? C Respondit Iesus. ✠ Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mũdum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. C Dicit ei Pilatus. S quid est veritas. C Et cũ hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis. S Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum di-





mittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? C Clamauerunt rursum omnes, dicentes. S Non hunc sed Barabbam. C Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant. S Aue Rex Iudæorum. C Et dabāt ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis. S Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. C Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis. S Ecce homo. C Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant, dicentes. S Crucifige, crucifige eum. C Dicit ei Pilatus. S Accipite eū vos, & crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo causam. C Responderunt ei Iudæi. S Nos legem habemus: & secūdum legem debet mori, quia filium dei se fecit. C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et īgressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum. S Vnde es tu? C Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi nō loqueris? Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? C Respondit Iesus. ✠ Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. C Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes. S Si hunc dimittis, non es amicus Cęsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cęsari. C Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceue paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Iudæis. S Ecce rex vester. C Illi autem clamabāt. S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Regem vestrum crucifigā? C Responderunt pontifices. S Nō habemus regem, nisi Cæsarem. C Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperūt autem Iesum & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum: hebraice autem Golgotha: vbi eum crucifixerunt: & cū eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorū. Hūc ergo titulum multi legerunt Iudæorū quia prope ciuitatē erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptū hebraice, grece, & latinè. Dicebāt ergo Pilato pōtifices Iudæorū. S Noli scribere rex Iudæorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. C Respondit Pilatus. S Quod scripsi, scripsi. C

C Milites ergo cum crucifixissēt eū, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicē. S Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. C Vt scriptura impleretur, dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantē quem diligebat, dicit matri suæ. ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam discipulus in suā. Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, vt consūmaretur scriptura, dicit. ✠ Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenā aceto hyssopo circumponētes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit. ✠ Consummatum est. C Et inclinato capite tradidit spiritū. Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur. Iudęi ergo, quoniam parasceue erat, vt nō remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissēt, vt viderunt eū iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt scriptura īpleretur. Os nō comminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Hic legitur in tono euangelij sine incenso & luminaribus & benedictione.

Post hęc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia (eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferēs mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem ī loco vbi crucifixus est hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondū quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudęorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. Deinde Sacerdos stans ī cornu epistolæ, incipit absolute.



Oremus, dilectiſſimi nobis ꝓ eccl̃a ſancta dei: vt eã deus, & dñs



nr̃, pacificare ,adunare,& cuſtodire dignet̃: toto orbe terrarũ



ſubijciẽs ei prĩcipatus,& poteſtates :detq; nobis quietã,&trãquillã vitã



Diaconus.

degentibus,glorificare deũ patrem omnipotentẽ. Oremus.



Subdiaconus

Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio cantatur in tono feriali orationis miſſæ. Hic modus ſeruatur in ſubſequentibus.

OMnipotens ſempiterne deus: qui gloriam tuam omnibus in Chriſto gentibus reuelaſti: cuſtodi opera miſericordiæ tuæ: vt eccleſia tua toto orbe diffuſa; ſtabili fide in confeſſione tui nominis perſeueret. Per eundem.

ORemus & pro beatiſſimo Papa noſtro N vt deus & dominus noſter, qui elegit eum in ordine epiſcopatus, ſaluum atq; incolumen cuſtodiat eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ad regẽdũ populũ ſanctum dei. Oremus. Flectamus genus. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne deus, cuius iudicio vniuerſa fundantur: reſpice propitius ad preces noſtras: & electum nobis antiſtitẽ tua pietate cõſerua: vt Chriſtiana plebs, quę te gubernatur auctore, ſub tãto pontifice credulitatis ſuę meritis augeatur. Per dominum. ℟. Amen.

ORemus & pro omnibus epiſcopis, presbyteris, diaconibus: acoluthis, exorciſtis, lectoribus

oſtiarijs, confeſſoribus, virginibus, viduis: & pro oĩ populo ſancto dei. Orem⁹ Flectam⁹ genua. ℟. Leuate.

OMnipotẽs ſẽpiterne de⁹; cuius ſpũ totũ corpus eccl̃iæ sãctificatur, & regit̃: exaudi nos ꝓ vniuerſis ordinibus ſupplicãtes: vt gratiæ tuæ munere ab oĩbus tibi gradibus fideliter ſeruiat̃. Per dom. ℟. Amen.

ORemus, & ꝓ Chriſtianiſſimo Imperatore noſtro. N. vt de⁹ & dñs nr̃ ſubditas illi faciat omnes barbaras nationes: ad noſtram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotẽs ſempiterne deus, in cui⁹ manu sũt oĩum ptãtes; & oĩum iura regnorũ: reſpice ad Romanũ benignus ĩperiũ: vt gẽtes q̃ in ſua feritate cõfidũt; potẽtiæ tuę dextera cõprimant̃. Per dom. ℟. Amẽ.

ORem⁹ & ꝓ catechumenis noſtris: vt deus & dñs noſter adaperiat aures p̃cordiorũ ipſorũ, ianuã que miſericordię: vt p lauacrũ regenerationis, accepta remiſſione omniũ peccatorũ, & ipſi inueniant̃ in Chriſto Ieſu dño noſtro. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotẽs ſempiterne deus, q eccl̃am tuã noua ſemp ꝓle fęcũdas: auge fidẽ & ĩtellectũ catechumenis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tuę filijs aggregẽtur. Per dominum. ℟. Amen.

ORemus, dilectiſſimi nobis deũ patrẽ oĩpotẽtẽ, vt cũctis mundũ purget erroribus: morbos auferat: famẽ depellat: apiat carceres: vĩcula diſſoluat: peregrinãtib⁹ reditũ: infirmantibus ſanitatẽ: nauigãtibus portum ſalutis indulgeat. Oremus Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotẽs ſẽpiterne deus, meſtorũ cõſolatio, laborãtiũ fortitudo: pueniãt ad te p̃ces de quacũq; tribulatione clamãtiũ: vt oẽs ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiã tuã gaudeãt affuiſſe. Per dñm. ℟. Amẽ.

ORemus & ꝓ hereticis, & ſchiſmaticis: vt deus & dñs noſter eruat eos ab erroribus vniuerſis: & ad ſanctã matrem eccl̃am catholicã atq; aplicã reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotẽs ſempiterne deus, q ſaluas oẽs, & neminẽ vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt oĩ heretica prauitate depoſita errantiũ corda reſipiſcant: & ad veritatis tuæ redeãt vnitatem. Per dominum. ℟. Amen.

ORemus & ꝓ perfidis iudeis: vt deus & dñs nr̃ auferat velamẽ de cordibus eorũ: vt & ipſi agnoſcãt Ieſũ Chr̃m dñm nr̃m. non reſpondetur Amen. ſed ſtatim dicitur.

OMnipotẽs ſẽpiterne deus, q ẽt iudaicã pfidiã a tua miſericordia ñ repellis: exaudi p̃ces nr̃as, quas ꝓ illius populi obcecatiõe deferimus: vt agnita veritatis tuæ luce, q̃ Chriſtus eſt, a ſuis tenebris eruãtur. Per dominum. ℟. Amen.

ORemus & pro paganis:vt deꝰ omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorũ: vt relictis idolis ſuis,cõuertãtur ad deum viuum, & verum, & vnicum filium eius Ieſum Chriſtum deũ & dominum noſtrum:cum quo viuit &regnat cum ſpiritu ſancto deus,per omnia ſecula ſecu. Non reſpondetur. Amen.

Oremus.Flectamus genua. ℟. Leu.

OMnipotens ſempiterne deus, qui non mortem peccatorũ, ſed vitam ſemper inquiris, ſuſcipe propitius orationem noſtram: & libera eos ab idolorum cultura:& aggrega eccleſię tuæ ſanctæ, ad laudẽ & gloriam nominis tui. Per dominum. ℟. Amen.

Cõpleti s orationibus Sacerdos, depoſita caſula procedit ad cornu epiſtolę, & ibi in poſteriori parte anguli altaris accipit crucẽ a miniſtris ſibi p̄paratam: quam verſa facie ad chorũ, a ſummitate parum diſcooperit, incipiens ſolus antiphonã. **Ecce lignum crucis.** Ab illo loco in antea iuuatur in cantu a miniſtris vſq; ad **Venite adoremus.** Choro vero cãtãte. **Venite adoremus.** omnes ſe proſternunt. Deinde procedit ad anteriorem partem anguli eiuſdem cornu epiſtolę:& diſcooperiẽs amplius crucem, eleuãs eam pauliſper altius, quam primo incipit. **Ecce lignum crucis.** alijs cãtantibus & adorantibus,vt ſupra.Deinde Sacerdos procedit ad medium altaris & diſcooperiens crucem totaliter. ac eleuando eam tertio,altius incipit. **Ecce lignum crucis.** alijs cantantibꝰ, & adorantibus,vt ſupra. Poſtea Sacerdos deponit crucem in loco ad hoc præparato ante altare.



Ecce li gn um cru cis



in quo ſa lus mun di pe



pendit. Chorus.℟.



Ve ni te ado re mus.

Deinde deponit calceamenta:& accedit ad adorandum crucem ter genua flectens ante deoſculationem crucis. Hoc facto reuertitur,& accipit calceamenta,& caſulam. Poſtmodum miniſtri altaris:deinde alij,ter genibus flexis,vt dictũ eſt crucẽ adorãt. Interim dum ſit adoratio crucis cantantur improperia,& alia quę ſequuntur totaliter,vel in parte,prout multitudo adorãtiũ vel paucitas reqrit: hoc modo. Duo cantores cãtãt in medio chori. ℣. Popule meus. vſque ad Agios otheos. ℣. Popule meꝰ quid feci tibi?

aut in quo cõtriſtaui te,reſponde mihi? ℣. Quia eduxi te de terra Aegypti:paraſti crucem ſaluatori tuo. Vnꝰ chorus cantat. Agios otheos. Alius chorus reſpõdet. Sãctus deus. Primꝰ chorus. Agios iſchyros. Secundus chorus. Sanctus fortis. Primus chorꝰ. Agios athanatos eleiſon imas. Secundus chorus. Sãctus & immortalis miſerere nobis. Poſtea duo de ſecundo choro cãtãt ℣. Quia eduxi te p deſertum quadraginta annis: & manna cibaui te,& introduxi te in terram ſatis optimam. Chori reſpondent alternatim. Agios otheos &c. Sãctus, & immortalis.&c. Ita tamẽ,quod primus chorus ſemp repetit. Agios. Deinde duo de primo choro cãtant. ℣. Quid vltra debui facere tibi, & non feci? Ego quidẽ plantaui te vineã meã ſpecioſiſſimã: & tu facta es mihi nimis amara:aceto nanque ſitim meam potaſti:& lancea perforaſti latus ſaluatori tuo. Item chori alternatim reſpõdẽt. Agios o theos. Sanctus &c.

Verſus ſequentis improperij a duobꝰ cantoribus alternatim cãtant, vtroq; choro ſimul repetẽte poſt quemlibet verſũ Popule meꝰ. vſq; ad Quia eduxi te de terra Aegypti.

¶ Incipiunt improperia. Duo de ſecundo choro cãtant. ℣. Ego ppter te flagellaui Aegyptũ cũ primogenitis ſuis:& tu me flagellatum tradidiſti. Chorus repetit. Popule meꝰ. Duo de primo choro. ℣. Ego eduxi te de Aegypto,demerſo Pharaone in mare rubrũ:& tu me tradidiſti principibus ſacerdotũ. Chorus. Popule meꝰ. Duo de ſecũdo choro. ℣. Ego ante te apui mare:&tu aperuiſti lãcea latus meũ. Chorus. Popule meꝰ. Duo de primo choro. ℣. Ego ante te pręiui in columna nubis:& tu me duxiſti ad prætoriũ Pilati. Chorus. Popule meꝰ. Duo de ſecundo choro. ℣. Ego te paui manna p deſertum: & tu me cęcidiſti alapis,& flagellis. Chorus. Popule meꝰ. Duo de primo choro. ℣. Ego te potaui aqua ſalutis de petra:& tu me potaſti felle,& aceto. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro. ℣. Ego ppter te Chananęorum reges pcuſſi:& tu pcuſſiſti arũdine caput meũ. Chorus. Popule meus. Duo de primo choro. ℣. Ego dedi tibi ſceptrũ regale: & tu dediſti capiti meo ſpineam coronã Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro. ℣. Ego te exaltaui magna virtute:& tu me ſuſpẽdiſti ĩ patibulo crucis. Chorꝰ. Popule meus. Sequẽs Aña. Crucẽ tuã adoramꝰ. cũ pſalmo Deus miſereat̃ noſtri. cãtatur cõiter & repetit̃ ĩmediate aña poſt ℣. Aña. Crucem tuam adoramus domine: & ſanctam reſurrectionẽ tuã laudamus, & glorificamus. Ecce enim propter lignũ venit gaudiũ in vniuerſo mũdo. P̃s. Deus miſereatur noſtri,& benedicat nobis:illuminet vultum ſuum ſup nos,& miſereat̃ nr̃i. Deinde hymnus. Crux fidelis. Cũ verſibus hymnorũ ſequẽtiũ. Pange lingua. Luſtris ſex q iam. Et cũ repetitionibus:vt inferius

ponũtur, ꝑ diſpoſitione cãtorũ. Hym.

Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla ſylua talẽ ꝓfert fronde: flore, germine. Dulce lignũ, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet. Hymnus.

Pange lingua glorioſi prælĩũ certaminis, & ſuꝑ crucis tropheo dic triũphũ nobilẽ, qualiter redẽptor orbis immolatus vicerit. Repetitur. Crux fidelis. vſque. Dulce lignũ. Et ſic fit quoties repetitur. Crux fidelis. ℣. De parẽtis ꝓtoplaſti fraude factor cõdolẽs: quando pomi noxialis morſu in mortẽ corruit: ipſe lignũ tunc notauit, dãmna ligni, vt ſolueret. Repetitur. Dulce lignũ. ℣. Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat, multiformis ꝓditoris ars vt artẽ falleret: & medelã ferret inde, hoſtis vnde læſerat. Repetit. Crux fidelis. ℣. Quãdo venit ergo ſacri plenitudo tẽporis, miſſus eſt ab arce pr̃is natus orbis conditor: atq; ventre virginali caro factus prodijt. Repetitur. Dulce lignũ. ℣. Vagit infans inter arcta cõditus præſepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat, & manꝰ pedeſq; crura ſtricta cingit faſcia. Repetit. Crux fidelis Alius hymnus. Luſtris, ſex qui iam peractis, tempus implens corporis: ſe volente natus ad hoc, paſſioni deditus: agnus in cruce leuatur, immolandus ſtipite. Repetit. Dulce lignũ. ℣. Hic acetum, fel, arundo, ſputa, claui, lancea: mite corpus perforatur: ſanguis, vnda profluit: terra, pontus, aſtra, mundus, quo lauantur flumine. Repetitur. Crux

Ioã. 13.

fidelis. ℣. Flecte ramos arbor alta: tenſa laxa viſcera: & rigor lenteſcat ille, quem dedit natiuitas: vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite. Repetit. Dulce lignum. ℣. Gloria & honor deo vſque quaque altisſimo, vna patri filioque inclyto paraclito, cui laus eſt & poteſtas, per ęterna ſecula, Amẽ.

¶ Circa finem adorationis Crucis, accenduntur candelę ſuper altare: & diaconus accipiens burſam corporaliũ, extendit corporale more ſolito: & finita adoratione, Crucem reuerenter accipit, & reportat ad altare. Poſtea ordinatur proceſſio ad locum, vbi pridie Sacramentum repoſitum fuerat. Præcedit Subdiaconus cum cruce inter duos acoluthos deferentes cãdelabra cum cereis accenſis, & Clerus per ordinem, vltimus Sacerdos cum miniſtris. Cum peruentum fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur intorticia, quæ non extinguantur niſi poſt ſumptionem Sacramenti: & Sacerdos genuflectit ante Sacramentum, orat aliquantulum: Diaconus interim aperit capſulam, in qua reconditũ eſt corpus Domini: poſtea Sacerdos imponit incenſum in duobus thuribulis, Diacono nauiculam miniſtrante, & genuflexus incenſat Sacramentum: deinde Diaconus extrahens calicem cum Sacramento de capſula, dat ad manus Sacerdotis, & tegit extremitatibus veli quod humeros Sacerdotis circundat: & procedũt ordine quo venerũt: defertur baldachinum ſuper Sacramẽ

tum: & duo acoluthi cum thuribulis continue Sacramentum incenſant: interim cantatur Hymnus. Vexilla regis prodeunt. Cum venerit Sacerdos ad altare, poſito ſuper illud Sacramento genuflexus, rurſus incenſat, & accedens ponit hoſtiam ſuper patenã quã Diaconus tenet: deinde accipiens patenam cum ſacramento de manu Diaconi, hoſtiam ſacram ponit ſuper corporale nihil dicẽs: Sacerdos ſi tetigerit Sacramentum, digitos abluat in aliquo vaſe: interim Diaconus imponit vinum in calicem, & Subdiaconus aquam: Sacerdos accipiens calicem a Diacono; ponit ſuper altare nihil dicẽs, & Diaconus illum cooperit: deinde ĩponẽs incenſum in thuribulo, ĩcẽſat oblata & altare more ſolito dicẽs.

INcẽſũ iſtud a te bñdictũ aſcendat ad te dñe: & deſcẽdat ſuꝑ nos miſericordia tua. Cũ ĩcẽſat altare dicit.

DIrigatur domine oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo: eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ. Pone dñe cuſtodiã ori meo, & oſtiũ circũſtãtiæ labijs meis, vt nõ declinet os meũ ĩ verba malitię, ad excuſandas excuſationes ĩ peccatis. Qñ reddit thuribulum Diacono dicit.

ACcendat in nobis dominus ignem ſui amoris, & flammam æternæ charitatis. Amen.

Poſtea lauat manus, nihil dicens: deinde in medio altaris inclinatus dicit

IN ſpiritu humilitatis, & in animo contrito ſuſcipiamur domine a te: & ſic fiat ſacrificiũ noſtrũ ĩ cõſpectu tuo hodie, vt placeat tibi dñe deus.

Deinde verſus ad populum dicit.

ORate fratres, vt meum ac veſtrũ ſacrificium acceptabile fiat apud deum patrem omnipotentem.

Conſequenter, omiſſis alijs dicit.

O remus. Præceptis ſalutaribus moniti: & diui na inſtitu- ti o ne for mati, au de mus dicere. Pater noſter, qui es in cę lis: ſanctificetur no men tuum. Adueniat regnum



Sacerdos sub silētio dicto Amen. in eadem voce qua dixit, Pater nr̄. absolute sine, Oremus. in tono orationis missæ dic it.

Libera nos quęsumus domine, ab omnib⁹ malis, præteritis, p̄sentibus, & futuris: & intercedente beata & gloriosa semp virgine dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; Andrea & omnibus sanctis: da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, & a peccato sim⁹ semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per eundem dominū.

¶ Tūc celebrās facta reuerentia vsq; ad terrā sacramtū ī dexterā accipit, & eleuat vt videri possit a populo: & sta ti diuidit in tres partes, quarū vltimā mittit in calicem more solito, nihil di cens. Pax domini. non dicitur, nec Agnus dei, neque pacis osculum dat. Postmodum prætermissa oratione, Domine Iesu Christe qui dixisti quia facit mētionem de pace: & oratione, Domine Iesu Christe filij dei viui. quia facit mentionem de sanguine: di cit tantum orationem sequentem.

Perceptio tui corporis Dn̄e Iesu Chr̄ste quod ego indign[us] sumere

sumere præsumo, non mihi proueniat in iudicium, & condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui viuis & regnas cum deo patre, in vnitate spiritus sancti deus. Per omn. Accipit patenam cum corpore Christi: & cum maxima humilitate, & reuerentia dicit. Panem cælestem accipiā & nomen domini inuocabo. Percutias pectus suum ter dicens. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meū: sed tantum dic verbo, & sanabitˉ anima mea in vitāam ternam. Amen. Tunc sumit corpus reuerenter. Deinde omissis omnibus quæ dici solent ante sumptionem calicis: immediate particulam hostiæ cum vino reuerenter sumit de calice. Postea, more solito facta ablutione digitorum stans in medio altaris, dicit. Quod ore sumpsimus, domine, pura mente capiamus & de mnnere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Non dicitur. Corpus tuum domine, nec Postcōio, nec Placeat tibi nec datur benedictio sed facta purificatione. Sacerdos cū ministris discedit: & dr̄ vesperæ sine cantu: & denudatur altare.

✠

¶ Sabbato sancto. Statio ad S. Ioannem in Laterano.



Hora competēti cooperiuntur altaria, & dicunt̄ Horæ candelis altaris extinctis vsque ad pricipiū Missæ: interī ex cutiuæ ignis, de lapide foris Ecclesiam, & accenditur Dicta Nona, Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, & pluuiali violaceo, astātibus sibi ministris cū cruce, aqua benedicta, & incenso, benedicit nouum ignē dicens. ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui per filium tuum, angularem. s. lapidē claritatis tuę fidelibus ignem cōtulisti productū ex silice, nostris profuturum vsibus: nouum hunc ignem san✠ctifica: & concede nobis: ita, per hæc festa paschalia, cælestibus desiderijs inflammari, vt ad perpetuæ claritatis puris mentibus, valeamus festa pertingere Per eūdem dominum nostrum. ℟. Amen: Oremus. Oratio.

Domine deus, pater oīpotēs, lumen indeficiēs, qui es cōditor oīum luminum: bene✠dic hoc lumē quod a te sanctificatū atq; bn̄dictū est: qui illuminasti oēm mundū, vt ab eo lumine accēdamur, atq; illuminemur igne claritatis tuæ, vt sicut

illuminasti Moysen exeuntē de Ægypto: ita illumines corda & sensus nostros: vt ad vitam æternā mereamur peruenire. Per Chr̄m dn̄m nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio

Domine sancte, pater oĩpotēs, æternæ deus, benedicentibus nobis hunc ignem in nomine tuo, & vnigeniti filij tui, dei ac dn̄i nostri Iesu Christi, & spiritus sancti, cooperari digneris: & adiuua nos contra ignita thela inimici, & illustra gratia celesti. Qui viuis & regnas cum eodem vnigenito tuo & spiritu sancto deus: per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Deinde benedicit quinq grana incensi ponenda in cereo: dicens hanc orationem Oratio

Veniat q̃s oĩpotēs de⁹, sup hoc incēsum larga tuæ bene✠dictionis infusio: & hunc nocturnum splēdorem inuisibilis regenerator accēde, vt nō solum sacrificium quod hac nocte litatū est, arcana luminis tui admixtione refulgeat: sed in quocunq; loco huius sanctificationis misterio aliquid fuerit deportatum, expulsa diabolicæ fraudis nequitia, virt⁹ tuæ maiestatis assistat. Per Christū dominum nostrum. ℟. Amen.

Dum bn̄dicit incensum, acoluthus assumēs de carbonibus bn̄dictis ponit ī thuribulo. Finita vero bn̄dictione īcēsi, sacerdos incēsum, & ignē bn̄dictum aspergit aqua bn̄dicta, & de nauicula posito incēso in thuribulo, inde adolet pdicta grana incēsi, & ignē bn̄dictum.

Interim oĩa luminaria ecclæ extinguūtur, vt de igne benedicto postmodum accendantur.

¶ Deinde Diaconus īdultus dalmatica albi coloris, accipit arūdinē cū tribus cādelis ī sūmitate illi⁹ triāgulo districtis. Præcedit thuriferarius cū acolutho deferēte ī vase quinq; grana īcēsi. Seq̄t Subdiaconus cū cruce, & cler⁹ p ordinē: deīde Diacon⁹ cū arūdine post eū Celebrās. Cū Diaconus īgressus est ecclām īclinat arūdinē & acoluth⁹ deferēs cādelā accēsā de nouo igne, accēdit vnā ex illis tribus cādelis desup positis: & Diaconus eleuās arūdinē genuflectit, silr & oēs alij cū eo, & cātat sol⁹. Lumē Chr̄i. ℟. Deo gr̄as. Procedens deīde ad mediū. Ecclæ: ibi accēdit alia cādela: & iterū genuflexus vt supra, altius cātat. Lumē Chr̄i ℟. Deo gratias. Tertio pcedit an̄ altare, vbi accēditur tertia cādela, & rurs⁹ genuflex⁹ vt pri⁹ adhuc alti⁹ dicit. Lumē Chr̄i. ℟. Deo gr̄as. Deīde dat arūdinē vni Acolutho & accipiēs librū, petita celebrāte bn̄dictionē, vt fit ad Euāgeliū: Sacerdote dicēte Dn̄s sit ī corde tuo, & ī labijs tuis, vt digne & cōpetēter annūcies suū sanctū pascale p̄conium. Postea vadit ad pulpitū, & ponit sup eo librū, & īcēsat. A dextris Diaconi stent Subdiaconus cū cruce, & Turiferari⁹: a sinistris duo Acoluthi, ille qui tenet arundinem, & alius tenens in vase quinq; illa grana incensi benedicti figēda in cereo. Tunc surgētibus, & stantibus omnibus diaconus cantat.



Xultet iā angelica turba cœlorum: Exultēt diui-
na mysteria: et pro tanti regis victoria, tuba insonet salu-
ta ris Gaudeat et tellus tantis irradiata fulgoribus:
et æterni regis splendore illustrata, totius orbis se sentiat
a misisse caligi nem. Lætetur et mater ecclesia, tanti lu-
minis adornata fulgoribus: et magnis populo rū vo cib⁹ hæc
aula resul tet. Qua propter astantes vos fratres cha ris-
simi, ad tā mirā huius sancti luminis claritatem, vna me-

cum, quæso, dei omnipotentis misericordiam inuoca te,

Vt qui me non meis meritis intra Leui tarum nume ru m di-

gnatus est aggregare: luminis sui claritatem infun dens,

cerei huius laudem implere per ficiat. Per dominum

nostrum Iesum Christum filium suum: qui cum eo viuit &

regnat in vni tate spiri tus sancti, deus. ℣. Per om nia secula

seculorum. ℟. Amen ℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus

ad domi num. ℣. Gratias aga mus do m ino deo nostro.

℟. Dignum & iu stum est. V e re di gnum & iu stum est

inui sibilem de um pa trem omnipo ten tem, filiumque eius

vnigenitum, dominum nostrum Iesum Christum, toto cordis

ac mentis affectu, & vocis ministerio personare. Qui pro no-

bis æterno patri, Adæ debitum soluit: & veteris pia culi cautio-

nem pro cruore detersit. Hæc sunt enim fe sta paschalia, in qui-

bus ve rus ille agnus occi ditur, cuius san guine po stes fidelium

consecrantur. Hæc nox est, in qua primum patres nostros fili-

os Israel eductos de Ægypto, mare rubrum, sic co vestigio

transire fecisti. Hæc igitur nox est, quæ peccatorum tenebras

columnæ illuminatione purgauit. Hæc nox est, quæ hodie per v-

niuersum mundum, in Christo credentes, a vitijs seculi, & cali-

gine peccatorum segregatos, reddit gratiæ, sociat sanctita-

ti. Hæc nox est. in qua destructis vinculis mortis, Christus

ab inferis victor ascendit. Nihil enim nobis nasci profuit, nisi

redimi

redimi profuisset. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio.

O inæstimabilis dilectio charitatis: vt seruum redimeres fi-

lium tradidisti. O certe necessarium Adæ peccatum, quod Chri-

sti morte deletum est. O felix culpa, quæ talem ac tantum me-

ruit habere redemptorem. O vere beata nox, quæ

sola meruit scire tempus & horam, in qua Christus ab infe-

ris resurrexit. Hæc nox est, de qua scriptum est: & nox sicut

dies illuminabitur: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

 Huius



Huius igi tur san ctifi catio no ctis: fu gat sce le ra, cul pas



lauat: & red dit inno cen tiam lapsis, & mœstis lęti tiam.



Fu gat odia, con cor diam pa rat, cur uat im pe ria.

Hic Diaconus infigit quinque grana incẽsi benedicti, in cereo in modum crucis.



In hu ius igi tur no ctis gra tia,



suscipe sancte pater, incen si huius sacri ficium vesper tinum:



quod tibi in hac cerei obla tione sollem ni, per ministro rum



ma nus de ope ri bus apum, sacro san cta red dit eccle sia.



Sed iam colum næ huius præ co nia no ui mus, quam in

Hic Diaconus accendit Cereum.



honorem Dei rutilans ignis accendit.



Qui licet sit diui sus in partes, mutuati ta men luminis de-



trimenta nõ nouit. Alitur enim liquãtibus ceris, quas in substan-

Hic accẽdũtur lampades



tiã prætiosæ huius lampadis apis mater eduxit.




O vere beata nox quæ expoliauit Aegyptios, ditauit



Hebræos. Nox in qua terrenis cęlestia humanis diuina iun-



gũtur. Oramus, ergo te domine: vt cereus iste in honorẽ tui



nominis consecratus, ad noctis huius caliginẽ destruẽdam,



indeficiens perseueret. Et in odorem suauitatis ac ce ptus,



su per nis lu minaribus misce a tur. Flammas eius lucifer ma-




tutinus inueniat. Ille, inquam lucifer, qui nescit occa sum.



Il le qui re gressus ab in fe ris, hu ma no ge ne ri se re nus



illu xit. Præ camur ergo te do mi ne: vt nos famu los



tuos, omnemque clerum, & deuotissimum populum: vna



cum be a ti ssi mo Papa nostro. N. & Anti sti te nostro. N.



quiete temporum con cessa: in his paschalibus gaudijs, assi du a



pro tectione regere, gu bernare, & con ser ua re di gneris.



Respice etiam ad de uotissi mum Im pe ra to rem no strum



N. cuius tu Deus de siderij vo ta prænoscens, ineffa-



bili pietatis, & misericordiæ tu æ munere, tranquillum per-



petuæ pa cis accommoda: & cęlestem victoriam cum om-



ni populo su o. Per eun dem dominum nostrum Iesum



Christum filium tuum: qui tecum viuit, & regnat in v ni ta te



spiritus sancti deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

¶ Completa benedictione Cerei, diaconus depositis albis, sumit violacea paramenta, & vadit ad celebrantem. Postea leguntur prophetiæ sine titulo & in fine prophetiarum dicuntur orationes modo subscripto. Ante vel interim dum prophetiæ leguntur, presbyteri catechizent catechumenos baptizandos, & præparent ad baptismũ.

Prophetia prima.

Ge. 4.



IN principio creauit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis, & vacua: & tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem, quod esset bona: & diuisit lucem a tenebris. Appellauitque lucem, diem: & tenebras, noctẽ. Factumq; est vespere, & mane dies vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuisitque aquas, quæ erant super firmamentum. Et factũ est ita. Vocauitque deus firmamẽtũ, cęlum. Et factum est vespere, & mane dies secundus. Dixit vero Deus. Congregentur aquæ, quæ sub cęlo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Factumque est ita. Et vocauit deus aridam, terrã: congregationesque aquarum appellauit maria. Et vidit deus, quod esset bonum: & ait. Germinet terra herbam virẽtem, & facientem semen: & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et ꝓtulit terra herbam virentem, & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habẽs vnumquodque sementem secundũ speciem suam. Et vidit deus quod esset bonum. Factumq; est vespere, & mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamento cęli, & diuidant diem ac noctem: & sint in signa & tpa, & dies & annos: vt luceãt ĩ firmamẽto cęli, & illuminẽt terrã. Et factũ est ita. Fecitq; deꝰ duo luminaria magna: luminare maius, vt ꝑesset diei, & luminare minus, vt ꝑesset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamẽto cœli: vt lucerẽt sup terrã, & ꝑessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deꝰ quod esset bonum. Et factum est vespere, & mane dies quartus. Dixit ẽt deus. Producant aquæ reptile animę viuẽtis, & volatile super terram, sub firmamento cœli. Creauitq; deus cete grandia, & omnem animam viuẽtem atque motabilem, quam produxerunt aquę in species suas: & omne volatile secundum genus suum. Et vidit deus quod esset bonum: benedixitque eis, dicens. Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auesq; multiplicentur super terram.

Et factum est vespere, & mane dies quintus. Dixit quoq; deꝰ. Producat terra animam viuentem in genere suo: iumẽta, & reptilia, & bestias terræ secũdum species suas. Factumq; est ita. Et fecit deus bestias terræ iuxta species suas: & iumenta & omne reptile terræ, iu genere suo. Et vidit deus quod esset bonum: & ait. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, vniuersæq; terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam: ad imaginem dei creauit illum: masculum, & fœminam creauit eos. Benedixitq; illis deus: & ait. Crescite, & multiplicamini: & replete terram, & subijcite eam: & dominamini piscibus maris & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Dixitq; deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram: & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam, & cũctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuersis, quæ mouent in terra, & in quibus est anima viuẽs vt habeant ad vescẽdum. Et factum est ita. Viditque deus cuncta quæ fecerat: & erãt valde bona. Et factum est vespere, & mane dies sextus. Igit̃ perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Qua cõpleta, Sacerdos dicat. Oremus. & Diaconus. Flectamus genua. Subdiaconus. Leuate. Oratio.

DEus, qui mirabiliter creasti hominem, & mirabilius redemisti: da nobis quæsumus, contra oblectamenta peccati, mentis ratione ꝑsistere: vt mereamur ad æterna gaudia peruenire. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat, in vnitate spiritus sancti deus: per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Prophetia secunda.

Ge. ca. 5 & 6



NOe vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet. Cumque cępissent homines multiplicari sup terrã, & filias ꝓcreassent: vidẽtes filij dei filias hoĩum qđ essent pulchræ: acceperũt sibi vxores ex oĩbus quas elegerant. Dixitq; deus. Nõ ꝑmanebit spiritus meus in hoĩe in æternũ, qa caro est: eruntq; dies illius cẽtũ viginti annorũ. Gigãtes aũt erãt sup terrã in diebꝰ illis. Postq̃.n. ingressi sunt filij dei ad filias hoĩum, illæq; genuerũt: isti sũt potẽtes a sęculo viri famosi. Videns ãt deus qđ multa malitia hominũ esset in terra: & cũcta cogitatio cordis intẽta eẽt ad malũ oĩ tpe: pęnituit eũ, ꝗ hoĩem fecisset in terra. Et ꝑcauẽs in futurũ, & tactus dolore cordis in-

trinſecus. Delebo (inquit) hominē quem creaui, a facie terræ, ab homine vſq; ad animantia: a reptili vſque ad volucres cęli. Pænitet enim me feciſſe eos. Noe vero inuenit gratiam coram deo. Hę ſunt gñationes Noe. Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis, cum deo ambulauit Et genuit tres filios Sem, Chā, & Iapheth. Corrupta eſt autem terra coram deo, & repleta eſt iniquitate. Cumq; vidiſſet deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terrā) dixit ad Noe. Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate a facie eorum: & ego diſperdā eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Manſiūculas in arca facies: & bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus. Et ſic facies eam. Trecētorum cubitorum erit longitudo arcæ quinquaginta cubitorum latitudo: & triginta cubitorum altitudo illiꝰ. Feneſtram in arca facies: & in cubito conſummabis ſummitatem eius. Oſtium autem arcę pones ex latere deorſum. Cęnacula & triſtega facies ī ea. Ecce ego adducā diluuij aquas ſuper terram: vt interficiā omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cœlum: & vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur. Ponamq; fędus meum tecum: & ingredieris arcā tu & filij tui, vxor tua & vxores filiorū tuorum tecum. Et ex cunctis animātibus vniuerſę carnis bina induces ī arcam, vt viuāt tecū: maſculini ſexus & fęminini. De volucribus iuxta genus ſuū, & de iumētis in genere ſuo, & de omni reptili terræ ſecūdum genus ſuum: bina de oībus ingredient̄ tecum, vt poſſint viuere. Tolles igit̄ tecum ex omnibus eſcis quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quam illis in cibū. Fecit ergo Noe oīa quæ præceperat illi deus. Eratq; ſexcētorum annorū, quando diluuij aquę inundauerunt ſuper terram. Rupti ſunt autem omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cęli apertę ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebꝰ & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, Sem, Chā, & Iaphet filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam: ipſi & omne animal ſecūdum genus ſuum: vniuerſaq; iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cūctum que volatile ſecūdum genus ſuum. Porro arca ferebatur ſup̄ aquas. Et aquæ pręualuerunt nimis ſuper terram: opertiq; ſunt omnes mōtes excelſi ſub vniuerſo cęlo. Quindecim cubitis fuit altior aqua ſuper mōtes quos operuerat. Cōſumptaq; eſt oīs caro, quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarum, oīumq; reptiliū q̄ reptant ſup̄ terrā. Remāſit aūt ſolus Noe & qui cū eo erāt, in arca. Obtinuerūtq; aquę terrā cētū quinquaginta diebus. Recor

datus autem dominus Noe, cunctorum que animātium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquę. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœlo. Reuerſæq; ſunt aquę de terra euntes & redeuntes: & cęperūt minui poſt cētum quinquaginta dies. Cumq; trāſiſſent quadragīta dies, aperiēs Noe feneſtram arcę quam fecerat, dimiſit coruum. Qui egrediebatur, & nō reuertebatur, donec ſiccarent̄ aquæ ſuper terram. Emiſit quoque columbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciē terræ. Quæ cum non inueniret vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam Aquę enim erant ſup̄ vniuerſam terram. Extēditq; manum, & apprehēſam intulit in arcam. Expectatis autem vltra ſeptē diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, quod ceſſaſſent aquæ ſuper terram. Expectauitq; nihilominus ſeptem diebus alijs: & emiſit columbam, quæ non eſt vltra reuerſa ad eum. Locutus eſt autem dn̄s ad Noe, dicens. Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quæ ſunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quā in beſtijs, & vniuerſis reptilibꝰ, quæ reptāt ſup̄ terrā, educ tecum, & īgredimini ſup̄ terrā. Creſcite, & multiplicamini ſuper eam. Egreſſus eſt ergo Noe & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo. Sed & oīa animantia, iumenta; & reptilia, quæ reptant ſuper terram ſecūdum genus ſuum de arca egreſſa ſunt. Aedificauit autem Noe altare dn̄o, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mūdis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratuſq; eſt dominus odorem ſuauitatis. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus incommutabilis virtus, et lumen ęternum: reſpice propitius ad totius eccleſiæ tuæ mirabile ſacr̄m, & opus ſalutis humanæ, ꝑpetuæ diſpoſitionis effectu tranquillius operare: totuſq; mundus experiatur, & videat: deiecta erigi, inueterata renouari, & per ipsū redire oīa in integrum, a quo ſumpſere principium. Per dominumnoſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

prophetia tertia.

ge. 22.



IN diebus illis. Tentauit deus Abrahā, & dixit ad eū. Abrahā, Abrahā. At ille rn̄dit, Ad ſum. Ait illi. Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis Iſaac, et vade in terrā viſionis: et offeres eū ibi in holocauſtū ſup̄ vnū mōtiū quem mōſtrauero tibi. Igit̄ Abrahā de nocte cōſurgēs, ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecū duos iuuenes, et Iſaac filium ſuū. Cumq; concidiſſet

ligna in holocaustum: abijt ad locũ quem præceperat ei deus. Die autẽ tertio, eleuatis oculis, vidit locum ꝑcul: dixitq; ad pueros suos. Expecta te hic cum asino: ego & puer illuc vsque ꝓperãtes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem & gladium Cũq; duo pergerẽt simul, dixit Isaac patri suo. Pater mi? At ille respondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis, & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit Abraham. Deus prouidebit sibi victimã holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter, veneruntque ad locum quem ostenderat ei deus: in quo ędificauit altare, & desuper ligna cõposuit. Cumq; colligasset Isaac filium suum, posuit eũ in altare super struẽ lignorum. Extenditq; manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum. Et ecce angelus domini de cęlo clamauit, dicens, Abraham, Abraham. Qui respondit. Adsum Dixitq; ei. Ne extendas manum tuam super puerum: neq; facies illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas deum: & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abraham oculos, viditq; post tergum arietem inter vepres, hærentem cornibus: quẽ assumens obtulit holocaustum pro filio, appellauitq; nomen loci illius: dñs videt. Vñ vsq; hodie dr̃. In mõte Dñs videbit. Vocauit autem angelus domini Abraham secundo de cęlo, dicens. Per me metipsum iuraui, dicit dominus: quia fecisti rem hãc, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me: benedicens benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę, quia obedisti voci meę. Reuersusq; est Abraham ad pueros suos: abieruntq; Bersabeæ simul, & habitauit ibi. Oremus. Flectam⁹ genuã. ℣. Leuate. Oratio.

Deus fideliũ pater summe: qui in toto orbe terrarum, promissionis tuæ filios diffusa adoptionis gratia multiplicas: et per paschale sacramẽtum, Abraham puerum tuum vniuersarum, sicut iurasti, gentium efficis patrem: da populis tuis digne ad gratiam tuæ vocationis introire. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum.

Prophetia quarta.



In diebus illis. Factum est in vigilia matutina, et ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis et nubis, interfecit exercitum eorum: et subuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij. Fugiamus Israelẽ: dñs n. pugnat ꝓ eis cõtra nos. Et ait dñs ad Moysen. Extẽde manu tuã sup̃ mare: vt reuertantᷣ

Exo 14.

aquæ ad Ægyptios super currus, & equites eorum. Cumq; extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusq; Ægyptijs occurrerunt aquæ: & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersæque sunt aquę, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerãt mare: nec vnus quidẽ superfuit ex eis. Filij autem Israel perrexerunt ꝑ medium sicci maris: & aquæ eis erant quasi ꝓ muro a dextris & a sinistris. Liberauitque dominus in die illo Israel de manu Ægyptiorum. Et viderũt Ægyptios mortuos super littus maris: & manum magnam quã exercuerat dominus contra eos. Timuitq; populus dominum: & crediderũt domino, & Moysi seruo eius. Tunc cecinit Moyses, & filij Israel, carmẽ hoc dño, & dixerũt. Tractus. Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare: adiutor, & protector factus est mihi in salutem. ℣. Hic est deus meus, & honorificabo eum: deus patris mei, & exaltabo eum. ℣. Dñs conterens bella: dominus nomen est illi. Oremus Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Ex. 15.

Deus, cuius antiqua miracula etiam nostris sęculis coruscare sentimus: dum quod vni populo, a persecutione Ægyptiaca liberando, dexteræ tuæ potentia contulisti: id in salutem gentium per aquam regenerationis operaris: præsta, vt in Abrahæ filios, & in Israeliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per dominum.

Prophetia quinta.



Hæc est hæreditas seruorũ dñi, & iustitia eorũ apud me, dicit dñs. Oẽs sitiẽtes venite ad aquas: & qui non habetis argẽtum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absq; argento, & absq; vlla cõmutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audiẽtes me & comedite bonum: & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestrã & venite ad me: audite, & viuet anima vestra: & feriam vobiscum pactũ sempiternum, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eũ, ducẽ ac præceptorem gentibus. Ecce, gẽtem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ nõ cognouerunt te, ad te currẽt propter dominum deũ tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te. Quærite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum ꝓpe est. Derelinquat impius viam suã & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad dñm, & miserebiť eius & ad deũ nostrũ, qm̃ multus est ad ignoscẽdũ. Nõ enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neq; vię meæ, viæ vr̃ę, dicit dñs: qa sicut exal

Isa. 54. & 55.

tantur cœli a terra: sic exaltatę sunt viæ meæ a vijs vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Et quomodo descēdit imber, & nix de cęlo, & illuc vltra nō reuertit, sed inebriat terrā, & infundit eā, & germinare eā facit, & dat semē serenti, & panē comedēti. Sic erit verbū meū quod egredietur de ore meo. Nō reuertet ad me vacuū, sed faciet q̄cūq; volui, & prosperabitur in his ad q̄ misi illud: dicit dn̄s omnipotens.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrum fidei spopondisti: & promissionis filios sacra adoptione dilata: vt, qđ priores sancti non dubitauerunt futurum, ecclesia tua iā ex parte cognoscat impletū. Per dominum nostrum Iesum.

Prophetia sexta.

bar. ca. 3



AVdi Israel mādata vitæ: auribus percipe, vt scias prudētiā. Quid est Israel qđ ī terra inimicorū es? Inueterasti in terra aliena: coīquinatus es cū mortuis: deputatus es cum descēdētibus in īfernū. Dereliquisti fontē sapiētię. Nā si in via dei ambulasses, habitasses vtiq; in pace super terrā. Disce vbi sit sapiētia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit lōgiturnitas vitę, & vict⁹, vbi sit lumē oculorū, & pax. Quis īuenit locū eius? Et q̄s introiuit in thesauros eius? Vbi sunt principes gētiū, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? Qui in auibus cęli ludūt, qui argentū thesaurizant, & aurum in quo cōfidūt homines: & nō est finis acquisitionis eorū? Qui argētū fabricāt, & solliciti sunt: nec est inuentio operū illorū? Exterminati sunt, & ad inferos descēderunt: & alij in locum eorū surrexerūt. Iuuenes viderūt lumen: & habitauerūt super terram. Viam autē disciplinæ nescierunt, neq; intellexerūt semitas eius, neq; susceperunt eam filij eorum. A facie eorum longe facta est. Non est audita in Chanaan: neq; visa est in Theman. Filij quoq; Agar, qui exquirūt prudētiam quæ de terra est, negociatores terrę, & Themā: & fabulatores, & exq̄sitores prudētiæ, & intelligentiæ: viam autē sapiētiæ nescierunt: neq; meminerunt semitarum eius. O Israel, quā magna est domus dei, & ingēs locus possessionis eius? Magnus, & nō habet cōsummationem: excelsus & immensus. Ibi fuerunt gigātes nominati illi qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Nō hos elegit dominus: neq; viam disciplinæ dedit illis: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipiētiam. Quis ascendit in cœlum, & accepit eam, & eduxit eā de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit eam, & attulit eam super aurū electum?

Non est, qui sciat viam eius: neq; q̄ excogitet semitas eius. Sed qui scit vniuersa, nouit illam: & adīuenit eā prudētia sua. Qui perfecit terram in sempiterno tempore: & adimpleuit eam pecudibus. Qui emittit lumē, & vadit: & vocauit illud, & obediuit illi in tremore. Stellæ autem dederūt lumē in custodijs suis: & lętatę sunt. Vocatæ sunt, & dixerunt: adsumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est deus noster: & nō æstimabitur alius ad eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinę: & dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc super terram visus est: & cum hominibus conuersatus est. Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate.

Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas: concede propitius: vt, quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium.

Prophetia septima.

eze. 37.



IN diebus illis. Facta est sup me manus dn̄i, & eduxit me in spiritu dn̄i, & dimisit me in medio cāpi q̄ erat plenus ossibus: & circunduxit me p̄ eā in gyrū. Erāt aūt multa valde super faciē cāpi, siccaq; vehemēter. Et dixit ad me. Fili hominis, putasne viuēt ossa ista? Et dixi. Dn̄e de⁹, tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis: & dices eis. Ossa arida, audite verbū dn̄i. Hæc dicit dn̄s deus ossibus his. Ecce, ego intromittā in vos spiritū, & viuetis: & dabo super vos neruos, & succrescere faciā sup vos carnes, & superextēdam in vobis cutē: & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis, q̄a ego dn̄s. Et p̄phetaui sicut p̄ceperat mihi. Factus est aūt sonitus p̄phetāte me, & ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnū quodq; ad iunctūrā suā. Et vidi: & ecce sup ea nerui, & carnes ascēderūt: & extēta est ī eis cutis desuper: & spiritum nō habebāt. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritū. Hæc dicit dn̄s deus. A quatuor ventis veni spiritus: & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscāt. Et prophetaui, sicut p̄ceperat mihi. Et ingressus est in ea spirit⁹, & vixerūt: & steterūt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israel est. Ipsi dicunt: aruerunt ossa nostra, perijt spes nostra, & abscissi sumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos. Hæc dicit dominus deus. Ecce ego aperiā tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terram Israel. Et scietis, quia ego dominus, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris popule meus: & dedero spiritū meum in vobis, & vixeritis, et requiescere vos faciam su-

per humũ veſtrã, dicit dñs oĩpotẽs. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandum paſchale ſacramentum vtriuſque teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiã tuã, vt ex perceptione præſentium munerum, firma ſit expectatio futurorum. Per dominum.

Prophetia octaua.

Iſa. 4.



Pprehẽdent ſeptem mulieres virum vnũ in die illa, dicentes. Panem noſtrum comedemus, veſtimentis noſtris operiemur: tãtummodo inuocetur nomen tuum ſup nos: aufer opprobrium noſtrum. In die illa erit germen domini in magnificẽtia, & in gloria: & fructus terræ ſublimis: & exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſidu⁹ in Hieruſalẽ: ſanctus vocabitur, oĩs qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalẽ. Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion: & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Et creauit domin⁹ deus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt: nubẽ per diem, & fumum & ſplẽdorem ignis flammantis in nocte. Super omnem gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab æſtu: & in ſecuritatẽ, & abſconſionem a turbine & a pluuia. Tractus.

Iſa. 5.

Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit: & circũfodit: & plãtauit vineã Sorec, & ędificauit turrim in medio ei⁹. ℣. Et torcular fodit ĩ ea: vinea enĩ dñi ſabaoth, dom⁹ Iſrael eſt. Oremus. Flectam⁹ genua. ℞. Leu. Orõ.

Deus, qui in omnibus eccleſiæ tuæ filijs, ſanctorũ prophetarum voce manifeſtaſti, in omni loco dominationis tuæ, ſatorem te bonorũ ſeminum, & electorum palmitũ eſſe cultorem: tribue, quæſumus, populis tuis, qui & vinearum apud te nomine cẽſentur & ſegetum: vt ſpinarum et tribulorum ſqualore reſecato, digna efficiantur fruge fœcundi. Per dominum noſtrum.

Prophetia nona.

Ex. 12.



N diebus illis: Dixit dominus ad Moyſen et Aaron in terra Ægypti. Mẽſis iſte, vobis principiũ menſium: primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, et dicite eis. Decima die menſis huius, tollat vnuſquiſque agnum per familias et domos ſuas. Sin autem minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcẽdũ agnum: aſſumet vicinum ſuum qui iunctus eſt domui ſuæ, iuxta numerum animarum quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agn⁹ abſq; macula, maſculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis et hędũ. Et ſeruabitis eum vſq; ad quartam decimam diem mẽſis huius. Immolabitq; eũ vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Et ſument de ſanguine eius: ac ponẽt ſuper vtrumq; poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedẽt illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes, cũ lactucis agreſtibus. Nõ comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: ſed aſſum tantum igni. Caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis: & os eius non confringetis. Nec remanebit ex eo qcquã vſq; mane. Si quid reſiduum fuerit, igni cõburetis. Sic autẽ comedetis illum. Renes veſtros accingetis: & calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: & comedetis feſtinanter. Eſt enim phaſe (ideſt trãſitus) domini. Oremus. Flectam⁹ genua. ℞. Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui in omnium operum tuorum diſpẽſatione mirabilis es: intelligant redempti tui non fuiſſe excellentius: quod initio factus eſt mundus, quam quod in fine ſeculorum paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Qui tecum.

Prophetia decima.

Ion. 3.



N diebus illis. Factũ eſt verbum dñi ad Ionam prophetam ſecundo, dicens. Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnã: & pdica ĩ ea pdicationẽ q̃ ego loquar ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniuẽ iuxta verbum domini. Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in domino: & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuũ a ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens. Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquam nõ bibant. Et operiantur ſaccis homines, & iumenta, & clament ad dominum in fortitudine: & cõuertatur vir a via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat deus: & reuertatur a furore iræ ſuę & non peribimus? Et vidit deus opera eorum quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt populo ſuo, dñs deus noſter. Orem⁹. Flectamus genua. ℞. Leuate. Oratio.

Deus, qui diuerſitatem gẽtium in confeſſione tui nominis adunaſti: da nobis & velle & poſſe, q̃ præcipis: vt populo ad æternitatem vocato vna ſit fides mentium, & pietas actionum. Per dominum.

Prophetia vndecima.

De. 31.



N diebus illis. Scripsit Moyses canticum:& docuit filios Israel. Præcepitq; dominus Iosue filio Nun:& ait. Cõfortare,& esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terram,quam pollicitus sum eis:& ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine,atq; compleuit:præcepit leuitis,qui portabant arcam fœderis domini,dicens. Tollite librum istum, & ponite eũ in latere arcę fęderis domini dei vestri:vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enĩ scio contemptionem tuam: & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuẽte me & ingrediẽte vobiscum, semper cõtentiose egistis contra dominum;q̃to magis cum mortuus fuero?Congregate ad me omnes maiores natu per trib⁹ vestras,atq; doctores, & loquar audientibus eis sermones istos & inuocabo contra eos cœlum, & terram. Noui enim quod post mortem meam inique agetis: & declinabitis cito de via quam præcepi vobis. Et occurrẽt vobis mala in extremo tempore:quando feceritis malũ in conspectu domini: vt irritetis eũ per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses,audiente vniuerso cętu filiorum Israel verba carminis huius:& ad finem vsque compleuit. Tractus.

De. 31.

Attẽde cęlum,& loquar: & audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquiũ meum: & descendant sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen:& sicut nix super fęnum:& nomen domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo nostro:deus vera opera eius,& omnes viæ eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus & sanctus dominus.

Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Deus celsitudo humiliũ & fortitudo rectorũ: qui per sanctũ Moysen puerum tuum, ita erudire populum tuũ sacri carminis tui decantatione voluisti:vt illa legis iteratio fieret etiam nostra directio:excita in omnem iustificatarum gẽtium plenitudinem potentiam tuam, & da lætitiam mitigando terrorem: vt omnium peccatis tua remissione deletis, quod denunciatum est in vltione,transeat in salutẽ. Per dñm nrm.

Prophetia duodecima.

Da. 3.



N diebus illis. Nabuchodonosor rex fecit statuã auream,altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorũ sex:& statuit eã in cãpo Dura ꝓuinciæ Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregãdos satrapas,magistratus,& iudices:duces & tyrãnos optimates & ꝑfectos,oẽsq; principes regionũ: vt cõuenirẽt ad dedicationẽ statuæ, q̃ erexerat Nabuchodonosor rex. Tũc cõgregati sunt satrapę,magistratus, & iudi-

& iudi-

& iudices,duces & tyrãni,& optimates qui erant in potestatibus constituti,& vniuersi principes regionum vt cõuenirent ad dedicationem statuæ,quam erexerat Nabuchodonosor rex. Stabant autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabuchodonosor rex: & p̃co clamabat valẽter. Vobis dicitur populis,tribub⁹, & linguis. In hora qua audieritis sonitũ tubę,& fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij,& symphoniæ,& vniuersi generis musicorum:cadẽtes adorate statuam auream,q̃ constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autẽ nõ prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardẽtis. Post hæc igitur statim, vt audierunt omnes populi sonitum tubę,fistulę, & citharę,sãbucę,& psalterij,& symphoniæ,& oĩs generis musicorũ:cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerũt statuam auream, q̃ constituerat Nabuchodonosor rex. Statimq; in ipso tempore accedẽtes viri Chaldęi accusauerũt Iudęos,dixerũtq; Nabuchodonosor regi. Rex in ęternum viue. Tu rex posuisti decretum:vt oĩs homo qui audierit sonitum tubæ,fistulæ,& citharæ,sambucę,& psalterij, & symphoniæ, & oĩs gñis musicorum, prosternat se, & adoret statuã aureã. Si quis autem non procidens adorauerit,mittatur in fornacem ignis ardẽtis. Sunt ergo viri Iudęi,quos constituisti sup opera regionis Babylonię,Sidrach, Misach,& Abdenago:viri isti cõtempserũt rex decretũ tuum: deos tuos nõ colunt,& statuã auream quam erexisti nõ adorant. Tũc Nabuchodonosor rex in furore & ira præcepit, vt adducerẽtur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in cõspectu regis. Pronũciansq; Nabuchodonosor rex,ait eis. Vere ne Sidrach, Misach,& Abdenago deos meos nõ colitis, & statuã aureã quã cõstitui, nõ adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacunq; hora audieritis sonitũ tubæ,fistulæ,citharæ,sambucę,& psalterij,& symphoniæ, oĩque gñis musicorũ, prosternite vos, & adorate statuã quam feci. Quod si non adoraueritis,eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis est deus, qui eripiat vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach,& Abdenago,dixerunt Nabuchodonosor regi. Nõ oportet nos de hac re rñdere tibi. Ecce enim de⁹ noster quẽ colimus potest nos eripere de camino ignis ardẽtis,& de manib⁹ tuis,o rex liberare. Qđ si noluerit, notũ sit tibi rex: quia deos tuos nõ colim⁹,& statuã aureã q̃ erexisti, nõ adoramus. Tũc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est sup Sidrach Misach, & Abdenago. Et pręcepit, vt succenderetur fornax septuplũ, quam succendi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit: vt ligatis pedibus Sidrach, Misach,

 sach,

ſach, & Abdenago, mitterent eos in fornacē ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum brachijs ſuis, & tiaris, & calceamētis, & veſtibus miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardētis. Nam iuſſio regis vrgebat. Fornax aūt ſuccēſa erat nimis. Porro viros illos q̨ miſerant Sidrach, Miſach & Abdenago, ĩterfecit flāma ignis. Viri aūt hi tres. i. Sidrach, Miſach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flammæ laudantes deum, & benedicentes domino. Hic non dicitur Flectamus genua.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, ſpes vnica mūdi, qui prophetarum tuorum præconio præſentiū temporum declaraſti myſteria: auge populi tui vota placatus: quia in nullo fidelium niſi ex tua inſpiratione proueniunt quarumlibet incremēta virtutum. Per dominum noſtrum. His expletis, ſi eccleſia habuerit fontem baptiſmalem. Sacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiale violaceum, & procedit vſq; ad fontem præcedentibus miniſtris cum cruce, & cereo benedicto accenſo. Interea, dum deſcēditur ad fontem, cātatur ſequēs Tractus. Sicut ceruus deſiderat ad fō-

Ps. 41.

tē aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quādo veniam, & apparebo ante faciem dei? ℣. Fuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt deus tuus? Deinde Sacerdos antequam intret ad benedictionem fontis, dicit hanc orationem ibi iuxta fontem. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus, reſpice propitius ad deuotionem populi renaſcētis, qui ſicut ceruus, aquarum tuarum expetit fontē: & concede propitius: vt fidei ipſius ſitis, baptiſmatis myſterio animam corpuſq; ſāctificet. Per dñm. ℟. Am. Poſtea procedit ad benedictionem fontis, dicens. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus, adeſto magnę pietatis tuę myſterijs, adeſto ſacramentis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptiſmatis parturit, ſpiritum adoptionis emitte: vt quod noſtræ humilitatis gerēdum eſt miniſterio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per dominum. Eleuans vocem in modum Præfationis proſequitur.



biſcum

















aures tuę pietatis in clinas. Deus, cuius ſpi ri tus ſuper aquas,

inter ipſa mundi primordia ferebatur: vt iam tunc virtutem ſan-

cti fi ca ti o nis a quarum natura conciperet. Deus, qui nocen-

tis mun di cri mi na per a quas abluens, re ge ne ra ti o nis ſpe-

ciem in ipſa di lu ui j effuſi o ne ſi gna ſti: vt v ni us e iuſ-

demque e le men ti my ſte ri o, & fi nis e ſſet viti j s, & o ri go

virtutibus. Reſpice domine in fa ci em eccleſię tu ę, & mul-

ti pli ca in ea re ge ne ra ti o nes tuas, qui gra ti ę tuę affluen-

tis impetu lętificas ciuitatem tuam; fontemque baptiſmatis a-

pe ris toto orbe terrarum gentibus innouandis: vt tuę ma ie ſta-

tis imperio, ſu mat vnigeniti tui gra ti am de ſpiritu ſan cto.

Sacerdos diuidit aquam manu in modum crucis, dicens.

Qui hanc aquam regenerandis hominibus prępa-

ratam, arcana ſui nu mi nis ad mi ſti o ne fę cun det: vt ſanctifi-

ca ti o ne con cepta, ab im ma cu la to di ui ni fontis vtero, in-

nouam re na ta cre a tu ram, pro ge ni es cę le ſtis emergat. Et


quos aut ſexus in corpore, aut ętas diſcernit in tempore, omnes



in vnam pa ri at gra ti a ma ter in fan ti am. Pro cul er go hinc



iubente te domine, omnis ſpiritus immundus abſcedat: procul



tota nequitia diabolicę fraudis abſiſtat. N hil hic lo ci ha beat



contrarię vir tu tis ad miſtio: non in ſi di an do cir cum uo let.



Aquam manu tangit.

non latendo ſurrepat: non inficiendo corrumpat.



Sit hęc ſancta & in no cens cre a tu ra, li be ra ab omni im-



pu gna to ris in cur ſu, & to ti us nequi ti ę pur gata diſceſſu.



Sit fons vi uus, a qua re ge ne rans, vn da pu ri fi cans: vt om-

nes,



nes, hoc la ua cro ſa lu ti fe ro di lu en di, o pe ran te in



eis ſpi ri tu ſan cto, per fe ctę purgati o nis in dulgen ti am



Facit cruces ſupra fontem dicens.

con ſe quan tur. Vnde bene ✠ dico te creatura



a quę: per deum ✠ viuum: per deum ✠ verum: per deum ✠



ſanctum: per deum, qui te in prin ci pi o; ver bo ſe pa ra uit



Diuidit aquam & effundit in quatuor mũdi partes dicens.

ab a ri da: cuius ſpiritus ſuper te fe re batur.



Qui te de paradiſi fonte ma na re fecit, & in quatuor flumini-



bus diuidens, to tam terram rigare prę ce pit. Qui te in deſerto

amaram



amaram suauitate in di ta fe cit esse po ta bi lem, & sitienti po-



pulo de pétra produxit. Bene ✠ dico te & per Iesum Christum fi-



lium eius vnicũ dominũ nostrũ: qui te in Chana Galileę signo ad-



mirabili, sua potentia conuertit in vinũ. Qui pedibus super te am-



bulauit, & a Ioanne in Ior da ne in te baptizatus est. Qui te



vna cum san gui ne de latere su o pro du xit, & discipulis suis



iussit, vt cre den tes ba pti za ren tur in te di cens. Ite do-



ce te omnes gentes, ba pti zan tes eos, in no mine patris,

& fi-



& fi li j, & spiritus san cti.

Mutat vocem, & prosequitur in modum lectionis.

HAec nobis præcepta seruantibus, tu deus omnipotens, clemens adesto: tu benignus aspira. Halat ter in aquam in modum crucis, dicens. Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt præter naturalem emundationem, quam lauandis possunt adhibere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces.

Hic Sacerdos ponit cereum parum intus in aquam: & resumens tonum præfationis dicit.



D escendat in hanc ple ni tu di nem fon tis, vir tus spi ri tus sancti.

Deinde extractum cereum de aqua iterum profundius mergit, aliquãto altius repetens. D escendat in hanc Postea extractum rursus cereum de aqua, tertio immergens vsque ad fundum, altiori adhuc voce repetit, D escendat. vt supra. Et deinde sufflans ter in aquam prosequitur.



To tam que hu ius a quę sub stan ti am re ge ne ran di



fęcundet effectu.

Hic tollitur cereus de aqua, & prosequitur.



Hic, omnium peccato-



rum maculæ deleantur: hic, natura ad imaginem tuam condi-

ta, &









Sequentia dicit legendo Per dñm nostrũ Iesum Christumfilium tuũ, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculump ignem. ℞. Am̃.
Deinde per assistentes Sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populum. Et interim vnus ex ministris ecclesię, accipit in vase aliquo de eadem aqua ad aspergẽdum in domibus, & alijs locis. His peractis, Sacerdos qui benedixit fontem, infundit de oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis intelligibili voce dicens. S anctificetur & fęcundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitam æternam. ℞. Amen.
Deinde infundit de Chrisma. e, modo quo supra dicens.

I nfusio Chrismatis domini nostri Iesu Christi, & spiritus sancti paracliti, fiat ĩ noĩe scẽ Trinitatis. ℞. Am̃.
Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti & chrismatis, & de vtroque simul in modum crucis infundendo dicit.
C ommistio Chrismatis sanctificationis, & olei vnctionis, & aquæ baptismatis, pariter fiat, in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. ℞. Amen.
Tunc miscet ipsum oleum cum aqua, & spargit cum manu sua per omnem fontem. Si aderunt baptizandi, eos baptizat more consueto. Deinde dicuntur litanię. Postea rediens, præparat se pro Missa solemniter celebranda.

Vbi vero non sunt fontes baptismales, finita vltima prophetia cũ sua oratione, celebrans casula deposita, cum ministris ante altare procumbit: & alijs omnibus genuflexis, cãtantur Litaniæ in medio chori a duobus cantoribus, vtroq; choro idem simul respondente. Circa finem Litaniarum. Sacerdos & ministri induuntur paramentis albi coloris: & interim accendantur luminaria in altari. In fine Litaniarum, cantantur solemniter, K yrie eleison. & repetuntur, vt in missa moris est.











Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes sancti angeli & archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate.
Sancte Ioannes baptista, ora.
Omnes sancti patriarchę & prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Ioannes ora.
Omnes sancti apostoli & euangelistæ, orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli Domini, orate pro nobis.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Omnes sancti Martyres orate pro nobis.
Sancte Siluester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Augustine ora.
Omnes sancti pontifices & confessores, orate pro nobis.
Omnes sancti Doctores, orate pro nobis.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Francisce ora.
Omnes sancti sacerdotes & leuitę, orate pro nobis.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis.
Sancta Agnes ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Anastasia ora.
Omnes sanctæ virgines & viduæ, orate pro nobis.
Omnes sancti & sanctæ dei, intercedite pro nobis.

Propitius esto: parce nobis dñe.
Propitius esto, exaudi nos dñe.
Ab omni malo libera nos dñe.
Ab omni peccato libera nos dñe.
A morte perpetua libera nos dñe.
Per mysteriũ sanctæ incarnationis tuæ, libera nos domine.
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitatem tuam, libera nos domine.
Per baptismum & sanctum ieiuniũ tuum, libera nos domine.
Per crucem & passionem tuam, libera nos domine.
Per mortem & sepulturam tuam, libera nos domine.
Per sanctam resurrectionem tuam, libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuã, libera nos domine.
Per aduentũ spiritus sancti paracliti libera nos domine.
In die iudicij, libera nos domine.

Peccatores, te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas, te rogam⁹ audi nos.
Vt ecclesiam tuam sanctam regere, & conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt domnum apostolicum, & omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus audi nos.
Vt regibus, & principibus christianis, pacem, & veram concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.
Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare, & conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt omnibus benefactorib⁹ nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus audi nos.
Vt fructus terræ dare & conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam donare digneris te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi parce nobis domine.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Hic cantores solemniter incipiunt: Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison & ter singula repetuntur. Interim Sacerdos cum ministris in paramentis albis, accedit ad altare, & facit confessionem, vt moris est in loco consueto: deinde ascendens, osculatur altare, incensat more solito, & finitis a choro, Kyrie eleison incipit solemniter. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. & pulsantur campane. Quo finito dicit. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicæ resurrectionis illustras: conserua in noua familiæ tuæ progeniem adoptionis spiritum quem dedisti: vt corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Colossenses.

ca 3.



Ratres. Si consurrexistis cum Christo: quæ sursū sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens. Quæ sursum sunt sapite: non quę super terrā. Mortui enī estis: & vita vestra abscōdita est cū Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

Finita epistola celebrans incipit.



A lle lu ia.

Et totum decantat ter, eleuādo vocē gradatim: & Chorus post quamlibet vicem, in eadē voce repetit illud idē. Postea chorus prosequitur. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Deinde dicitur. Tract. Laudate dominum omnes gētes, & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam cōfirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternum. Ad Euāgelium nō portantur luminaria: sed tantū incensum: & petitur benedictio.

Ps. 116

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

ca. 28.



Vespere autē sabbati, quæ lucescit in prima sabbati: venit Maria Magdalenæ, & altera Maria videre sepulchrū. Et ecce, terremotus factus est magn⁹. Angelus enim dn̄i descendit de cœlo: & accedens, reuoluit lapidē, & sedebat super eū. Erat autē aspectus eius, sicut fulgur: & vestimentum eius, sicut nix. Prę timore autem eius, exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui. Respondens autē angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim quod Iesum qui crucifixus est, quęritis. Non est hic. Surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locū, vbi positus erat dn̄s. Et cito euntes dicite discipulis eius, quia surrexit. Et ecce ꝑcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis. Ecce prædixi vobis. Non dicitur. Credo. sed finito Euangelio Sacerdos dicit. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. & postea Oremus. Non dicitur Offertorium. Secreta.

Svscipe dn̄e, quęsumus, ꝑces populi tui, cū oblationib⁹ hostiarū: vt paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelā te operāte proficiant. Per dn̄m. Præfatio.



Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Dominus vo bi scum. ℟.



Et cum spi ri tu tu o. Sur sum cor da. ℟. Ha be mus ad do-



mi num. Gra ti as a ga mus, do mi no de o no stro.



℟. Di gnum & iustum est. Ve re dignum & iu stum est,




ęquum & salutare. Te qui dem domi ne omni tempore,



sed in hac potissimum no cte glo ri o sius prędi ca re, cum



pascha nostrum immolatus est Chri stus. Ipse e nim ve rus



est a gnus, qui ab stu lit peccata mundi. Qui mortem nostram



moriendo de stru xit, & vi tam re sur gen do reparauit.



Et i de o, cum angelis & archangelis, cum thronis & domi-



na ti o ni bus, cumque omni militi a cę le stis exercitus, hymnum



glo ri ę tu ę ca ni mus, ſi ne fi ne di centes.

Infra actionem.

COmmunicantes, & noctem ſacratiſſimam celebrantes reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem, ſed & memoriam venerantes, &c.

Alia infra actionem.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cũctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus: pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & ſpiritu ſancto, tribuẽs eis remiſſionẽ oĩum peccatorũ, q̃ſumus domine, vt placat⁹ accipias &c. Dicitur, Pax dñi ſit ſemp vobiſcũ. ſed pacis oſculum non datur: nec Agnus dei. nec Poſtcommunio, dicuntur. Poſt ſumptionẽ ſacramen, pro veſperis in Choro cantatur

Antipho. Alleluia, alleluia, alleluia. & Pſalmus. Laudate dominum oẽs gentes, cum. Gloria patri. in fine, poſt quem repetitur eadẽ Antiphona. Capitulum. Hymn⁹, & verſus nõ dicuntur, ſed ſtatim Sacerdos in cantu incipit Añam ad Magnificat.



Ve ſpe re au tem ſab ba thi.

Et proſequitur Chorus.

quę luceſcit ĩ prima ſabbathi venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrum, alla. Deĩde cãtat. Magnific. cũ Glia p. ĩ fine, & repetita Aña Sacerdos dicit Domin⁹ vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

SPiritum nobis domine, tuæ charitatis infunde: vt, quos ſacramẽtis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dominũ noſtrũ. in vnitate eiuſdẽ ſpiritus ſancti deus. Deinde dicit Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Poſtea Diaconus cantat.



Ite miſſa eſt: al le lu ia.



alle luia.

℟. Deo gratias, Alleluia, alleluia.

ORDINARIVM MISSAE.



Sacerdos cum ingreditur, inclinet caput ad altare, & ſignãs ſe ſigno crucis clara voce dicit.

IN noĩe pr̃is, & filij & ſpũs ſancti, Amẽ. Deĩde iũctis manibus añ pectus, incipit cũ miniſtris. Introibo ad altare dei.

Miniſtri ℟. Ad deũ q̃ lætificat iuuẽtutẽ meã. Poſtea alternatim cũ miniſtris dicit ſequẽtem Pſalmum. p̃s.

IVdica me deus, & diſcerne cauſã meam de gente non ſancta: ab homine iniquo, & doloſo erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea, quare me repuliſti, & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei, ad deũ qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara deus de⁹ meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera ĩ deo, quoniã adhuc cõfitebor illi, ſalutare vultus mei & deus meus.

Gloria patri & filio & ſpiritui sãcto.

Sicut erat in principio, & nũc & ſemper, & in ſęcula ſęculorum, Amen.

Repetit cum miniſtris antiphonam. Introibo ad altare dei. ℟. Ad deum qui lætificat iuuentutem meam. Signat ſe dicens ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. Deinde iunctis manibus inclinatus facit cõfeſſionẽ.

¶ In miſſis defunctorũ & in miſſis de tempore a Dñica Paſſionis vſque ad Sabbathũ ſanctũ excluſiue omittitur, pſalmus. Iudica cum Gloria patri & repetitione añæ, ſed dicto. In nomine patris. Introibo. & Adiutorium. fit confeſſio, vt ſequitur.

CONfiteor deo omnipotēti, beatæ Mariæ ſemper virgini, beato Michaeli archangelo, beato Ioanni Baptiſtę ſanctis apoſtolis Petro & Paulo, omnibus ſanctis, & vobis, fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo & opere, percutit ſibi pectus dicens. mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper virginem, beatum Michaelem archangelum, beatum Ioannē Baptiſtā, ſanctos apoſtolos Petrum & Paulū, oēs ſanctos, & vos, fratres orare pro me ad dominū deum noſtrū. Miniſtri reſpondent

MIſereatur tui oīpotēs deus, & dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. Sacerdos dicit. Amen. Deinde miniſtri repetunt Confeſſionem: & vbi a ſacerdo te dicebatur, Vobis fratres & Vos, fratres, a miniſtris dicitur, & tibi pater, & Te pater Poſtea Sacerdos iunctis manib⁹ facit abſolutionē, dicēs.

MIſereatur veſtri omnipotens deus, & dimiſſis peccatis veſtris perducat vos ad vitam ęternam: ℟. Amen.

Signat ſe ſigno crucis, dicens.

INdulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorū noſtrorum, tribuat nobis omnipotens & miſericors dominus. ℟. Amen. Inclinatus proſequitur. ℣. Deus tu conuerſus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua lætabitur in te. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiā tuā. ℟. Et ſalutare tuū da nobis. ℣. Dn̄e exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiri. Aſcendens ad altare dicit. Oremus.

AVfer a nobis, quęſumus domine, cunctas iniquitates noſtras, vt ad ſancta ſanctorum, puris mereamur mētibus introire. Per Chr̄m dominū noſtrum. Amen. Manibus iunctis ſuper altare, inclinatus dicit.

ORamus te domine per merita ſanctorum tuorum, oſculatur altare dicens, quorum reliquiæ hic ſunt, & omnium ſanctorum: vt indulgere digneris omnia peccata mea, Amen. In miſſa ſolemni, celebrās antequam legat Introitum, benedicit incenſum, dicens Ab illo bene ✠ dicaris in cuius honore cremaberis, Amen. Et accepto thuribulo a Diacono incenſat altare, dicens.

Dirigatur dn̄e oratio mea ſicut incēſum in conſpectu tuo: eleuatio manuū mearū ſacrificium veſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtiū circunſtantiæ labijs meis: vt nō declinet cor meū in verba malitię ad excuſandas excuſationes ī peccatis. Deide diacon⁹ recepto thuribulo a celebrāte, incēſet illū tm̄. Poſtea celebrās ſignās ſe ſigno crucis īcipit Introitum, quo finito, iunctis manibus, alternatim cum miniſtris dicit.

KYrie eleiſon, Kyrie eleiſon Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

Poſtea ad medium altaris extendens, & iungēs manus, caputq; aliquantulū inclinans, dicit ſi dicendum eſt. Gloria in excelſis deo: & proſequitur iunctis manibus cum dicit, Adoramus te, Gratias agimus tibi, & Ieſu Chriſte, & Suſcipe deprecationem inclinat caput: & in ſine dicens. Cum ſancto ſpiritu, ſignat ſe.

In duplicibus & ſollemnibus diebus.



Glo ria in ex cel ſis de o.

In Miſſis beatæ Mariæ.



Glo ria in excelſis de o.

In Dominicis, feſtis ſemiduplicibus, & infra octauas, quæ non ſunt B. Mariæ.



Glo ria in excelſis de o.

In feſtis ſimplicibus.



Glo ria in excelſis de o.

GLoria in excelſis deo. Et in terra pax hominibus bonæ volūtatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agim⁹ tibi propter magnā gloriam tuam. Domine deus, rex cœleſtis, deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Ieſu Chriſte. Domine deus, agnus dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mūdi ſuſcipe deprecationē noſtrā. Qui ſedes ad dexteram patris, miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dominus. Tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte. Cum ſancto ſpiritu, in gloria dei patris. Amen. Sic dicitur. Gloria in excelſis. etiam in miſſis beatæ Mariæ. Deinde oſculatur altare in medio, & verſus populum dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. poſtea dicit. Orem⁹. Deinde. Orationes. vnam aut plures vt ordo officij poſtulat: ſequitur. Epiſtola. Graduale, Alleluia, vel Tractus, Sequentia. vt tempus poſtulat. His finitis ſi eſt miſſa ſolemnis Diaconus deponit librum euangeliorum ſuper altare, & benedicto incenſo vt ſupra, genuflexus manibus iunctis ante medium altaris dicit.

MVnda cor meum, ac labia mea omnipotens deus, qui labia Iſaiæ prophetæ calculo mundaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare Vt ſanctum euangelium tuum digne Vale

leam nunciare. Per Christum dominum nostrum. Amen. Deinde accipit librum, & rursus genuflexus petit benedictionem a Sacerdote dicens: Iube domne benedicere. Sacerdos respondet:

Dominus sit in corde tuo & in labijs tuis, vt digne, & competenter annuncies euangelium suum In nomine patris & filij ✠ & spiritus sancti. Deinde accepta benedictione osculatur manum Sacerdotis; & cum alijs ministris incenso, & luminaribus accedens ad locum euangelij stans iunctis manibus dicit. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Pronuncians, Sequentia sancti euangelij secundum N. siue Initium Polli ce dextræ manus, signat librum euangelij, deinde frontem, labia, & pectus: & dum ministri respondent, Gloria tibi domine. incensat ter librum, postea dicit euãgelium iunctis manibus. Quo finito. Subdiaconus defert librũ sacerdoti, qui osculatur euangelium dicens. Per euangelica dicta deleantur nostra delicta: deinde a Diacono Sacerdos incensatur. Si vero Sacerdos fine Diacono, & Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, stans ad medium altaris iũctis manibus inclinatus dicit. Munda cor meum, & Iube domne benedicere; vt sup. & Dominus sit in corde meo, & in labijs meis, vt digne competẽter annunciem Euangelium suum Amen:

bus dicit. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo, & pronuncians. Initium siue Sequentia sancti euãgelij &c. signat se, & legit euangeliũ, vt dictum est. Quo finito, respondet minister. Laus tibi Christe: & Sacerdos osculatur euãgelium, vt supra. In missis defunctorum dicitur. Munda cor meum, sed nõ petitur benedictio, nõ deferuntur luminaria, nec celebrans osculatur librum. Deinde ad medium altaris extendens, & iungens manus, dicit si dicendum est: Credo in vnum deum: & prosequitur iũctis manibus. Quando autem ventum est ad illud. Et incarnatus est. genuflectit vsq; dũ dicitur. Crucifixus etiã pro nobis. In fine ad Et vitam venturi. signat se signo crucis.



Credo in vnum Deum. Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omniũ & inuisibilium. Et in vnum dominũ Iesum Christum, filium dei vnigenitum. Et ex patre natum, ante omnia sæcula. Deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero. Genitum, non factum, consubstantialẽ patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutẽ descẽdit de cœlis. Et icarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine: & homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis: sub Põtio Pilato passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in cœlum: sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum, & viuificantem: qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre, & filio simul adoratur, & cõglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam, & apostolicã ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorũ. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Deinde osculatur altare, & versus populum dicit. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea dicit. Oremus. Offertorium. Quo dicto, si est missa solemnis, Diaconus porrigit celebranti patenam cum hostia: si priuata, Sacerdos ipse accipit patenam cum hostia, quam offerens dicit.

Suscipe sancte pater omnipotẽs, æterne deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi deo meo viuo, & vero, pro innumerabilibus peccatis & offensionibus, & negligentijs meis, & pro omnibus circunstantibus, sed & pro oĩbus fidelibus Christianis viuis atq; defunctis: vt mihi & illis proficiat ad salutẽ in vitã æternã. Amen.

Deinde reposita hostia super corporale, ministrat Diaconus vinum: Subdia-

conus aquam in calice: vel si priuata est missa, vtrunque infundit Sacerdos & aquam miscendam in calice benedicit dicens.

Deus, qui humanæ substãtiæ dignitatem mirabiliter condidisti, & mirabilius reformasti: da nobis per huius aquæ & vini mysteriũ, eius diuinitatis esse consortes, q humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Iesus Christus filius tuus dominus noster. Qui tecũ viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

In missis pro defunctis dicitur prædicta oratio: sed aqua non benedicitur. Accipiens calicem, offert dicens.

Offerimus tibi domine calicem salutaris, tuam deprecãtes clementiam: vt in cõspectu diuinæ maiestatis tuæ pro nostra & totius mundi salute cum odore suauitatis ascendat. Amen. Deinde posito calice super corporale, & palla cooperto, iunctis manibus aliquantulum inclinatus dicit.

In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur a te domine & sic fiat sacrificium nostrum in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi domine deus. Erectus expandit manus, easque in altum porrectas iungens, & leuans ad cœlum oculos, & statim demissis dicit.

Veni sanctificator, omnipotens æternæ Deus et Be [illegible]

✠ dic hoc sacrificium tuo sancto nomini præparatum. Postea si sollenniter celebrat, benedicit incensum, dicens.

P Er intercessionē beati Michaelis archangeli stantis a dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incēsum istud dignetur dominus bene✠dicere, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Et accepto thuribulo a Diacono, incensat oblata dicens.

I Ncensum istud a te benedictum, ascendat ad te domine, & descendat super nos misericordia tua.

Deinde incensat altare dicens.

D Irigatᷓ dn̄e oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificiū vespertinum. Pone dn̄e custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis: vt nō declinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Dum reddit thuribulū diacono dicit.

A Cendat in nobis dn̄s ignem sui amoris, & flammam æternæ charitatis. Amen.

Postea incensatur Sacerdos a diacono, deinde alij per ordinem. Interim sacerdos lauat manus, dicens.

L Auabo inter innocētes manus meas: & circundabo altare tuū dn̄e. Vt audiā vocē laudis: & enarrē omnia mirabilia tua. Dn̄e dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cū impijs animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam. In quorū manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

In missis pro defunctis, & tēpore Passionis in missis de tempore omittitur. Gloria patri. Deinde ad medium altaris, & aliquantulum inclinatus iunctis manibus, dicit.

S Vscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, ascēsionis Iesu Christi dn̄i nostri & in honore beatæ Mariæ semp virginis, & beati Ioānis Baptistę, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, & istorum, & omnium sanctorū: vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis, quorū memoriam agimus in terris. Per eū dem Christum dn̄m nr̄m. Amen.

Postea osculatur altare, & versus populum dicit.

O Rate fratres: vt meū ac vestrū sacrificium acceptabile fiat apud deum patrē omnipotētē. ¶ Minister seu circunstantes respondent: alioquin ipsemet sacerdos)

S Vscipiat dominus sacrificium de manibus tuis, vel meis, ad laudem, & gloriam nominis sui: ad vtilitatem quoque nostram, totiusque ecclesiæ suæ sanctæ. Amen.

Deinde manibus extensis absolute subiungit orationes secretas. Quibus dictis, cum peruentum fuerit ad conclusionem clara voce dicit. Per omnia sæcula sæculorum. cum Præfatione, vt in sequentibus. Præfatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super altare: quas aliquantulum eleuat, cum dicit. Sursum corda. Iungit manus & caput inclinat, cum dicit. Gratias agamus domino deo nostro. Deinde disiungit manus, & disiunctas tenet vsque ad finem Præfationis, & iterum iungit cum dicit Sanctus, &c.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur a Natiuitate Domini, vsque ad Epiphaniam. Et in Purificatione Beatæ Mariæ virginis. Et in festo Corporis Christi, & per octauam.



Er omnia sæcula sæculorum. ℞. Amen. ℣. Domi nus vo bi scum. ℞. E t cum spi ri tu tuo ℣. Sur sum cor da. ℞. Ha be mus ad domi num. ℣. Gra tias a ga mus domi no de o no stro ℞. Dignum & iu stum est.

Præfatio. Vere dignũ & iustũ est, æquũ & sa lu ta re nos tibi semp

& vbique gratias agere: domine sancte, pater omnipotens, æterne

deus. Quia per in car nati ver bi my ste rium noua mentis no stræ

ocu lis lux tuæ cla ri ta tis in ful xit: vt dum vi si bi li ter deum

co gno sci mus, per hunc in in ui si bi li um amo rem ra pi-

amur. Et ideo cum angelis, & archangelis, cum thronis,

& dominationibus: cumque omni militia cœlestis exercitus,

hymnum gloriæ tuæ ca ni mus si ne fi ne di cen tes.

Infra actionem.

Communicantes, & diem vel noctem sacratissimam vel sacratissimũ celebrantes: qua vel quo beatæ Mariæ intemerata virginitas, huic mundo edidit saluatorem. Sed & memoriam venerantes in primis eiusdẽ gloriosæ semperq; virginis Mariæ genitricis eiusdem dei & domini nostri Iesu Christi. Sed & beatorum apostolorum, &c. In prima Missa duntaxat dicitur, noctem sacratissimam: deinde semper dicitur. diem sacratissimum vsque ad octauam Natiuitatis Domini inclusiue, & non vltra.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Epiphania Domini, & per octauam.

Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Domi nus vo biscũ.

℟. Et cum spi ri tu tu o. ℣. Sur sum cor da. ℟. Ha-

mus ad do mi num. ℣. Gra tias a ga mus do mi-

no de o no stro. ℟. Dignum & iu stum est. Præfatio.

Vere dignum & iu stum est, ęqu um & sa lu ta re, nos tibi

ſemper & vbique gratias age re: domine ſan cte, pater omni-

po tens æ ter ne de us. Quia cum vni gen itus tu us

in ſub ſtan tia no ſtræ mor ta li tatis ap pa ruit noua nos

im mor ta li ta tis ſuæ lu ce re pa rauit. Et ide o cum ange-

lis & ar chan ge lis, cum thro nis, & domi natio nibus

cunque om ni mi litia cœ le ſtis exer citus, hym num gloriæ

tuæ canimus ſi ne fi ne di centes. Infra actionem.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coęternus in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperque virginis Mariæ genitricis eiuſdem dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum, ac marty-

rum

rum tuorum Petri & Pauli &c. Et dicitur per totam octauam.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in Dominicis, & in feſtis dup. & ſemid. Quadrageſimę in ea occurrentibus, vſque ad Dominicam Paſſionis, niſi in feſtis propria aſſignetur.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpi ritu tu o ℣. Sur ſum cor da. ℟. Ha be mus

ad do mi num. ℣. Gra ti as a ga mus domino deo

noſtro. ℟. Di gnum & iu ſtum eſt. Præfatio.

Ve re di gnum & iu ſtum eſt, æ quum & ſalutare, nos ti bi

ſemper & v bi que gratias agere: domine ſancte, pater omni-

potens æ ter ne deus. Qui corpo ra li ie iu ni o vi ti a

comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmi a: per

Christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam lau-

dant an ge li, adorant do mi na ti o nes, tre munt

po te sta tes. Cæ li cæ lo rum que virtutes ac beata se-

raphin, so ci a exul ta ti o ne con ce lebrant. Cum

quibus & nostras vo ces, vt ad mit ti iu be as de pre-

ca mur, sup pli ci con fes si o ne di cen tes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Dominica Passionis, in Dominica Palmarum, in Feria quinta in Cœna domini, & in festis duplicibus & semiduplicibus eo tempore occurrentibus, nisi in festis propria assignetur.

Et in solemnitatibus sanctæ Crucis.

P er omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Do mi nus vo-

biscum. ℟. Et cum spi ri tu tu o. ℣. Sursum corda. ℟. Ha-

bemus ad do mi num. ℣. G.a ti as a ga mus do mino

de o no stro. ℟. Di gnum & iu stum est.

Præfatio.

V ere di gnum & iustum est, æquum & sa lu tare.

nos tibi semper & v bi que gra ti as a ge re: do mi ne

sancte, pater omnipotens, æ terne de us. Q ui salutem hu-

mani ge ne ris in li gno cru cis con sti tu i sti vt

vn de mors o ri e ba tur, in de vi ta resurgeret. Et qui

in ligno vin ce bat, in ligno quoque vin ce re tur:

per Christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam

lau dant an ge li, a do rant do mi na ti o nes, tremunt

potestates. Cæli cæ lo rumque vir tu tes ac be a ta se-

ra phin, so ci a e xul ta ti o ne con ce le brant. Cum

qui bus & no stras vo ces, vt ad mitti iu be as depre-

ca mur, sup pli ci con fessi o ne dicentes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur a vigilia Pasche vsque ad octauam: & in Dominicis vsque ad Ascensionem: & in festis duplicibus, & semiduplicibus eo tempore occurrentibus, nisi propria in festis assignetur. Et in missa sabbati sancti dicitur. In hac potissimum nocte: in die pasche vsque ad sabbathum in Albis inclusiue dicitur, In hac potissimum die: deinceps dicitur. In hoc potissimum tempore.

P er omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Do mi nus vo bi scum.

℟. Et cum spi ri tu tu o. ℣. Sur sum cor da. ℟. Ha be mus ad do-

mi num. ℣. Gra ti as a ga mus, do mi no de o no stro.

℟. D i gnum & iustum est.

Præfatio. V ere dignum & iu stum est, equum & sa lu ta re.

T e qui dem domi ne omni tempore, sed in hac potissimum no-

cte glo ri o si us prę di ca re, cum pa scha no strum

im mo la tus est Chri stus. Ipse e nim ve rus est a gnus,

qui ab stu lit pec ca ta mun di. Qui mortem no stram

mo ri en do de struxit, & vitam re sur gen do re pa-

ra uit. Et i de o cum an ge lis, & ar chan ge lis, cum thro-

nis & do mi na ti o ni bus: cumque omni mili ti a cęle stis

e xercitus, hymnum glo ri æ tuæ ca nimus si ne fi ne di cen tes.

Infra actionem.

Communicantes & diem sacratissimum celebrantes Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem. Sed & memoriam venerantes in primis gloriosæ semperque virginis Mariæ genitricis eiusdem dei & Domini nostri Iesu Christi: sed & beatorum apostolorum. &c.

sequitur.

sequitur Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus: pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorũ, quæsumus domine, vt placatus accipias &c. Sic dicitur a vigilia Paschæ vsque ad sabbathum in albis inclusiue.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur a die Ascensionis vsque ad vigiliam Pentecostes exclusiue, & in festis tunc occurrentibus.

Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Do mi nus vo-

biscum. ℟. Et cum spi ri tu tu o. ℣. Sursum corda. ℟. Ha-

bemus ad do mi num. ℣. Gra ti as a ga mus do mino

de o no stro. ℟. Di gnum & iu stum est.

Præfa tio. Vere di gnum & iustum est, æquum & sa lu ta re.

nos ti bi sem per & v bi que gra ti as a ge re: do mi ne

 sancte,

san cte, pa ter omni po tens, æ ter ne De us. Per Chri-

stum dominum nostrum. Qui post resur re cti o nem

suam om ni bus di sci pu lis suis ma ni fe stus ap paruit,

& ipsis cernentibus est e le ua tus in cęlum, vt nos di ui nitatis

su æ tri bu e ret esse par ti ci pes. Et i de o cum angelis

& archangelis, cum thronis & dominati o ni bus, cumque omni

mi li ti æ cę le stis e xer ci tus hymnum glo ri æ tu æ ca-

nimus si ne fi ne di cen tes.

Infra actionem.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes: quo dominus noster vnigenitus filius tuus vnitam sibi fragilitatis nostrę substantiã, in gloriæ tuæ dextera collocauit. Sed & memoriam venerantes, in primis gloriosæ semperque virginis Mariæ genitricis eiusdem dei & domini nostri Iesu Christi, &c. Et dicitur per totam octauam.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur a Vigilia Pentecostes vsque ad sequentem sabbathum inclusiue.

P er omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. ℣. D o mi nus vo bi scum.

℟. Et cum spi ri tu tu o. ℣. Sur sum cor da. ℟. Ha be mus ad do-

mi num. ℣. Gra ti as a ga mus, do mi no de o no stro.

℟. Di gnum & iustum est.

Præfa tio. V ere dignum & iu stum est, ęquum & sa lu ta re, nos tibi

sem per & v bi que gra ti as a ge re, domine sancte, pater omni-

po tens æ ter ne deus Per Chri ſtum dominū noſtrū. Qui a-

ſcendens ſuper om nes cę los, ſe denſque ad dexteram tuam

pro miſſum ſpi ri tum ſanctum ho di erna di e in fi li os a do-

pti o nis effu dit. Qua pro pter pro fu ſis gau di js

to tus in or be ter ra rum mun dus e xul tat. Sed & ſu-

per næ vir tu tes, atque an ge li cæ po te ſta tes hymnum

glo ri æ tuæ con cinunt ſi ne fi ne di cen tes.

Infra actionem.

Communicantes & diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes: quo Spiritus ſanctus apoſtolis innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam,&c. ſequitur Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctę familiæ tuæ, quam tibi offerimus: pro his quoque quos regenerare digna-

tus es ex aqua & ſpiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum, quæſumus domine, vt placatus accipias &c. Et dicitur vſque ad ſequens Sabbatum incluſiue.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſto Sanctæ Trinitatis.

Per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen. ℣. Do mi nus vo-

biſcum. ℟. Et cum ſpi ri tu tu o. ℣. Surſum corda. ℟. Ha-

be mus ad do mi num. ℣. Gra ti as a ga mus do mino

de o no ſtro. ℟. Di gnum & iu ſtum eſt. Præfatio.

Vere di gnum & iuſtum eſt, æquum & ſa lu ta re, nos ti bi ſemper

& v bi que gra ti as a ge re: do mi ne ſancte, pa ter om-

ni po tens æ ter ne de us. Qui cum v ni ge ni to fi li o



tuo, & spi ri tu san cto, v nus es Deus, v nus es do mi nus.



Non in v ni us sin gu la ri ta te per so næ, sed in v ni us Trini-



ta te sub stan ti ę. Quod e nim de tu a glo ri a re ue lan te



te cre di mus, hoc de fi li o tu o, hoc de spi ri tu san cto,



si ne diffe ren ti a di scre ti o nis sen ti mus: vt in confessio-



ne ve rę sem pi ter nę que de i ta tis, & in per so nis pro pri e-



tas, & in essen ti a v ni tas, & in ma ie sta te a do re tur



æ qua li tas. Quam lau dant Angeli, atque Ar chan geli, Che-



rubim quo que ac Se ra phim, qui non cessant clamare quo ti-



di e v na vo ce di cen tes.

equens Præfatio cum suo cantu dicitur in festis S. Mariæ & per eius octauas (excepto festo Purificationis in quo dicitur de Natiuitate) etiam in festis infra eius octauam occurrentibus si propriam non habuerint, & in Missis votiuis de B. Maria in quibus dicitur, & te in veneratione: in festis autem dicitur, & te in Annũciatione, vel Visitatione, vel Assumptione, vel Natiuitate, vel Conceptione, secundum denominationem festi, & in festo S. Marię ad Niues, dicitur, & te in festiuitate.




P er omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟.



Et cum spiritu tu o ℣. Sur sum cor da. ℟. Ha be mus



ad do mi num. ℣. Gra ti as a ga mus domino deo



Præfa tio.

nostro. ℟. Di gnum & iu stum est.



V ere di gnum & iu ſtum eſt, æ quum & ſa lu ta re :



nos tibi ſemper & v bique gra ti as a ge re: do mine ſancte, pater



omni po tens, æ ter ne de us. Et te in ve ne ra ti o ne Be a-



tę Ma ri ę ſem per vir gi nis col lau da re, be ne di cere, &



præ di ca re. Quæ & v ni ge nitum tuum ſancti ſpi ri tus



obum bra ti o ne con ce pit: & vir gi ni ta tis glo ri a perma-



nen te, lu men æ ter num mun do effu dit, Ie ſum Chriſtum do-




mi num noſtrum. Per quem ma[illegible] dant

Angeli,




an ge li, a do rant do mi na ti o nes, tre munt po te-



ſta tes. Cæ li cæ lo rum que vir tu tes ac beata Sera-



phin, ſo ci a exul ta ti o ne con ce le brant. Cum quibus



& noſtras vo ces, vt ad mit ti iu be as de preca mur, ſup pli ci



con feſ ſi o ne di cen tes.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, & per octauas eorum, & in feſtis infra eas occurrentibus niſi propria aſſignetur.



P er omnia ſę cu la ſę cu lo rum. ℟. Amen. ℣. Do mi nus



vo biſcum. Et cum ſpi ri tu tuo. ℣. Sur ſum cor da Ha-



be mus ad do mi nnm. ℣. Gra ti as a ga mus do mi no



deo noſtro. ℟. Di gnum & iu ſtum eſt.

Præfa tio.



Ve re di gnum & iu ſtum eſt, æquum & ſa lu tare, T e domine ſup-



pli ci ter e xo ra re, vt gregem tuum paſtor æternę non deſeras:



ſed per be a tos a po ſto los tuos con ti nua pro te cti o ne cu-



ſto di as. Vti iſ dem re cto ri bus gu bernetur, quos o pe ris



tu i vi ca ri os e i dem con tu li ſti p ... pa ſto res.



Et i de o cum an ge lis & ar chan ge lis, cum thro...

mina-



mi na ti o ni bus, cumque omni militia cę le ſtis e xer ci tus,



hymnum gloriæ tuæ canimus ſi ne fi ne di centes.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in omnibus feſtis duplicibus, & per octauas eorum, & in omnibus ſemiduplicibus, & Dominicis diebus, vbi propria non habetur.



P er omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum.



℟. Et cum ſpi ritu tu o ℣. Sur ſum cor da. ℟. Ha be mus




ad do mi num. ℣. Gra ti as a ga mus domino deo



noſtro. ℟. Di gnum & iu ſtum eſt.

Præfatio.



V e re di gnum & iu ſtum eſt, æ quum & ſalutare, nos ti bi ſemper


& vbi-



& v bi que gratias agere: domine ſancte, pater omni po tens



æ ter ne deus: per Chriſtum dominũ no ſtrum. Per quem maie-



ſtatem tuã laudant angeli, a dorant do mi nati o nes, tremũt po-



teſtates. Cæli cæ lo rumque virtu tes ac be a ta Sera phim, ſo ci a



exul tati o ne cõce lebrãt. Cũ quibus & no ſtras voces, vt admitti



iu be as depreca mur, ſup pli ci con feſſi o ne dicentes.

S anctus, Sanctus, Sanctus dominus deus ſabaoth.
P leni ſunt cęli & terra glia tua. O ſanna in excelſis.
B enedictus qui venit in nomine domini. O ſanna in excelſis.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus Quadrageſimæ, a quarta feria Cinerum, vſque ad ſabbathum ante Dominicam Paſſionis incluſiue.



P er omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et



cũ ſpi ri tu tu o. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gra-



ti as a ga mus do mi no de o noſtro. ℟. Dignum & iu ſtum eſt.

Præfatio.



V e re di gnum & iu ſtum eſt, æ quum & ſa lu ta re:



nos tibi ſemper & v bique gra ti as a ge re: do mi ne ſancte, pater



omnipotens, æ terne deus Q ui corporali ieiunio vitia cõprimis,



mentem e leuas, virtutem largiris & præmi a: per Chriſtum do-

minum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant an ge li,

ado rant do mi na ti o nes, tre munt pote sta tes. Cæ li cæ lo-

rum que virtutes ac beata seraphin, so ci a exul ta ti o ne

con ce le brant. Cum quibus & nostras vo ces, vt ad mitti

iu be as de preca mur, sup pli ci con fes si o ne di cen tes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in diebus ferialibus, a Dominica Passionis, vsque ad feriam quintam in Cœna Domini. Et in Missis votiuis sanctæ Crucis.

P er omnia sę cu la sę cu lo rum. ℟. Amen. ℣. Do mi nus

vo bi scum. ℟. Et cum spi ri tu tuo. ℣. Sur sum cor da.

℟. Ha be mus ad do mi num. ℣. Gratias agamus domi-

no de o no stro. ℟. Di gn um & iustum est. Præfa tio.

V ere dignum & iustum est, æquum & salutare: nos tibi semper

& vbique gra tias agere: domi ne san cte, pater om ni potens,

æ ter ne de us. Q ui salu tem hu ma ni ge ne ris in ligno

Crucis constituisti, vt vn de mors orie ba tur, inde vita

resurgeret. Et qui in ligno vin ce bat, in ligno quoque vin-

ce re tur. Per Chri stum do mi num no strum. Per quem maie-

ſtatem tuam lau dant An ge li, adorant do mi na tio nes tre-

munt poteſtates. Cœli cœlorum que virtu tes, ac bea ta Sera-

phim, ſo cia exul ta tio ne con cele brant. Cum qui bus &

no ſtras vo ces, vt ad mit ti iu beas de pre ca mur, ſup pli ci

confeſſio ne di cen tes.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus ab octaua Paſchæ vſq; ad Aſcenſionem Domini. Et in feſtis ſimplicibus eo tempore occurrentibus.

P er om nia ſæ cula ſæculorum. ℟. A men. ℣. Do mi nus vo-

biſcum. ℟. Et cum ſpi ri tu tu o. ℣. Sur ſum cor da. ℟. Ha be

mus

mus ad dominum. ℣. Gra tias a ga mus do mi no de o no-

ſtro. ℟. Di gnum & iu ſtum eſt. Præfatio.

V ere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare: T e quidem domi-

ne om ni tem po re, ſed in hoc po tiſſi mum glo rioſius præ-

dicare, cum Pa ſcha no ſtrum im mo la tus eſt Chri ſtus. Ip-

ſe enim ve rus eſt A gnus, qui ab ſtu lit pec ca ta mun di.

Qui mor tem no ſtram mo rien do de ſtru xit, & vitam reſur-

gendo reparauit. Et ideo cum an ge lis, & archan gelis, cum

 thronis





Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Missis votiuis de sancta Trinitate.





























& in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubin quoque ac Seraphim, qui non cessant clamare quotidie vna voce dicentes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Missis votiuis de Spiritu sancto.

Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo nostro. ℟. Dignum & iustum est. Præfatio.

Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper, & vbique gratias agere, domine sancte, pater omnipotens, æterne deus. Per Christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes cœlos: sedensque ad dexteram tuam, promissum Spiritum sanctum in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed & supernæ virtutes, atque angelicæ potestates: hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Missis votiuis de Apostolis.

P er omnia sæcula sæculorum. ℟. A men. ℣. Do mi nus vo-

bi scum. ℟. Et cum spi ri tu tuo. ℣. Sur sum cor da. ℟. Habe

mus ad do mi num. ℣. Gratias a ga mus domino de o

no stro. ℟. Di gnum & iu stum est. Præfatio.

V ere di gnum & iu stum est, æ qu um & sa lutare, T e do mi ne

suppliciter exorare, vt gregem tuum pastor æ ter næ non de-

se ras: sed per be a tos a po sto los tu os con ti nua protectio-

ne cu stodias. Vt iisdem rectoribus gubernetur: quos ope-

ris tui vi ca ri os ei dem contu li sti præ esse pastores. Et

ide o cum angelis, & archangelis, cum thronis, & domina-

ti o ni bus, cumque omni mi li ti a cœle stis e xercitus,

hymnum glo ri æ tu æ ca ni mus, si ne fi ne di cen tes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in festis simplicibus, & diebus ferialibus, vbi propria non habetur.

P er omnia sæ cu la sæ cu lo rum. ℟. A men. ℣. Do mi nus

vo bi scum. ℟. Et cum spi ri tu tu o. ℣. Sur sum cor da.



℟. Ha be mus ad do mi num. ℣. Gratias a ga mus do mi-



no de o no stro. ℣. Di gnum & iu stum est. Præfatio.



Vere di gnum, & iu stum est, æquum & saluta re, nos ti bi



sem per, & v bi que gra tias a ge re, do mine san cte, pa ter



omnipotens, æterne deus. Per Christum dominum nostrum.



Per quem ma ie statem tu am lau [illegible] angeli, a do rant domina-




ti o nes, tre munt po te sta tes. Cœli cœlorumque vir tu tes, [illegible]



ac be a ta Seraphim, so cia exul ta ti o ne con ce le brant.

Cum



Cum qui bus & no stras vo ces, vt ad mit ti iubeas de pre-




ca mur, sup pli ci con fessi o ne di cen tes.

Andreas [illegible] sacerdos de [illegible] ex Cathalogo libri [illegible]
Anno D. [illegible]

Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus Sabaoth:
Pleni sunt cœli, & terra gloria tua. Osanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine domini. Osanna in excelsis.
























Sacerdos extendens, & iungens manus, eleuans ad cœlum oculos, & ſtatim demittens, inclinatus ante altare dicit.



TE igitur clementisſime Pater, per Ieſum Chriſtum filiũ tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus, ac petimus, Oſculatur altare, Vti accepta habeas, & benedicas, Signet ter ſuper oblata. Hæc ✠ dona, hæc ✠ munera hæc, ✠ ſancta ſacrificia illibata. Extenſis manibus proſequitur. In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta catholica: quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa noſtro N. & antiſtite noſtro N. & omnibus orthodoxis, atque catholicæ, & apoſtolicæ fidei cultoribus. Co mmemoratio pro viuis.


MEmento domine famulorum famularumq; tuarum. N. & N. iungit manus orat aliquantulum pro quibus orare inten-





dit: deinde extenſis manibus proſequitur. Et omnium circũſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe, ſuiſq; omnibus: pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis, & incolumitatis ſuæ, tibique reddunt vota ſua æterno deo viuo, & vero.

Infra actionem.

COmmunicantes, & memoriam venerantes: in primis glorioſę ſemperque virginis Mariæ genitricis dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorum Apoſtolorum, ac martyrum tuorum: Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thadęi: Lini, Cleti, Clementis, Xiſti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chryſogoni, Ioannis, & Pauli, Coſmæ & Damiani. Et omnium ſanctorũ tuorum: quorum meritis precibuſque concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. iũgit manus. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Tenens manus expanſas ſuper oblata dicit.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuę, quæſumus domine, vt placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas atque ab ęterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. iungit manus. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

QVam oblationem tu deus in omnibus, quęſumus: ſignat ter ſuper oblata. Bene ✠ dictam, a-

ſcri ✠ ptã, ra ✠ tã, rõnabilẽ, acceptabilẽq; facere digneris: ſignat ſemel ſup hoſtiã: & ſemel ſup calicẽ: vt nobis Cor ✠ pus, & ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui dñi nr̄i Ieſu Chriſti.

QVi pridie, q̃ pateret: accipit hoſtiã accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles man⁹ ſuas eleuat oculos ad cęlũ Et eleuatis oculis in cœlũ ad te deũ patrẽ ſuũ oĩpotẽtẽ: tibi gr̄as agẽs ſignat ſup hoſtiã, bñ ✠ dixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicẽs. Accipite, & mãducate ex hoc oẽs. Tenẽs ãbab⁹ manibus hoſtiã, ꝓfert verba cõſecrationis diſtĩcte, ſecrete, & attẽte.

Hoc eſt enĩ corp⁹ meũ.

Prolatis verbis cõſecrationis, ſtatĩ hoſtiã conſecratã genuflexus adorat: ſurgit, oſtẽdit populo: reponit ſuꝑ corpale, iterũ adorat, & nõ diſiũgit pollices, & ĩdices, niſi qñ hoſtia tractãda eſt, vſq; ad ablutionem digitorũ. Tũc adorato Sacr̃o & detecto calice dicit.

SImili modo poſtquam cœnatum eſt: ambabus manibus accipit calicem, accipiens, & hunc præclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, itẽ tibi gr̄as agẽs, ſiniſtra tenẽs calicem, dextra ſignat ſuꝑ eũ Bñ ✠ dixit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens. Accipite & bibite ex eo oẽs. Profert verba cõſecrationis ſup calicem tenẽs illum parum eleuatũ.

Hic eſt enim calix ſanguinis mei: noui & ęterni teſtamẽti: myſteriũ fidei: qui pro vobis, & ꝓ multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ.

Prolatis verbis conſecrationis deponit calicem ſuper corporale, & dicens.

Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. *genuflexus adorat: surgit, ostendit populo: deponit, cooperit, & iterum adorat. Deinde disiũctis manibus dicit.*

VNde & memores domine nos serui tui, sed & plebs tua sãcta eiusdem Christi filij tui domini nostri, tam beatæ Passionis, necnon & ab inferis Resurrectionis; sed & in cœlos gloriosæ Ascensionis, offerimus præclaræ maiestati tuæ, de tuis donis ac datis, *signat ter super hostiam, & calicem simul*, hostiam ✠ puram hostiam ✠ sanctam: hostiam ✠ immaculatam, *signat semel super hostiam, & semel super calicem.* panem ✠ sanctum vitæ æternæ, & calicem ✠ salutis perpetuæ. *extensis manibus prosequitur*

SVpra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: & accepta habere sicuti accepta habere dignat⁹ es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiũ patriarchę nostri Abrahæ: & quod tibi obtulit summus sacerdos tu⁹ Melchisedec, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: iube hæc perferri per manus sãcti Angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt quotquot, *osculatur altare*, ex hac altaris participatione, sacrosanctum filij tui, *signat semel super hostiam, & semel super calicem.* Cor ✠ pus & san ✠ guinem sumpserimus, *seipsum signat*, omni benedictione cælesti & gratia repleamur. Per

Chri

Christũ dñm nostrũ. Am̃.

Commem. pro defunctis.

MEmẽto ẽt dñe famulorũ famularũq; tuarũ. *N.* & *N.* q̃ nos p̃cesserũt cũ signo fidei, & dormiũt ĩ somno pacis. *iũgit man⁹. orat aliquãtulũ p̃ his defũctis p̃ q̃bus orare intẽdit: deinde extensis manibus p̃sequitur.* Ipsis dñe, & oĩbus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis & pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eũdẽ Christum dominum nostrum. Amen. *Percutit pectus elata parum voce dicens.*

NObis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationũ tuarum sperantibus, partem aliquam & societatẽ donare digneris, cum tuis sanctis apostolis, & martyribus, cum Ioanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cęcilia, Anastasia: & omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos cõsortiũ non ęstimator meriti, sed venię, quęsumus, largitor admitte. Per Christum dominum nostrum.

PEr quem hęc omnia domine semper bona creas: *signat ter super hostiam, & calicem simul, dicens.* San ✠ ctificas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis, & p̃stas nobis, *discooperit calicem, genuflectit, accipit sacramentum dextera, tenẽs sinistra calicem: signat cũ hostia ter a labio ad labiũ calicis dicẽs.* Per ip ✠ sum & cum ip ✠ so: & in ip ✠ so *bis signat inter pectus, & calicẽ,* est tibi deo patri ✠ omnipotẽti; in vnitate spiritus ✠ sancti *eleuans parũ calicẽ cũ hostia dicit.* oĩs honor & gloria, *reponit hostiã, cooperit calicẽ, genuflectit, surgit, & dicit.*

P Er omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Iungit manus.

O remus. Præceptis salutaribus moniti, & diuina

institutione formati audemus dicere. Extendit manus.

P Ater noster, qui es in cœlis. Sanctificetur nomen

tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volun tas tua

sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum quoti-

dianum da nobis hodie. Et dimitte nobis

debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus no-

stris.

stris. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libe-

ra nos a malo. secrete respondit. Amen.

Sequens cantus dicitur in festis simplicibus, & ferialibus diebus.

P er omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

O remus Præceptis salutaribus moniti & di-

uina institutione formati audemus dicere.

P Ater noster, qui es in cœlis. Sanctificetur nomen

adVeniat Regnum fiat Voluntas tua

ſicut in cœlo, & in ter ra. Pa nem no ſtrum quo tidianum

da nobis hodie. Et dimitte no bis de bita no ſtra, ſi cut &

nos di mit ti mus de bi to ri bus noſtris. Et ne nos in ducas

in ten ta tio nem. ℟. Sed libera nos a malo. Amen.

Sacerdos ſubmiſſa voce dicit.

Deinde accipit patenam inter indicem, & medium digitos, & dicit.

LIbera nos q̃s dñe, ab oĩbus malis, p̃teritis, p̃ſentib⁹, & futuris: & intercedēte beata, & glorioſa sẽp virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atq; Andræa, & oĩbus ſanctis: ſignat ſe cum patena a fronte ad pectus, da propitius pacem in diebus noſtris: vt ope miſericordiæ tuæ adiuti, & a peccato ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri. Submittit patenam hoſtiæ, diſcooperit calicẽ, genuflectit, ſurgit, accipit hoſtiã, frãgit eam ſuper calicem per mediũ dicens. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Christum filium tuum.

per patenã. Deinde ex parte quæ in ſiniſtra remanſerat, frangit particulam dicens. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Aliã mediam partem cum ipſa ſiniſtra ponit ſuper patenam, & dextera tenens particulam paruam ſuper calice, ſiniſtra calicem, dicit.

P er omnĩa ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Cum ipſa particula ſignat ter ſuper calicem, dicens.

P ax ✠ do mi ni: ſit ✠ ſem per vo biſ ✠ cum. ℟.

Et cum ſpi ri tu tuo.

Particulam ipſam imponit in calicem, dicens ſecrete.

HÆc commiſtio & conſecratio corporis & ſanguinis dñi noſtri Ieſu Chriſti, fiat accipiẽtibus nobis in vitam ęternam. Amen. cooperit calicem, genuflectit, ſurgit, & inclinatus ſacramẽto, iunctis manibus & ter pectus percutiens dicit.

A gnus dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

A gnus dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

A gnus dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In miſſis p̱ defũctis omiſſo miſerere nobis. dicit dona eis requiẽ: & tertio addit ſẽpiternã. Deĩde iũctis manibus ĩclinat⁹ dicit ſequẽtes orõnes.

DOmine Ieſu Chriſte, q̃ dixiſti apoſtolis tuis. Pacẽ relinquo vobis: Pacẽ meã do vobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidẽ eccleſiæ tuę, eã que ſecũdũ volũtatẽ tuã pacificare, & coadunare digneris. Qui viuis, & regnas de⁹: p oĩa ſæcula ſclo℞ũ. Am̃.

Si dãda eſt pax, oſculat̃ altare, & dãs pacẽ dicit. P ax tecũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. In miſſis defunctorũ nõ datur pax neq; dicitur præcedens Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, fili dei viui, q̃ ex volũtate patris, cooperãte ſpiritu ſancto p mortẽ tuã mundũ viuificaſti: libera me p hoc ſacroſanctũ corp⁹, & ſanguinẽ tuũ, ab oĩbus iniquitatibus meis, & vniuerſis malis: & fac me tuis ſemper ĩhęrere mãdatis, & a te nũquã ſeparari pmittas. Qui cũ eodem deo patre, & ſpiritu ſancto viuis & regnas deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

PErceptio corporis tui dñe Ieſu Chriſte, quod ego indignus ſumere p̃ſumo, non mhi proueniat in iudiciũ, & cõdẽnationẽ, ſed pro tua pietate p̱ſit mihi ad tutamẽtũ mẽtis & corporis, & ad medelã percipiendã. Qui viuis, & regnas cũ deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: p oĩa ſęcula ſæculorum. Amen. Genuflectit, ſurgit & dicit.

PAnem cęleſtem accipiam, & nomẽ dñi ĩuocabo. Accipit ambas partes hoſtiæ ĩter pollicẽ & ĩdicẽ ſiniſtræ man⁹, & patenã ĩter eũdẽ ĩdicẽ, & mediũ, & dextera percutiẽs pect⁹ ãter ter

DOmine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tã-

tantum dic verbo, & sanabitur anima mea. Postea dextera se signans cum hostia super patena, dicit.

Corp⁹ domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

Sumit ambas partes hostiæ, iungit manus, & quiescit aliquantulum. Deinde discooperit calicem, genuflectit, extergit patenam super illum, & dicit.

Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicē salutaris accipiā, & nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Accipit Calicem, & eo se signans dicit.

Sanguis domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

Sumit totum sanguinem, cum particula. Quo sumpto, si qui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purificet. Postea dicit.

Quod ore sumpsimus domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

[illegible] porrigit calicem ministro, [illegible] infundit ei parum vini, quo se [puri]ficat: deinde prosequitur.

Corpus tuū, domine quod sumpsi, & sanguis quem potaui, adhæreat visceribus meis, & præsta: vt in me non remaneat scelerum macula: quem pura & sancta refecerūt sacramenta. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen. Abluit digitos, extergit, & sumit ablutionem: extergit calicem, & plicato corporali operit more solito, deinde prosequitur Missam Dicto post vltimam orationem. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. dicit Ite Missa est. Vel si Missa requirit. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. In missis defunctorum, dicit Requiescant in pace. ℟. Amen.

Tempore Paschali, hoc est, a Missa sabbati sancti vsque ad sabbatum in albis inclusiue.

I te missa est. Al le luia.

alle luia:

In festis duplicibus.

I te

missa est.

In Missis beatæ Mariæ.

I te

missa est.

In festis semidup. īfra oct. q̄ nō sunt B. Mariæ: & Dn̄icis dieb⁹ īfra annū.

I te

missa est.

In festis simplicibus.

Ite mis sa est.

In Dn̄icis dieb⁹ tpe Aduēt⁹ & Quad.

B e ne di ca mus do-

mi no.

In Ferijs.

B ene di ca mus do mi no.

In Missis defunctorum.

R equie scant in pa ce.

Dicto. Ite Missa vel Benedicamus domino. inclinat se ante medium altaris dicit

Placeat tibi sancta Trinitas obsequium seruitutis meę, & præsta: vt sacrificium, quod oculis tuæ maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique & omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserāte propitiabile. Per Christum dominum nostrum. Amen. Deinde benedicit pp̄lm. Bn̄dicat vos oīpotēs de⁹ Pater: & filius: ✠ & Spiritus sanct⁹. In missa Pōtificali ter bn̄dicit vt ī Pōtificali habet. Deīde ī cornu euāgelij dicto, Dn̄s vobiscū, & Initiū, vel Sequētia, signās se vt supra ī euāgelio Missæ, legit euāgeliū sm̄ Ioā. In principio erat verbū, vel aliud euāgeliū, vt dictū est ī rubricis gn̄alib⁹. In missis defūctorū nō dat bn̄dictio, sed dicto, Reqescāt ī pace. dicit Placeat, deīde euāgeliū sācti Ioānis. Finito euāgelio, sacti Ioānis discedēs, p gratiarū actione dicit antiphonā. Triū puerorū vt habet ī pricip io Missalis.

DOMINICA RESVRRECTIONIS DOMINI.



Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

Ps. 138

Resurrexi,& adhuc tecum sum,alleluia,posuisti sup me manum tuam,Alleluia: mirabilis facta est sciētia tua,Alleluia, alleluia. Psalmus.

Ibi.

Dn̄e probasti me,& cognouisti me:tu cognouisti sessionē meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

Deus,qui hodierna die,per vnigenitū tuū, æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti,vota nostra,q̄ præueniēdo aspiras,etiā ad iuuādo prosequere. Per eundem.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

ca. 5.

Fratres.Expurgate vet⁹ fermentum:vt sitis noua conspersio,sicut estis azymi.Et enim pascha nostrū immolatus est Christus.Itaq; epulemur:non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ,& nequitiæ:sed in azymis synceritatis & veritatis Graduale.Hæc dies,quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus:quoniam in sęculum misericordia eius.Alleluia,alleluia. ℣. Pascha nostrum immolatus est Christus. Sequentia.

Ps. 117

Victimæ paschali laudes immolent Christiani.

Agnus redemit oues:Christus innocens patri reconciliauit peccatores.

Mors,& vita, duello conflixere mirando : dux vitæ, mortuus regnat viuus.

Dic nobis Maria, quid vidisti ĩ via?

Sepulchrum Christi viuentis:& gloriam vidi resurgentis.

Angelicos testes,sudariū, & vestes.

Surrexit Christus spes mea : præcedet vos in Galilæam.

Scimus Christum surrexisse a mortuis vere:tu nobis victor rex miserere.Amen.Alleluia. Sequētia dicitur vsq; ad sabbatum in albis inclusiue.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

ca. 16.

In illo tempore. Maria Magdalene, & Maria Iacobi,& Salome, emerūt aromata : vt venientes, vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbathorum ,veniunt ad monumentum orto iam sole. Et dicebant

ad inuicem.Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem.Erat quippe magnus valde.Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerunt.Qui dixit illis.Nolite expauescere. Iesum quæritis Nazarenū, crucifixū: surrexit, non est hic: ecce locus,vbi posuerunt eum. Sed ite,dicite discipulis eius,& Petro: quia p̄cedet vos in Galilæam Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo.

Offer. Terra tremuit,& quieuit dum resurgeret in iudicio deus. Alla. Sec.

Suscipe,quæsumus domine, preces populi tui cū oblationibus hostiarum: vt paschalib⁹ initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelā te operante proficiāt. Per dominū.

Communio. Pascha nostrū immolatus est Christus,Alleluia:itaq; epulemur in azymis synceritatis,& veritatis,Alla,alla, alleluia. Postcomm.

Spiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos sacramē tis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes.Per dominum. in vnitate eiusdem. post Dominus vobiscum, dicitur. Ite missa est, alleluia, alleluia. ℟. Deo gratias,alleluia. alla.

Sic dicitur vsque ad sabbatum in albis inclusiue.

¶ Infra octauam paschę non fit de aliquo festo duplici, vel semiduplici, sed post octauam celebratur. De simplici autem fit tātum commemoratio post triduum.

FERIA II.

Statio ad Sanctum Petrum. Introitus.

exo. 13.

Introduxit vos dominus in terram fluētem lac, & mel,Alleluia:& vt lex domini semper sit in ore vestro,Alleluia,alleluia. Psalmus. Confitemini domino , & inuocate nomen eius : annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri, & filio , & spiritui sancto. Oratio.

Psa. 104.

Deus,qui solemnitate paschali mundo remedia contulisti:populum tuum,quæsumus,cœlesti dono prosequere:vt & perfectam libertatem consequi mereatur:& ad vitā proficiat sempiternā. Per dominū.

Lectio Actuum Apostolorum

ca. 10.

In diebus illis:Stans Petrus in medio plebis, dixit.Viri fratres,vos scitis quod factū est verbum per vniuersam Iudæā: incipiēs enim a Galilæa,post baptismum, quod p̄dicauit Ioannes, Iesum a Nazareth: quomodo vnxit eum deus spiritu sā cto,& virtute: q ptrāsijt benefaciendo,& sanādo oēs oppressos a diabolo: qm̄ de⁹ erat cū illo. Et nos testes sumus oīum,q̄ fecit ĩ regione Iudeorū,& Hierusalē:quē occiderūt suspēdentes in ligno. Hunc Deus suscita-

uit tertia die: & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus pordinatis a deo, nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo postquã surrexit amortuis. Et pręcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes prophetę testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eũ. Graduale. Hæc dies, quam fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea. ℣. Dicat nũc Israel, quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus dñi descendit de cœlo: & accedẽs reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Sequentia. Victimæ paschali, cum alleluia. in fine, vt supra in Dominica Paschæ.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalẽ, nomine Emmaus. Et ipsi loquebantur ad inuicẽ de his omnibus quæ acciderant. Et factum est: dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autẽ eorum tenebantur, ne eum agnoscerẽt. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respõdẽs vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalẽ & non cognouisti quæ facta sunt in illa, his dieb⁹? Quib⁹ ille dixit. Quę? Et dixerunt. De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potẽs in opere, & sermone coram deo, & omni populo. Et quomodo tradiderunt eũ summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis: & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redẽpturus Israel. Et nũc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerũt ad monumentum: & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiã visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidã ex nostris ad monumẽtum: & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetę. Nõne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis ĩ omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerũt castello quo ibãt: & ipse finxit se lõgius ire. Et coegerunt illum, dicẽtes Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est: dũ recumberet cum illis, accepit panem,

& benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorũ, & cognouerũt eũ: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicẽ. Nõne cor nostrum ardẽs erat in nobis, dũ loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadẽ hora regressi sunt in Hierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: q̃a surrexit dñs vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quę gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Credo. Offertorium. Angelus domini descẽdit de cœlo, & dixit mulieribus: quem q̃ritis, surrexit, sicut dixit, All'a. Secr. SVscipe quæsumus dñe, p̃ces populi tui cũ oblationibus hostiarũ: vt paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelã te operante proficiant. Per dominum. Communio. Surrexit dñs, & apparuit Petro, Alleluia. Postcõmunio. SPiritum nobis dñe tuæ charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalib⁹ satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum. Iesum. in vnitate eiusdem.


FERIA III.

Statio ad sanctum Paulũ. Introitus.



Qua sapientiæ potauit eos: Alleluia: firmabitur in illis, & non flectetur, Alle'a: & exaltauit eos in ęternum, Alleluia, alleluia. psalm. Cõfitemini domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gẽtes opera ei⁹. ℣. Gloria p̃ri, & filio. Oro. DEus, qui ecclesiam tuã nouo semper fętu multiplicas: concede famulis tuis: vt sacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Lectio Actuum Apostolorum.



N diebus illis. Surgens Paulus, & manu silentium indicens, ait. Viri fratres, filij gñris Abraã & qui in vobis timent deum: vobis verbũ salutis huius missum est. Qui enim habitant Hierusalem, & principes eius ignorantes Iesum, & voces prophetarũ, quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt: & nullam causam mortis inuenientes in eo, petierũt a Pilato, vt interficerent eum. Cumq; consumassent oĩa quæ de eo scripta erant: deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumẽto. Deus autẽ suscitauit eum a mortuis tertia die. Qui visus est per dies multos his q̃ ascenderãt simul cũ eo de Galilæa in Hierusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est: q̃m hanc deus adimpleuit filijs vestris resuscitãs Iesum Christũ dñm nostrũ. Graduale. Hæc dies: quam fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea. ℣. Di-

Ps. 106.

cant nunc qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos. Alleluia. alleluia. ℣. Surrexit dominus de sepulchro, qui pro nobis pependit in ligno. Sequentia. Victimæ paschali. vt in Dominica Paschæ.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 24.

IN illo tempore. Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerũt ei partem piscis assi, & fauũ mellis. Et cũ manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscũ: quoniã necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scripturas. Et dixit eis. Qm̃ sic scriptũ est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere a mortuis die tertia: & prędicari in nomine eius pęnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo. Offertorium.

Ps. 17.

Intonuit de cęlo dominus: & altissim⁹ dedit vocem suam: & apparuerũt fontes aquarum, Alleluia. Secreta.

SVscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cęlestẽ gloriã transeamus. Per dñm. Communio. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedẽs. Alleluia q̃ sursũ sunt sapite, Alleluia. Post cõ.

col. 3.

COncede, quæsumus omnipotens deus: vt paschalis perceptio sacramenti, continua in nostris mentibus perseueret. Per dominũ nostrum Iesum Christum.

FERIA IIII.

Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.

ma. 25.

VEnite benedicti patris mei: percipite regnum. Alleluia: quod vobis paratũ est ab origine mundi. Alleluia, alleluia, alleluia. psalm⁹. Cantate domino cãticum nouum: cãtate dño oĩs terra. ℣. Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Ps. 95.

DEus, qui nos resurrectionis dominicæ annua solemnitate lætificas: concede propitius: vt per tẽporalia festa q̃ agimus, peruenire ad gaudia

gaudia æterna mereamur. Per eũdẽ dominum nostrum.

Ab hac die vsq; ad octauam post orationem diei dicitur vna ex sequentibus orationibus tantum.

Contra persecutores Ecclesiæ. Oro.

ECclesiæ tuę quæsumus domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dñm nostrum Iesum Christũ.

Vel pro Papa.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei quæsumus, verbo & exemplo quibus præest, proficere: vt ad vitã, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominũ nostrũ.

Lectio Actuum apostolorum.

ca. 3

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suum, dixit. Viri Israelitæ, & qui timetis deum, audite. Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, deus patrũ nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciẽ Pilati, iudicãte illo dimitti. Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitæ interfecistis, quem deus suscitauit a mortuis, cui⁹ nos testes sumus. Et nũc fratres scio, q̃ p ignorãtiã fecistis, sicut & principes vestri. Deus autẽ qui prænunciauit per os omnium prophetarum, pati Christum suum: impleuit sic. Pęnitemini igitur, & conuertimini: vt deleantur peccata vestra.

Ps. 117

Graduale. Hæc dies quam fecit dominus exultemus, & lętemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit dominus vere: & apparuit Petro. Sequẽtia. Victimę paschali. vt in Dominica Paschæ.

Lu. 26.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

ca. 21.

IN illo tempore. Manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simõ Petrus & Thomas qui dicitur didymus, & Nathanael qui erat a Cana Galileæ, & filij Zebedęi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petr⁹. Vado piscari. Dicũt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto, stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Et dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro Dominus est. Simõ ergo

ergo Petrus cum audisset, quia dñs est: tunicam succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autē discipuli nauigio venerunt (non enī longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderūt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terrā, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus. Venite, prādete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum. Tu quis es? scientes, quia dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. Credo.

Offertorium. Portas cœli aperuit dominus: & pluit illis manna vt ederent panem cœli dedit eis: panem angelorum mãducauit homo, Alleluia. (ps. 77.) Secr.

SAcrificia domine paschalibus gaudijs immolamus: quibus ecclesia tua mirabiliter & pascitur, & nutritur. Per dominum. Alia secre.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum.

Vel pro Papa.

OBlatis, quęsumus, domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorē ecclesiæ tuę pesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per dominum.

Communio. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, alleluia: mors illi vltra non dominabitur, Alleluia, alleluia. (Ro. 6.) Postcommunio.

AB omni nos, quæsumus domine, vetustate purgatos: sacramenti tui venerãda perceptio in nouam transferat creaturam. Qui viuis & regnas. Alia Postcomm.

QVæsumus domine deus noster vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō sinas subiacere periculis. Per dñm nostrū.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quæsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quē pastorē ecclesiæ tuæ pesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper, & muniat. Per dominū.

FERIA V.

Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.

VIctricem manum tuam domine laudauerūt pariter, Alleluia: quia sapientia aperuit os mutū & linguas infantium fecit disertas, Alleluia, alleluia. (sap. 10.) psal. Cantate domino cãticum nouum: quia mirabilia fecit. (ps. 97.) ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui diuersitatem gētium in confessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas actionum. Per dñm. vel Ecclesię vel Deus omniū, vt in feria pcedēti.

Lectio actuum Apostolorum. (ca. 8.)

IN diebus illis. Angelus domini locutus est ad Philippum, dicens. Surge, & vade cōtra meridianum, ad viam, quæ descendit ab Hierusalem in Gazā: hæc est deserta. Et surgēs abijt. Et ecce, vir ethiops eunuchus, potens Cādacis reginæ Æthiopū, qui erat sup oēs Gazas eius: venerat adorare in Hierusalē: & reuertebatur sedens sup currū suū, legēsq; Isaiā ꝓphetā. Dixit autē spiritus Philippo. Accede, & adiūge te ad currū istū. Accurrēs autē Philippus, audiuit illū legētē Isaiā ꝓphetā: & dixit. Putasne itelligis, q̄ legis? Qui ait. Et quomodo possum, si nō aliquis ostēderit mihi? Rogauitque Philippū, vt ascenderet, & sederet secū. Locus autē scripturæ, q̄ legebat hic erat. Tanquā ouis ad occisionē ductus est: & sicut agnus corā tōdēte se, sine voce, sic non aperuit os suū. In humilitate iudiciū eius sublatū est. Generationē eius quis enarrabit? quoniã tolletur de terra vita eius. Rñdēs autē eunuchus Philippo dixit. Obsecro te, de quo propheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo? Aperiēs autē Philippus os suū, & icipiēs a scriptura ista, euãgelizauit illi Iesū. Et dum irēt per viā, venerūt ad quãdā aquā: & ait eunuchus. Ecce aqua: quis ꝓhibet me baptizari? Dixit autē Philippus. Si credis ex toto corde licet. Et respondens, ait. Credo filiū dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currū: & descenderunt vterque in aquam. Philippus & eunuchus: & baptizauit eum. Cū autē ascendisset de aqua, Spiritus domini rapuit Philippum, & amplius nō vidit eum eunuchus. Ibat autē per viam suā gaudens. Philippus autē inuentus est in Azoto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis (donec veniret Cęsareā) nomen dñi Iesu Christi.

Graduale. Hæc dies quam fecit dñs exultemus & lętemur in ea. (ps. 17) ℣. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: a domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Christus, qui creauit omnia: & misertus est humano generi. Sequentia. Victimæ paschali. vt in Dominica Paschæ. folio 141.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem. (ca. 20.)



IN illo tempore. Maria stabat ad monumētum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pe-

des, vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicūt ei illi. Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerūt dominum meū: & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei. Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollā. Dicit ei Iesus. Maria. Conuersa illa, dicit ei. Rabboni (quod dicitur magister.) Dicit ei Iesus. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meū. Vade autem ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deū meum, & deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis: quia vidi dominum, & hæc dixit mihi. Credo. Offertorium.

Ex. 13. In die sollemnitatis vestræ, dicit dominus, inducam vos in terram fluentem lac & mel, Alleluia. Secreta.

Suscipe, quæsumus domine munera populorum tuorum propitius: vt confessione tui nominis, & baptismate renouati sempiternam beatitudinem consequantur. Per dominum nostrum Iesum Christum. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in feria præcedenti. Communio.

1. pe 2. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius, Alleluia: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, Alleluia. Postcommunio

Exaudi domine preces nostras, vt redēptionis nostræ sacrosancta commercia, & vitæ nobis conferant præsentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient. Per dominū nostrum. vel Quæsumus. vel Hæc nos. vt in feria præcedenti.

FERIA VI.

Statio ad Sanctam Mariam rotundam. Introitus.



Ps. 77. Eduxit eos dominus in spe, Alleluia: & inimicos eorum operuit mare, Alleluia, alleluia, alleluia. Psalmus. Attēdite popule meº legem meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui paschale sacramentum in reconciliationis humanę fœdere cōtulisti: da mentibus nostris: vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per dominum nostrum. vel Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium. vt in quarta feria præcedenti.

Lectio epistolæ beati Petri apostoli.



1. pe 3. Charissimi. Christus semel ꝑ peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autē spiritu. In quo & his, qui in carcere erāt spiritibus, veniēs

prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaret arca: ī qua pauci, idest octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum, per resurrectionem Iesu Christi domini nostri, qui est in dextera dei. Graduale.

Ps. 117. Hæc dies quam fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini: deº dominus & illuxit nobis, Alleluia, alleluia. ℣. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno. Sequētia. Victimę paschali, vt ī Dominica Paschę Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.



Ma. 28. In illo tempore. Vndecim discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedēs Iesus locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes baptizantes eos: in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibº diebus, vsque ad consummationē sæculi. Credo. Offertorium.

Le. 23. Erit vobis hæc dies memorabilis, Alleluia: & diem festum celebrabitis solemnem domino in progenies vestras: legitimum sempiternum diem Alleluia, alleluia, alleluia. Secreta.

Hostias, quęsumus domine, placatus assume: quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cœlestis auxilij. Per dominum. vel Protege nos. vel Oblatis, vt in quarta feria præcedenti. Communio.

Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra, alleluia: euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Alla.

Postcommunio.

Respice, quæsumus dñe, populum tuum: & quem æternis dignatus es renouare mysterijs, a temporalibus culpis dignanter absolue. Per dñm. vel Quæsumus dñe. vel Hæc nos. Vt ī quarta feria ꝑcedēti.

SABBATHO IN ALBIS.

Statio ad sanctum Ioannem in Lateranum. Introitus.



Psa. 104. Eduxit dominº populum suū, in exultatione, Alleluia: & electos suos ī lætitia, Alleluia, alleluia. Psalm. Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri, & filio. Orō.

Concede, quæsumus oīpotens deus, vt qui festa paschalia venerādo egimus: ꝑ hæc cōtingere ad

gaudia æterna mereamur. Per dñm. vel E cclesiæ tuæ. vel D eus omniũ. vt in iiij. feria præcedenti.

Lectio epistolæ B. Petri Apostoli.

1. c. 2.

CArissimi: Deponẽtes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, quoniam dulcis est dominus. Ad quem accedentes, lapidem viuũ ab hominibus, quidem reprobatũ, a deo autem electum, & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superędificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles deo p Iesum Christum. Propter quod continet scriptura. Ecce ponam in Sion lapidem summum angularem, probatum, electum, pretiosum. Et qui crediderit in illum, non confundet. Vobis igitur honor credẽtibus. Nõ credẽtibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo, & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes eius annuncietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando nõ populus: nũc autẽ populus Dei. Qui non consecuti misericordiam: nunc autem misericordiam consecuti. ¶ Ab hac die vsque ad octauam Pẽtecostes, tam in officio de tempore, quam de sanctis, non dicitur Graduale: sed eius loco dicuntur duo versus cũ quatuor Allã. ordine infrascripto: præterquam in missis Rogationum, & vigiliæ Pẽtecostes, in quibus dicitur vnum Allã. cum vno versu: similiter, & post quamlibet prophetiam in sabbatho Quatuor temporum post Pentecost. Alio tempore vsq; ad Septuagesimam quando dicitur Graduale, dicũtur tria Allã. post Graduale, bis ante versum, & semel post versum: cum antẽ dicitur Sequẽtia Allã. quod dicendum esset post versum, dicitur post Sequentiam. Alleluia, alleluia. ℣. Hæc dies quam fecit domin[us] exultemus & lætemur in ea. Alleluia. ℣. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Sequentia. Victimæ paschali, vt supra i Dominica Paschę, & in fine Alleluia.

ps. 117.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

ca. 20.

IN illo tempore. Vna sabbathi, Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulũ quẽ diligebat Iesus: & dicit eis. Tulerunt dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eũ. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus,

& venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit linteamina posita: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequẽs eum, & introiuit in monumentum: & vidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, nõ cũ linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnũ locum. Tunc ergo introiuit, & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit. Nondum enim sciebant scripturas, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Credo.

ps. 117

Offertorium. Benedictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini: deus dñs, & illuxit nobis. Alleluia: alleluia. Secr.

COncede, quæsumus domine, semper nos per hæc sacra mysteria paschalia gratulari: vt continua nostræ reparationis operatio, perpetuæ nobis fiat causa letitiæ. Per dominum nostrum. vel Protege. vel Oblatis. vt in feria precedẽti.

gal. 3.

Communio. Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, Alleluia. Postcommunio.

REdemptionis nostræ munere vegetati, quæsumus domine: vt hoc perpetuæ salutis auxilio, fides semper vera proficiat. Per dñm. vel Q uæsumus dñe. vel H æc nos. vt in feria præcedenti.

DOMINICA IN octaua Paschæ.

Statio ad sanctũ Pancratiũ. Introit[us].

1. pe. 2.




QVasi modo geniti infantes, alleluia: rationabiles, sine dolo lac concupiscite, Alleluia, allã. Psal. Exultate deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens deus: vt qui paschalia festa peregimus: hæc te largiente, moribus & vita teneamus. Per dominum.

Lectio epistolę B. Ioannis Apostoli.

1. c. 2.



CArissimi. Omne quod natum est ex deo: vincit mundum. Et hæc est victoria, q̃ vincit mundum: fides nostra. Quis est autem, qui vincit mundum: nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei? Hic est, qui venit per aquam, & sanguinem, Iesus Christus. Non in aqua solũ: sed in aqua, & sanguine. Et spiritus est, q̃ testificatur, quoniã Christus est veritas. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cęlo: pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres, vnũ sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres, vnũ sunt. Si testimonium hominum accipimus: testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei, qđ mai[us] est: q̃a testificat[us] est de filio

suo. Qui credit in filium dei: habet testimonium dei in se. Alleluia, alleluia. ℣. In die resurrectionis meæ, dicit dominus, præcedam vos in Galilæam. Alleluia. ℣. Post dies octo, ianuis clausis, stetit Iesus in medio discipulorũ suorũ, & dixit pax vobis. All'a

[ma. 25. Io. 20.]

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

[ca. 20.]

IN illo tempore. Cum esset sero die illa, vna sabbatorũ & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudęorum: venit Iesus, & stetit in medio eorum, & dicit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hęc cum dixisset, insufflauit: & dicit eis. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittunt̃ eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille autẽ dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorũ, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius: nõ credã. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit i medio, & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuũ huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse ĩcredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei. Dñs meus, & deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderũt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorũ suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius. Credo. Offerto.

[ma. 28.]

Angelus domini descendit de cœlo, & dixit mulieribus: quem quęritis, surrexit sicut dixit, Alleluia. Secreta.

SVscipe munera, quæsumus dñe, exultantis ecclesiæ: & cui causã tanti gaudij præstitisti, perpetuæ fructum cõcede lætitiæ. Per dñm nrm.

[Io. 20.]

Communio. Mitte manum tuam, & cognosce loca clauorum, alleluia, & noli esse ĩcredul⁹, sed fidelis, all'a, all'a.

Postcommunio.

QVæsumus, dñe deus noster: vt sacrosancta mysteria, quę pro reparationis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias, & futurũ. Per dñm nrm.

¶ A feria ij. post octa. Paschæ, vsq; ad Ascensionem post orationem diei dicuntur orationes sequentes, si non est festum duplex. De B. Virgine. Oro.

COncede nos famulos tuos, quæsumus domine deus, perpetua mentis, & corporis sani-

tate gaudere: & gloriosæ beatæ Mariæ semper virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, & æterna, perfrui lætitia.

Contra persecutores Ecclesiæ.

ECclesiæ tuæ, quæsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum.

Vel pro Papa.

DEus omnium fidelium pastor, & rector, famulũ tuũ N. quẽ pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsum⁹, verbo, & exemplo quibus præest, ꝓficere: vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum. De B. virgine. Secr.

TVa dñe ꝓpitiatione, & B. Mariæ semꝑ virginis intercessione, ad ꝑpetuã atq; ꝓsentẽ, hęc oblatio nobis ꝓficiat, ꝓsperitatẽ & pacẽ. Cõtra ꝑsecutores Ecclesiæ. Secr.

PRotege nos dñe tuis misterijs seruiẽtes: vt diuinis rebus ĩhęrẽtes, & corpore tibi famulemur, & mẽte. Per dñm. Vel pro Papa.

OBlatis, quæsumus domine placare muneribus, & famulum tuum N. quem pastorẽ ecclesiæ tuę præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum.

De beata virgine. Postcom.

SVmptis dñe salutis nostræ subsidijs, da q̃sumus, B. Marię semper virginis patrocinijs nos vbiq; ꝓtegi in cuius veneratione, hæc tuæ obtulimus maiestati. Contra persecutores Ecclesiæ. Postcommunio.

QVęsumus dñe deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum. Vel pro Papa.

HÆc nos, quęsum⁹ domine, diuini sacramẽti perceptio protegat: & famulum tuum N. quẽ pastorẽ Ecclesiæ tuæ pesse voluisti: vna cum commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per dominum.

DOMINICA SECVNDA post pascha. Introitus.

[ps. 32.]



Misericordia domini plena est terra, all'a: verbo dñi cœli firmati sunt, all'a, all'a. Psal. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, q in filij tui humilitate, iacẽtẽ mũdũ erexisti: fidelib⁹ tuis ꝑpetuã cõcede lętitiã: vt, quos ꝑpetuę mortis eripuisti casib⁹ gaudijs facias sempiternis ꝑfrui. Per dominũ. Aliæ Orationes. Concede nos famulos tuos. Ecclesiæ tuę. vel Deus omnium fidelium. vt supra post Dominicam in octaua Paschæ.

Lectio epistolæ B. Petri Apostoli.

[1. c. 2.]

CArissimi. Christus passus est ꝓ nobis, vobis relinquens exem-

plũ, vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatũ nõ fecit: nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, nõ maledicebat. Cũ pateretur, non comminabatur. Tradebat autẽ iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſup lignũ: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus. Cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes: ſed cõuerſi eſtis nũc ad paſtorem & epiſcopum animarũ veſtrarum. Alleluia, alľa. ℣. Cognouerunt diſcipuli dñm Ieſum in fractione panis. Alľa. ℣. Ego ſum paſtor bon⁹, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Alľa. (Lu. 24.)

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

(ca. 10.) IN illo tempore: Dixit Ieſ⁹ Phariſæis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, & qui nõ eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, qa mercenarius eſt: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrẽ: & animã meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ nõ ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audiẽt: & fiet vnũ ouile, & vnus paſtor. Credo. Offert.

Deus deus meus ad te de luce vigilo, & in nomine tuo leuabo manus meas alleluia. (pſal. 62.) Secreta.

BEnedictionem nobis dñe cõferat ſalutarẽ ſacra ſemp oblatio: vt qđ agit myſterio, virtute pficiat. Per dñm. Tua domine. Protege. vel Oblatis. vt ſup. poſt Dñicã ĩ oct. Paſ. Communio. Ego ſum paſtor bonus, alľa, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ, alľa, alľa. Poſtcomm.

PRæſta nobis, quæſumus omnipotẽs deus, vt viuificationis tuæ gratiam conſequentes, in tuo ſemp munere gloriemur. Per dominum. Sumptis domine. Quæſumus. vel Hæc nos. vt ſupra poſt Dominicã in octaua Paſchæ.

DOMINICA TERTIA post Paſcha. Introitus.



IVbilate deo oĩs terra; alľa: pſalmum dicite nomini ei⁹, alleluia: date gloriã laudi eius; alľa, alľa. (pſal. 65.) Pſal. Dicite deo, q̃ terribilia ſunt opera tua dñe? ĩ multitudine virtutis tuæ mẽtiẽtur tibi inimici tui. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, q erratibus, vt in viã poſſint redire iuſtitię, veritatis tuę lumẽ oſtẽdis: da cũctis, q chriſtiana pfeſſione cẽſent, & illa reſpuere: q̃ huic inimica ſunt nomini, & ea quę ſunt apta ſectari. Per dñm. Aliæ Orones. Concede nos. & Eccleſiæ. vel

Deus omnium fideliũ. vt ſupra poſt Dominicam in octaua Paſchæ.

Lectio epiſtolæ B. Petri Apoſtoli.

(1. c. 2.) CArisſimi Obſecro vos tanq̃ aduenas & peregrinos, abſtinere vos a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animã, conuerſationem veſtram inter gentes habẽtes bonam: vt in eo qđ detractant de vobis tãquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificet deũ in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote oĩ humanæ creaturæ ppter deum: ſiue regi, quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquã ab eo miſſis ad vindictã malefactorũ, laudẽ vero bonorũ: qa ſic eſt voluntas dei, vt benefaciẽtes obmuteſcere faciatis imprudẽtium hominum ignorantiam: quaſi liberi, & non quaſi velamen habẽtes malitiæ libertatẽ, ſed ſicut ſerui dei. Omnes honorate. Fraternitatẽ diligite. Deũ timete. Regẽ honorificate. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Hęc eſt enim gratia: in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Alľa, alľa. ℣. Redẽptionẽ miſit dñs populo ſuo. Alleluia. ℣. Oportebat pati Chriſtum, & reſurgere a mortuis & ita intrare in gloriam ſuam: alľa. (Pſa. 104. Lu. 24.)

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

(ca. 16.) IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Modicũ, & iã nõ videbitis me: & iterũ, modicũ & videbitis me, quia vado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad ĩuicẽ. Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicũ, & nõ videbitis me: & iterũ modicũ, & videbitis me & qa vado ad patrẽ? Dicebãt ergo: Quid eſt hoc qđ dicit nobis: Modicũ? Neſcimus qd loquiť. Cognouit autẽ Ieſus, quia volebãt eum interrogare: & dixit eis. De hoc q̃ritis inter vos, qa dixi: Modicũ, & nõ videbitis me: & iterũ modicũ, & videbitis me Amen amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra verteť in gaudiũ. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iã non meminit præſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Credo

Offertorium. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: pſallam deo meo, quandiu ero, alleluia. (ps. 145) Secreta.

HIs nobis domine myſterijs cõferatur, quo terrena deſideria mitigãtes, diſcamus amare cęleſtia. Per dominum. Tua domine. Protege. vel Oblatis. Communio. Modicũ & nõ videbitis me, alľa: iterũ modicũ, & videbitis me, qa vado ad patrem, alleluia, alleluia. (ioã. 16.) Poſtcõ.

Sacramenta, quæ sumpsimus, quæsumus domine, & spiritualibus nos instauret alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per dominũ. Sumptis domine. Quæsumus. vel Hæc nos quæsumus.

DOMINICA QVARTA post Pascha. Introitus.

ps. 97.



Cantate dño canticũ nouũ, alleluia: quia mirabilia fecit dñs, alleluia: ante conspectũ gẽtiũ reuelauit iustitiam suam, Alleluia, alleluia, alleluia. Psal. Saluauit sibi dextera eius, & brachiũ sanctum eius. ℣. Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Deus qui fidelium mẽtes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare, quod præcipis, id desiderare, quod promittis: vt inter mũdanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sũt gaudia. Per dñm. Aliæ Orationes. Concede nos: & Ecclesiæ, vel Deus omniũ fideliũ. vt supra post Dñicã ĩ octaua Paschę. Lectio epistolæ B. Iacobi Apostoli.

ca. 1



Charissimi. Omne datũ optimum, & omne donum perfectũ desursum est, descendens a patre luminũ: apud quem nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initiũ aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autẽ omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam dei nõ operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiam: & abundãtiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Alleluia, alleluia. ℣. Dextera domini fecit virtutẽ dextera domini exaltauit me, dextera dñi fecit virtutem, Alleluia. ℣. Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur: mors illi vltra non dñabit, allá.

ps. 17.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

ca. 16.



In illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Vado ad eũ, qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos, si autẽ abiero mittã eũ ad vos. Et cũ venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iustitia vero: quia ad patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autẽ: quia princeps huius mũdi iam iudicatus est. Adhuc habeo multa vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Nõ enim loquetur a semetipso: sed quæcũq; audiet loquetur: & quæ ventura sunt, annũciabit vobis. Ille me clarificabit: qa de meo accipiet, & annunciabit vobis. Credo. Offertorium.

ps. 65.

Iubilate deo oĩs terra, iubilate deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini ei⁹: venite, & audite, & narrabo vobis omnes qui timetis deum, quanta fecit dominus animæ meæ, allá. Sec.

Deus qui nos per huius sacrificij veneranda commercia, vnius, summæque diuinitatis participes esse fecisti: præsta quæsumus: vt sicut tuam cognouimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur Per dominum nostrum. Tua domine. Protege, vel Oblatis. Commu.

Io. 16.

Cum venerit paraclitus spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Adesto nobis domine deus noster: vt per hæc, quæ fideliter sumpsimus, & purgemur a vitijs, & a periculis oĩbus eruamur. Per dñm. Sũptis dñe. Quęsum⁹. vel Hęc nos.

DOMINICA QVINTA post Pascha. Introitus.

ps. 65.



Vocem iucũditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annũciate vsq; ad extremum terræ: liberauit dominus populum suum, alleluia, allá. Psal. Iubilate deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus a quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante, quæ recta sunt: & te gubernante, eadem faciamus. Per dñm. Aliæ Orationes. Concede nos Ecclesiæ. vel Deus oĩum. vt sup. post Dñicã ĩ oct. Pasc. Lectio epistolæ B. Iacobi Apostoli.

ca. 1.



Charissimi. Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallẽtes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & nõ factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suę in speculo. Considerauit enim se, & abijt, & statĩ oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectę libertatis, & permanserit in ea, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda, & immaculata apud deum, & patrem, hæc est. Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sęculo. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Christus, & illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Alleluia. ℣. Exiui a patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Alleluia.

Io. 19.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

ca. 16.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsq; modo nõ petistis quicquã in nomine meo. Petite, & accipietis vt gaudium vestrum sit plenũ. Hęc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cũ iam nõ in prouerbijs loquar vobis, sed palam de Patre annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce, nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & nõ est opus tibi, vt q̃s te interroget. In hoc credimus quia a deo existi. Credo. Offertor.

ps. 65.

Benedicite gentes dominum deũ nostrum, & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam a me, alleluia. Secreta.

SVscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cœlestem gloriam transeamus. Per dominum nostrum Iesum Christũ. Tua domine. Protege. vel Oblatis. Communio. Cantate domino, alleluia, cantate domino, & benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diẽ salutare eius, alleluia, alleluia. Postcõ.

TRibue nobis domine cœlestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per dominum nostrum. Sumptis domine. Quæsumus. vel Hæc nos.

IN LITANIIS MAIORIBVS in festo sancti Marci.

Statio ad sanctum Petrum. Et in minoribus ante Ascensionẽ Feria ij. Rogationum statio ad sanctam Mariam maiorem, Feria iij. ad sanctum Ioanẽ in Laterano. Feria iiij. Ad S. Petrum.

¶ Quibus diebus si occurrat festum nouẽ lectionum, in missa de festo fiat cõmemor. de feria litaniarũ. Introit⁹.

psa. 17.



Exaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meã all'a: & clamor meus in cõspectu eius introiuit in aures ei⁹ all'a, all'a. Ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentũ meum, & refugiũ meũ, & liberator me⁹. ℣. Gloria patri. In hac Missa non dicitur. Gloria in excelsis. neque Credo. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens deus: vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, cõtra ad-

uersa

uersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per dominum. Aliæ Orationes. Concede nos. Ecclesię. vel Deus omnium fidelium. vt sup. post Dominicã in octaua Paschæ. Lectio epistolæ B. Iacobi Apostoli.

ca. 5.

CArissimi. Confitemini alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem, vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit: & cœlũ dedit pluuiam, & terra dedit fructum suũ. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuertit quis eum: scire debet, quoniam qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum. All'a. ℣.

psa. 105.

Confitemini dño, quoniam bonus: quoniã in sæculũ misericordia eius. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 11.

IN illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Quis vestrũ habebit amicum & ibit ad illum media nocte, & dicet illi. Amice, accõmoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgẽs eo quod amicus sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & q̃ quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpẽtem dabit illi? Aut si petierit ouũ: nũquid porriget ei scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quãto magis pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? Offertorium.

ps. 108

Confitebor dño nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum, q̃ astitit a dextris pauperis, vt saluam faceret a persequentibus animam meã, alleluia. Secreta.

HÆc munera, q̃sumus dñe, & vincula nostrę prauitatis absoluãt, & tuę nobis misericordię dona cõcilient. Per dñm. Tua dñe. Protege. vel Oblatis. Communio.

Lu. 11.

Petite, & accipietis: q̃rite, & inuenietis, pulsate, & aperiet vobis: oĩs enĩ q̃ petit, accipit, & q̃ quęrit ĩuenit, & pulsanti aperietur, alleluia. Postcom.

VOta nostra, quæsumus domine, pio fauore prosequere: vt dum dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione

nostra

nostra in tuo amore crescamus. Per dominum. Sumptis domine. Quæsumus domine. vel Hæc nos.

IN VIGILIA Ascensionis.

Si hodie occurrat festum simplex, fit de ipso tãtum commemoratio in missa. Si occurrat festum duplex, vel semiduplex, missa dicitur de festo cum cõmemoratione vigiliæ. Sed in ecclesijs collegiatis dicũtur duæ missæ, vna de festo, alia de vigilia. Introitus.



Vocem iucunditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annũciate vsq; ad extremum terrę: liberauit dominus populum suum, alleluia, alleluia. Psalmus. Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri. Et dicitur. Gloria in excelsis. Oratio.

ps. 65.

Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirãte quæ recta sunt: & te gubernante eadem faciamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. &c.

Secũda oratio de Rogationibus. Pręsta quæsumus. tertia de S. Maria. Concede nos famulos tuos. Vbi autẽ ĩ Ecclesijs collegiatis dr̃ alia quoq; Missa de Rogationib⁹: secũda orõ erit de S. Maria, tertia contra persecutores ecclesiæ, vel pro Papa, vt supra post Dominicam in octaua Paschæ.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios.



Fratres vnicuiq; nostrũ data est gratia secundum mẽsuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascẽdens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autẽ ascendit: quid est, nisi quia & descẽdit primum in inferiores partes terræ? Qui descẽdit: ipse est & qui ascẽdit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad cõsummationem sanctorũ, in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei in virum perfectum, in mensurã ętatis plenitudinis Christi. Alleluia alleluia. ℣. Surrexit Christus, & illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Alla. ℣. Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, alleluia.

Io. 16.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.



In illo tẽpore. Subleuatis Iesus oculis ĩ cęlũ, dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuũ, vt fili⁹ tu⁹ clarificet te, sicut dedisti ei ptãtẽ oĩs carnis: vt oẽ quod dedisti ei, det eis vitam ęternã. Hęc est autẽ vita ęterna, Vt cognoscant te, solũ deum verum, & quẽ misisti Iesum

ca. 17.

sum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus cõsummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui, priusquã mũdus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant: & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt quia verba q̃ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt: & cognouerunt vere quia a te exiui: & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea oĩa, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam nõ sum in mundo: & hi in mũdo sunt: & ego ad te venio. dicitur Præfatio Paschalis. Offertorium.

ps. 65.

Benedicite gẽtes dñm deum nostrũ: & obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam, & misericordiã suam a me, alleluia. Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum, vt p hęc pię deuotionis officia, ad cęlestem gloriam transeamus. Per dñm. Tua dñe. Protege nos. vel Obtis, vt in Dñica in octaua Paschæ. Communio. Cantate domino, alla: cantate domino, & benedicite nomini eius, alleluia, alleluia. Postcom.

ps. 95.

Tribue domine cœlestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuũ. Sumptis dñe. Quæsumus. vel Hæc nos quæsum⁹ vt in Dominica in octaua paschæ.

IN DIE ASCENSIONIS.

Statio ad sanctum Petrũ. Introitus.



Viri Galilæi, quid admiramini aspiciẽtes in cęlũ? alla: quemadmodũ vidistis eũ ascendẽtẽ in cęlum, ita veniet, alla, alleluia. Psal. Omnes gẽtes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

act. 1.

ps. 46.

Concede, q̃sumus, oĩpotẽs de⁹: vt q hodierna die vnigenitum tuũ redẽptorẽ nostrũ ad cęlos ascendisse credim⁹, ipsi quoq; mẽtẽ in cęlestibus habitemus. Per dominũ.

Lectio Actuum Apostolorum.



Primũ quidẽ sermonẽ feci de oĩbus, o Theophile, q̃ cępit Iesus facere, & docere vsq; in diẽ qua pcipiẽs apostolis p spiritũ sãctum, quos elegit, assumpt⁹ est: qbus, & pbuit seipsum viuũ post

ca. 1.

poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei. Et conueſcens, præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris, quam audiſtis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autē baptizabimini ſpiritu ſancto nō poſt multos hos dies. Igitur, qui conuenerant, interrogabant eū, dicētes. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Dixit autē eis. Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutē ſuperuenientis Spiritus ſancti ī vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Et cum hoc dixiſſet, vidētibus illis eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cūq; intuerētur in cęlū eūtē illū, ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos ī veſtibꝰ albis, q & dixerūt: Viri Galilęi, q̄d ſtatis aſpiciētes ī cęlū? Hic Ieſꝰ, q aſſūptꝰ eſt a vobis ī cęlū, ſic veniet quē admodū vidiſtis eū eūtē in cęlū. Alleluia, alleluia. ℣. Aſcendit deus in iubilatione: & dn̄s ī voce tubæ, alleluia. ℣. Dn̄s in Sina, in ſancto, aſcēdens in altū, captiuā duxit captiuitatem, alleluia.

ps. 46.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.

ca. 16.

I N illo tempore. Recumbētibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſꝰ, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiā cordis, quia his, qui viderāt eū reſurrexiſſe, nō crediderūt. Et dixit eis. Euntes in mundū vniuerſum, p̄dicate euāgeliū omni creaturę. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui vero nō crediderit: cōdemnabitur. Signa autē eos qui crediderint, hęc ſequentur. In nomine meo dęmonia eijcient. Linguis loquētur nouis. Serpentes tollent. Et ſi mortiferū quid biberint, nō eis nocebit. Super ęgros manus imponēt, & bene habebūt. Et dn̄s quidē Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cęlum, & ſedet a dextris dei. Illi autem profecti, prædicauerūt vbique: domino cooperante, & ſermonē confirmante, ſequentibus ſignis.

Dicto euāgelio extinguitur cereus paſchalis, nec vlterius accenditur, niſi in ſabbatho Pentecoſtes ad benedictionē fontium. Credo. Offertorium.

ps. 46.

A ſcendit deus in iubilatione, & dn̄s in voce tubę, alleluia. Secreta.

S Vſcipe dn̄e munera, quę pro filij tui glorioſa aſcēſione deferimꝰ: & cōcede ꝓpitius: vt a p̄ſentibus periculis liberemur, & ad vitā ꝑueniamus ęternā. Per eūdē dn̄m. Pręfatio. Per Chriſtū dn̄m noſtrū. Qui poſt reſurrectionē ſuā. Et dicit vſq; ad vigiliā Pētec. excluſiue. Infra actionem. C ōmunicātes, & diē ſacratiſſimum celebrātes. Et dr̄ p octauā tātū. Cōio

ps. 67.

P ſallite dn̄o, qui aſcendit ſuꝑ cęlos cęlorū ad orietē, alleluia. Poſtcom.

P Ræſta nobis, quæſumus omnipotens, & miſericors deus, vt q̄ viſibilibus myſterijs ſumenda percepimus, inuiſibili conſequamur effectu. Per dominum noſtrum.

¶ Infra octauam Aſcenſionis quotidie dicitur miſſa de Aſcenſione, niſi feſtum duplex, vel ſemiduplex occurrat de quo tunc fit cum commemoratione octauæ: de ſimplici autem fit tātum commemoratio. Poſt orationem diei dicitur ſecūda oratio de S. Maria. Cō cede quæſumus tertia Eccleſię vel ꝓ Papa. vt ſup. poſt Dn̄icā ī oct. Paſchę.

DOMINICA INFRA octauā Aſcenſionis. Introitus.

psa. 26.



Xaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te, alleluia tibi dixit cor meū, q̄ſiui vultū tuū, vultū tuū dn̄e req̄rā: ne auertas faciem tuam a me, alleluia, alleluia. Pſalmus. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo. ℣. Gloria patri. Oratio.

O Mnipotens ſempiterne deus, fac nos tibi ſemper & deuotā gerere voluntatem, & maieſtati tuæ ſincero corde ſeruire. Per dn̄m. Et fit cōme. de Aſcēſione tm̄. Cōcede. Lectio epiſtolæ B. Petri Apoſtoli.

1. c 4.



Ariſſimi. Eſtote prudētes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuā in vobiſmetipſis charitatē continuā habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicē ſine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur: quaſi ſermones dei. Si quis miniſtrat: tanquā ex virtute, quam adminiſtrat deus. Vt in omnibus honorificetur deus per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. A lleluia, alleluia. ℣. Regnauit dominus ſuper omnes gentes: deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam, alleluia. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado, & venio ad vos: & gaudebit cor veſtrum, alleluia.

psa. 46. Io. 14.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

ca. 15.



N illo tēpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit paraclitus, quē ego mittā vobis a patre ſpiritū veritatis, q a patre ꝓcedit: ille teſtimoniū ꝑhibebit de me. Et vos teſtimoniū ꝑhibebitis qa ab initio mecū eſtis. Hęc locutus ſum vobis, vt nō ſcādalizemini. Abſque ſynagogis faciēt vos. Sed venit hora, vt oīs q interficit vos, arbitretū obſequiū ſe p̄ſtare deo. Et hęc faciēt vobis: qa nō nouerūt patrē, neq; me Sed hęc locutus ſum vobis: vt cū venerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis. Credo. Offert. A ſcendit deus in iubilatione: & dn̄s in voce tubæ, alleluia. Secr

ps. 46.

SAcrificia nos dñe ĩmaculata purificẽt, & mẽtibus nr̃is supernæ gratiæ dent vigorem. Per dñm. Pro Ascensione. Suscipe dñe munera. Cõio. Pater cũ essem cũ eis, ego seruabã eos, quos dedisti mihi, alleluia: nunc autem ad te venio: non rogo, vt tollas eos de mũdo, sed vt serues eos a malo, alleluia, alleluia. Postcomm.

Io. 17.

REpleti domine muneribus sacris, da quæsumus, vt in gratiarum, semper actione maneamus. Per dñm. Pro Ascẽsione. Pręsta nobis. In octaua Ascensionis dicĩt Missa sicut in die cum vna tãtum oratione.

¶ Feria vj. post octauam Ascensionis si festum duplex, vel semiduplex non fuerit. Missa dicitur de Dominica prę terita cũ oratione de S. Maria. Concede. & Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa. Deus omnium fidelium. de simplici fit tm̃ cõmemoratio. Et nõ dr̃. Credo.

IN VIGILIA PENTEcostes.

Statio ad sanctum Ioannem in Laterano.



HOra cõpetẽti dicitur Nona. Qua finita Sacerdos, & ministri ĩduti vestimentis violaceis, facta reuerentia ante altare, ĩ locis sui sedent: postea leguntur prophetiæ sine titulo, candelis altaris extinctis vsque ad principium Missæ, sicut in Sabbato Sancto. In fine prophetiarum dicuntur orationes sine Flectamus genua. Prophetia prima. In dieb⁹ illis. Tentauit deus Abraham. vt in sabbato Sancto f. 102. qua finita Sacerdos dicit. Oremus.

DEus, q in Abrahæ famuli tui opere, humano generi obedientiæ exempla præbuisti: cõcede nobis, & nostræ voluntatis prauitatem frangere, & tuorum præceptorum rectitudinẽ in omnibus adimplere. Per dñm. Prophetia secunda. In diebus illis. Factum est in vigilia matutina. vt in Sabbato Sancto. f. 102. Tractus. Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est: equũ & ascensorem proiecit in mare: adiutor, & protector factus est mihi in salutem. ℣. Hic deus meus, & honorificabo eum: deus patris mei, & exaltabo eum. ℣. Dominus conterẽs bella: dominus nomen est illi. Oremus.

Ex. 15.

DEus, qui in primis temporib⁹ impleta miracula noui testamenti luce reserasti, vt & mare rubrum forma sacri fontis existeret, & liberata plebs ab Ægyptiaca seruitute, Christiani populi sacramenta ꝑferret: da, vt omnes gentes, Israelis priuilegium merito fidei consecutę spiritus tui participatione regenerẽtur. Per dominum. Prophetia tertia. In diebus illis. Scripsit Moyses canticum, & docuit filios Israel. vt in sabbatho sancto. f. 102. Tractus. Attẽde cęlũ, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectet sicut pluuia eloquium meum: & descendant sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen, & sicut nix super fęnum: quia nomẽ domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo nostro: deus verax: opera eius, & omnes vię eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus: & sanctus dñs. Orem⁹.

Deut. 32.

DEus glorificatio fidelium, & vita iustorũ, qui per Moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis gẽtibus misericordiæ tuæ munus operare tribuendo beatitudinẽ, auferendo terrorem: vt quod pronũciatum est ad suppliciũ, in remediũ transferatur æternum. Per dominũ. Prophetia quarta. Apprehẽdent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes. vt in sabbatho sancto. fol. 102. Tractus. Vinea facta est dilecto meo in cornu ĩ loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit, & circunfodit, & plantauit vineam Sorec, & ædificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini sabaoth, domus Israel est. Oremus.

Isa. 5.

OMnipotens sempiterne deus, qui per vnicum filium tuũ ecclesiæ tuæ demonstrasti te esse cultorem: vt omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolens, fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineam ex Ægypto, per fontem baptismi transtulisti, nullæ peccatorum spinæ præualeãt: vt spiritus tui sanctificatione muniti, ꝑpetua fruge ditentur. Per dominum in vnitate eiusdẽ. Prophetia quinta. Audi Israel mandata vitæ: auribus ꝑcipe, vt scias prudẽtiam. vt in sabbatho sancto. f. 103. Oremus.

DEus, qui nobis per prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere, atq; ad ęterna festinare: da famulis tuis, vt quæ a te iussa cognouimus, implere cœlesti inspiratione valeamus. Per dominum. Prophetia sexta. In diebus illis. Facta est super me manus dñi. vt in sabbatho sancto fol. 103. Oremus.

DOmine deus virtutũ, qui collapsa reparas, & reparata cõseruas, auge populos in tui nominis sãctificatione renouandos: vt omnes, qui sacro baptismate diluuntur, tua semp ĩspiratione dirigantͬ. Per dñm. His expletis, presbyter accipit pluuiale violaceum, & descendendo ad fontes cantatur. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem dei mei? ℣. Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est deus tuus? Deinde ad fontes, antequam sacerdos intret ad benedictio-

Psa. 41.

nedictionem fontiũ, dicit. Dominus vobiscum. Oremus.

Concede quæsumus omnipotẽs deus, vt qui solennitatem doni sancti spiritus colimus, cœlestibus desiderijs accensi, fontem vitę sitiamus. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem spiritus sancti deus.

Deinde proceditur ad benedictionẽ fontium, vt in sabbatho sancto.

¶ Vbi vero nõ fuerint fontes Tract. Sicut ceruus, & oratio sequens tractũ & fontium benedictio prætermittuntur, sed finita oratione, Domine deus virtutum, sacerdos casula deposita, cũ ministris ante altare procũbit: & alijs omnibus genuflexis, cãtantur litaniæ a duobus cantoribus in medio chori, vtroque choro idem simul responden te. Circa finem litaniarum sacerdos & ministri, sollemniter induuntur vestimentis rubeis, & accenduntur lumina ria circa altare. Peruento autem ad Kyrie eleison, Litaniarum, Kyrie eleison, pro Missa a cantoribus sollemniter incipitur. Quo icẽpto sacerdos cũ ministris facit confessionem: & ascendens ad altare, finito, Kyrie eleison, incipit solemniter. Gloria in excelsis deo Et campanæ pulsantur. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens deus, vt claritatis tuæ super nos splendor effulgeat: & lux tuæ lucis, corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratio ne confirmet. Per dominum nostrũ in vnitate eiusdem spiritus sancti.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis. Factum est cum Apollo esset Corinthi, vt Paul⁹ peragratis superioribus partibus veniret Ephesũ & inueniret quosdam de discipulis: dixitq; ad eos. Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neq; si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus. Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsũ, vt crederent, hoc est, in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine domini Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem Paulus in synagogam, cũ fiducia loquebatur per tres mẽses, disputans, & suadens de regno dei. Alleluia. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. non repetitur. alleluia. sed immediate sequitur: Tractus. Laudate dominum omnes gentes: & collaudate eũ omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

¶ Ad euangelium non portantur luminaria, sed incensum tantum.

(ca. 20.) (ps. 106.) (psa. 116)

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me: mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & aliũ paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. non dicitur. Credo. Offerto.

Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, sit gloria domini in sæcula alleluia. Secr.

Munera, quæsumus domine oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emũda. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ. in vnitate eiusdem spiritus sancti deus.

Præfatio. Per Christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes cœlos. Infra actionem.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes. Alia infra actione.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ. Et dicuntur vsque ad sequens sabbathum inclusiue. Communio.

Vltimo festiuitatis die dicebat Iesus: qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia: alleluia. Postcommunio.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio, & sui roris intima aspersione fœcundet. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum &c.

(ca. 14.) (psa. 103) (Io 7.)

IN MISSIS priuatis.

Huius vigiliæ omissis prophetijs, orationibus, & litanijs vt supra: Missa absolute incipitur ab Introitu, vt infra. Introitus.



Cum sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris: & effundam super vos aquã mundam, & mũdabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & dabo vobis spiritum nouum. Psalmus. Benedicã dominũ in omni tempore: semp laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Deinde dicitur. Kyrie eleison. Gloria in excelsis. & alia vt supra.

(ex. 36.) (psa. 37.)

IN DIE PENTECOSTES.



Statio ad sanctũ Petrum. Introitus.

Sa. 1.



Piritus domini repleuit orbem terrarũ, alleluia: & hoc quod continet omnia scientiã habet vocis all'a: all'a all'.

Isa. 67. Psal. Exurgat deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spiritu recta sapere, & de eius semp cõsolatione gaudere per dominum. in vnitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

Aca. 2.



N diebus illis. Dum cõplerentur dies Pẽtecostes, erãt omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repẽte de cœlo sonus, tanquam aduenietis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tãquã ignis, seditq; supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudęi, viri religiosi ex oĩ natione quæ sub cœlo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo: & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabãtur, dicentes. Nõne, ecce, omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quo modo nos audiuimus vnusquisque linguã nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Põtum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliã, Ægyptũ, & partes Libyæ quæ est circa Cyrenem, & aduenæ Romani: Iudæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Alleluia, alleluia.

psa. 103 ℣. Emitte spiritum tuum, & creabũtur: & renouabis faciem terræ. Alleluia. ℣. Veni sãcte spiritus, reple tuorum corda fideliũ, & tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Veni sancte spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radium.

Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lucem cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium.

In labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium.

Laua quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est saucium.

Flecte quod est rigidũ, foue quod est frigidum, rege quod est deuium.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus sacrum septenarium.

Da virtutis meritum, da salutis exitũ da perenne gaudium. Amen. Alleluia.

Et dicitur quotidie per totam octauã, vsq; ad sabbathũ inclusiue.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

Ioan 14



N illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui nõ diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quẽ audistis nõ est meus sed eius qui misit me, patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autẽ spiritus sanctus, quẽ mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscũ. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Credo. Offertorium.

psa. 41. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis a templo tuo; quod est in Hierusalem: tibi offerent reges munera, alleluia. Secreta.

Mvnera, quæsumus domine, oblata sanctifica, & corda nostra sancti spiritus illustratione emũda. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem. Communio.

act. 2. Facta est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquẽtes magnalia dei, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fœcundet. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

¶ Infra octauam Pentecosten non fit de aliquo festo dup. vel semidup. sed post octauam celebrantur: de simplici fit commemoratio post triduum.

FERIA II.

Statio ad sanctum Petrum ad Vincula. Introitus.



Ibauit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra, melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. Psalm. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui apostolis tuis sanctũ dedisti spiritum: concede plebi tuæ piæ petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem, largiaris, & pacẽ. Per dñm nostrum. in vnitate eiusdẽ.

Lectio Actuum Apostolorum.



N diebus illis. Aperiẽs Petrus os suum, dixit. Viri fratres, & patres: nobis pręcepit dominus prędicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est a deo iudex viuorum, & mortuorũ. Huic oẽs prophetæ testimonium perhibent: remissionem peccatorũ accipere per nomẽ eius omnes qui credũt in eũ. Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit spiritus sanctus super oẽs qui audiebant verbũ. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerãt cum Petro: quia & ĩ nationes gratia spirit⁹ sancti effusa est. Audiebãt enim illos loquẽtes lĩguis & magnificãtes deũ. Tunc rñdit Petrus. Nũqđ aquã q̃s ꝓhibere potest, vt nõ baptizentᷣ hi, q̃ spiritũ sanctũ acceperũt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari ĩ nomine dñi Iesu Christi. Alleluia, alleluia. ℣. Loquebãtur varijs linguis apostoli magnalia dei. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Veni Sãcte Spiritus. Et in fine. Alleluia. vt supra in Dominica Pentecostes.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.



N illo tempore. Dixit Ies⁹ Nicodemo. Sic deus dilexit mundum, vt filium suũ vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat: sed habeat vitam æternam. Non enim misit de⁹ filium suum in mundum, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus ꝑ ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mũdum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorũ mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestẽtur opera eius: q̃a in deo sunt facta. Credo. Offertor. Intonuit de cœlo dominus: & altissimus dedit vocem suam: & apparuerunt fontes aquarum, alleluia. Secre.

Propitius, domine quæsumus, hæc dona sanctifica: & hostię spiritualis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi ꝑfice munus æternũ. Per dñm nostrum Iesum Christum. Communio. Spiritus sanctus docebit vos, alleluia, quæcunq; dixero vobis, alleluia, alleluia. Postcomm.

Adesto, quæsumus domine, populo tuo, & quem mysterijs cęlestibus imbuisti, ab hostium furore defende. Per dominum nostrum.

FERIA III.

Statio ad Sanctam Anastasiam. Introitus.



Ccipite iucunditatem gloriæ vestræ, alleluia: gratias agentes deo, alleluia: q̃ vos ad cęlestia regna vocauit, alleluia, alleluia, alleluia. Psalm. Attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, & filio &c.

Oratio.

Adsit nobis, quæsumus domine, virtus spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget & ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum nostrũ. in vnitate eiusdẽ.

Lectio Actuum Apostolorum.



N diebus illis. Cum audissent apostoli qui erãt Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum dei: miserũt ad eos Petrũ, & Ioannẽ. Qui cũ venissent, orauerũt ꝑ ipsis, vt acciperẽt spiritũ sanctum. Nõdũ enim in quenquã illorum venerat, sed baptizati tm̃ erãt in nomine dñi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Alleluia, alleluia. ℣. Spiritus sanct⁹ docebit vos quęcunque dixero vobis. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Veni sancte Spiritus. vt supra in Dominica.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.



N illo tempore. Dixit Ies⁹ Pharisæis. Amen amen dico vobis: qui non intrat ꝑ ostiũ in ouile ouiũ, sed ascendit aliũde: ille fur est & latro. Qui autẽ ĩtrat ꝑ ostiũ: pastor est ouiũ. Huic ostiari⁹ aperit: & oues vocẽ eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cũ ꝓprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illũ sequũtur, q̃a sciũt vocẽ eius. Alienũ autem nõ sequunᷣ, sed fugiũt ab eo: q̃a nõ nouerũt vocẽ alienorũ. Hoc prouerbiũ dixit eis Ies⁹. Illi autẽ nõ cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus. Amen amen dico vobis, q̃a ego sum ostium ouiũ. Omnes quotquot venerũt, fures sũt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si q̃s introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua ĩueniet. Fur non venit, nisi vt furetur, vt mactet, & perdat. Ego veni, vt vitã habeant:

beant,& abūdātius habeāt. Credo.

pſa. 77.

Offert. Portas cœli aperuit dominus & pluit illis manna,vt ederent,panem cœli dedit eis:panem angelorum mā-ducauit homo,alleluia. Secreta.

PVrificet nos, q̄ſumus dn̄e, muneris p̄ſentis oblatio: & dignos ſacra p̄ticipatione efficiat.Per dn̄m.

Ioa 15. 16.

Comm. Spiritus, qui a patre procedit alleluia,ille me clarificabit,alleluia,alleluia. Poſtcommunio.

MEntes noſtras,quæſumus domine,ſpiritus ſanctus diuinis reparet ſacramentis:quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatorū. Per dominum.in vnitate eiuſdem.

FERIA IIII.

Quatuor temporum Pentecoſt.

Statio ad ſanctam Mariam Maiorem. Introitus.

pſa 67.



DEus dū egredereris corā populo tuo, iter faciens eis, habitās in illis, alleluia, terra mota eſt cœli diſtillauerunt alleluia:alleluia. Pſalm⁹. Exurgat deus, & diſſipentur inimici eius,& fugiant qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria patri. dicto Kyrie eleiſon. dicitur Oremus. Et non dicitur. Flectamus genua.

ibidē.

MEntes noſtras,quæſumus domine,paraclitus, qui a te procedit,illuminet: & inducat in omnē ſicut tuus promiſit filius, veritatem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdē. Lectio Actuū Apoſtolorū.

IN diebus illis. Stās Petrus cum vndecim leuauit vocem ſuā, & locutus eſt eis. Viri Iudæi,& qui habitatis Hieruſalem vniuerſi:hoc vobis notum ſit,& auribus percipite verba mea. Non enim, ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt,cum ſit hora diei tertia:ſed hoc eſt quod dictum eſt per prophetam Ioel.Et erit,in nouiſſimis diebus,dicit dominus,effundā de ſpiritu meo ſuper omnem carnem:& prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ: iuuenes veſtri viſiones videbunt,& ſeniores veſtri ſomnia ſomniabūt. Et quidem ſuper ſeruos meos,& ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt. Et dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum,ſanguinem,& ignē,& vaporē fumi. Sol cōuertetur in tenebras,& luna ī ſanguinē,antequā veniat dies dn̄i magnus, & manifeſtus.Et erit: Omnis q̨cūq; inuocauerit nomē dn̄i,ſalu⁹ erit. Allа. ℣. Verbo dn̄i cęli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorū. Hic dicitur Gloria ī excelſis deo. Poſtea dicitur. Dominus vobiſcum. Oratio.

pſa. 32.

PRæſta,q̄ſumus,oīpotēs, & miſericors deus: vt ſpiritus ſanct⁹ aduenięs,tēplū nos gloriæ tuæ dignanter inhabitādo perficiat. Per dn̄m.

¶ Ab hac die vſq; ad Dominicam

ſequentē, poſt orōnem diei dicitur. Contra perſecutores Eccleſiæ. Orō.

ECcleſiæ tuę,quæſumus domine preces placatus admitte:vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis,ſecura tibi ſeruiat libertate Per dominum. Vel pro Papa.

DEus omnium fidelium paſtor & rector, famulum tuum N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti,propitius reſpice: da ei q̄ſumus,verbo & exemplo quibus p̄eſt,proficere:vt ad vitam,vna cū grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca. 5.

IN diebus illis. Per manus autem apoſtolorū fiebāt ſigna, & prodigia multa ī plebe. Et erāt vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cæterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis:ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credētium in dn̄o multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eijcerent infirmos,& ponerent in lectulis, & grabatis:vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum,& liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autē & multitudo vicinarum ciuitatum, Hieruſalem,afferentes ægros, & vexatos a ſpiritibus immundis:qui curabantur omnes. Alleluia, alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus,reple tuorum corda fideliū, & tui amoris ī eis ignē accende. Sequentia. Veni ſancte Spiritus,vt ſupra in Dominica.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

ca. 6.

IN illo tempore. Dixit Ieſ⁹ turbis Iudæorum. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me,traxerit eum: & ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei.Omnis qui audiuit a patre, & didicit:venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquā niſi is qui eſt a deo:hic vidit patrē. Amē amē dico vobis:qui credit in me,habet vitam æternam. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducauerunt māna ī deſerto:& mortui ſunt. Hic eſt panis de cęlo deſcendens: vt ſi q̨s ex ipſo manducauerit,nō moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi. Si quis māducauerit ex hoc pane,viuet in æternū. Et panis, quē ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita. Credo. Offertorium.

pſa. 138

Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi valde:& leuabo man⁹ meas ad mādata tua,quæ dilexi,alleluia. Secreta.

ACcipe,quęſumus domine,munus oblatum: & dignāter operare: vt quod myſterijs agimus,pijs effectibus celebremus. Per dominū.

Alia Secreta.

PRotegē nos domine tuis myſterijs ſeruiētes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur,& mente. Per dominum.

Vel pro Papa.

OBlatis, quæſumus domine, placare muneribus, & famulum tuum N quem paſtorem eccleſiæ tuæ p̃eſſe voluiſti, aſſidua ꝓtectione guberna. Per dñm. Communio.

io. 14. Pacem relinquo vobis, alleluia: pacẽ meam do vobis, alla: alla. Poſtcom.

SVmentes dñe cęleſtia ſacramẽta, q̃s clemẽtiã tuã, vt quod tẽporaliter gerim⁹, ęternis gaudijs cõſequamur. Per dominũ. Alia Poſtcom.

QVæſumus dñe deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ ſi nas ſubiacere periculis. Per dominum. Vel pro Papa.

HÆc nos, quæſumus dñe, diuini ſacramẽti pceptio ꝓtegat, & famulũ tuũ N. quẽ paſtorẽ ecclæ tuę p̃eſſe voluiſti, vna cũ cõmiſſo ſibi grege, ſaluet ſẽp & muniat. Per.

FERIA V.

Statio ad ſanctum Laurentium extra muros. Introitus.

Sa. 1.



Piritus domini repleuit orbem terrarum alla: & hoc quod cõtinet oĩa, ſcientiã habet vocis, alla, alla, alla.

pſa. 67. Pſal. Exurgat deus, & diſſipẽtur inimici eius, & fugiant qui oderũt eum a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodẽ ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemp cõſolatione gaudere. Per dñm. in vnitate eiuſdem. vel Eccleſiæ. vel De⁹ om nium. vt ſupra in feria quarta.

Lectio Actuum Apoſtolorum.



N diebus illis. Philipp⁹ deſcendens in ciuitatẽ Samariæ, p̃dicabat illis Chriſtũ. ca. 8. intendebant autẽ turbæ his, q̃ dicebant ã Philippo, vnanimiter audiẽtes, & vidẽtes ſigna q̃ faciebat. Multi enĩ eorũ qui habebãt ſpiritus ĩmũdos, clamantes voce magna, exibãt. Multi autẽ paralytici, & claudi curati ſunt. Factũ eſt ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Alleluia, alla. ℣. Emitte ſpiritum tuũ, & creabũtur & renouabis faciem terrę. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorũ corda fideliũ, & tui amoris in eis ignẽ accẽde. Sequentia. Veni ſancte Spirit⁹ vt ſupra in Dominica.

pſa. 103.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Lucam.



N illo tempore. Conuocatis Ieſus duodecim apoſtolis, dedit illis virtutẽ, & poteſtatem ſuper omnia dæmonia: & vt languores curarent. Et miſit illos prædicare regnum dei: & ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq; virgam, neq; peram, neque panem, neque pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quãcunque domum intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicun que

ca. 9.

non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedũ veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſſi autem circuibant per caſtella euangelizantes, & curãtes vbique. Credo. Offertoriũ.

pſa. 116. Confirma hoc deus, quod operat⁹ es in nobis: a tẽplo tuo, quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent reges munera, alleluia. Secreta.

MVnera, quæſumus domine, oblata ſãctifica: & corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emũda. Per dñm. in vnitate eiuſdem. vel Protege nos dñe. vel Oblatis q̃ſumus. vt ſupra in feria quarta. Cõm.

act. 2. Factus eſt repente de cęlo ſonus aduenientis ſpiritus vehemẽtis, vbi erãt ſedẽtes, alleluia: & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, loquẽtes magnalia dei, alleluia, alle luia. Poſtcomm.

SAncti ſpũs, q̃s dñe corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fœcundet. Per dñm. in vnitate eiuſdem. vel Quæſumus dñe. vel Hęc nos q̃s. vt ſup. ĩ fer iiij.

FERIA VI.

Quatuor temporum Pent.

Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.

pſa. 70.



Epleatur os meũ laude tua, alla: vt poſſim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea: dum cãtauero tibi, alla, alleluia. Pſalm. In te domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DA quæſumus, eccleſiæ tuæ miſericors deus: vt ſpiritu ſancto congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Per dominum. in vnitate eiuſdem. vel Eccleſiæ tuæ. vel Deus omnium. vt ſup in feria iiij.

Lectio Ioelis prophetæ.




Æc dicit dominus deus. Exultate filiæ Sion, & lætamini ĩ domino deo veſtro: qa dedit vobis doctorẽ iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrẽ matutinum, & ſerotinum ſicut in principio. Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino, & oleo. Et comedetis veſcẽtes, & ſaturabimini: & laudabitis nomẽ dñi dei veſtri, qui fecit vobiſcũ mirabilia & non confundetur populus meus in ſempiternum. Et ſcietis, qa in medio Iſrael ego ſum: & ego dñs deus veſter, & non eſt amplius: & nõ confundetur populus meus in æternũ. Ait dñs oĩps. Alla, alla. ℣. O quã bonus & ſuauis eſt, dñe, ſpiritus tuus in nobis. Alla. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorũ corda fideliũ, & tui amoris ĩ eis ignẽ accẽde. Sequẽtia. Veni ſancte Spiritus. vt in Dominica Pentec.

ca. 2.

Sa. 12.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



N illo tempore. Factum eſt in vna dierum, & Ieſus

ca. 5.

ſedebat docens. Et erant phariſæi ſedentes, & legiſdoctores qui venerãt ex omni caſtello Galilęæ, & Iudęæ, & Hieruſalem: & virtus domini erat ad ſanandum eos. Et ecce viri portãtes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante illum. Et nõ inueniẽtes qua parte illum inferrent prę turba, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſubmiſerũt illum cum lecto in medium, ante Ieſum. Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt cogitare ſcribæ, & phariſæi, dicentes. Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus? Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpõdẽs, dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus veſtris: Quid eſt facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domũ tuam. Et confeſtim ſurgẽs coram illis, tulit lectũ in quo iacebat: & abijt in domum ſuam, magnificãs deũ. Et ſtupor apprehẽdit omnes: & magnificabant deum. Et repleti ſunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo. Off. Lauda anima mea dominum: laudabo dominũ in vita mea: pſallam deo meo quandiu ero: alleluia. Secreta.

pſa. 145.

Sacrificia domine tuis oblata cõſpectibus, ignis ille diuinus aſſumat, qui diſcipulorũ Chriſti filij tui per ſpiritum ſanctum corda ſuccendit. Per eundem dominum. in vnitate eiuſdẽ. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in feria iiij. Communio. Non vos relinquam orphanos: veniã ad vos iterũ, alleluia, & gaudebit cor veſtrum, alleluia. Poſtcomm.

Ioa. 14.

Sumpſimus dñe ſacri dona myſterij humiliter deprecantes: vt q̃ in tui commemoratione nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxiliũ. Qui viuis & regnas. in vnitate ſpiritus ſancti deus. vel Quæſumus dñe. vel Hæc nos quæſumus. vt in feria quarta.

SABBATHO Quatuor temporum Pentec.

Statio ad ſanctum Petrũ. Introitus.



Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, all'a, per inhabitantẽ ſpiritũ eius in nobis, all'a, all'a. Pſal. Benedic anima mea dño, & oĩa q̃ intra me sũt nomini sãcto ei⁹. ℣. Glia pri. Orones seq. dñr fine. Flectam⁹ genua. Orem⁹.

Ro. 5.

pſa. 102.

Mentibus noſtris, quæſumus dñe, ſpiritum ſanctũ benign⁹ infunde: cuius & ſapientia conditi ſumus, & prouidetia gubernamur. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Lectio Ioelis prophetæ.

ca. 2.



Hæc dicit dominus deus. Effundam ſpiritum meũ ſup omnem carnẽ: & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſup ſeruos meos, & ancillas meas in diebus illis effundã ſpiritũ meũ. Et dabo prodigia in cęlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum: ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem: antequam veniat dies dñi magnus, & horribilis. Et erit. Omnis, quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Alleluia. ℣. Spiritus eſt, qui viuificat: caro autẽ non prodeſt quicquam. Oratio.

Io. 9

Illo nos igne, quæſumus dñe, ſpiritus ſanctus inflammet, quẽ dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit in terram: & voluit vehemẽter accẽdi. Qui tecum viuit & regnat, in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus.

Lectio libri Leuitici.

ca. 23.



In diebus illis. Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens. Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos. Cum ingreſſi fueritis terram quã ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem: feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. Qui eleuabit faſciculũ coram domino, vt acceptabile ſit ꝓ vobis altero die ſabbathi: & ſanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipſo die ſabbathi, in quo obtuliſtis manipulos primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, vſq; ad alteram diem expletionis hebdomadę ſeptimę. Et ſic offeretis ſacrificium nouum dño ex omnibus habitaculis veſtris: panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilę, quos eleuabit ſacerdos coram domino. Cumque eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarum coram domino, cedẽt in vſum eius. Et vocabitis hũc diem celeberrimũ, atq; ſanctiſſimũ. Omne opus ſeruile nõ facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus veſtris: dicit dominus omnipotens. Alleluia. ℣. Spiritus eius ornauit cœlos. Oro.

Io. 26.

Deus, qui ad animarum medelam ieiunij deuotione caſtigari corpora præcepiſti: cõcede nobis propitius, & mente, & corpore tibi ſemp eſſe deuotos. Per dñm noſtrũ.

Lectio libri Deuteronomij.

ca. 26.



In diebus illis. Dixit Moyſes filijs Iſrael. Audi Iſrael, quæ ego præcipio tibi hodie. Cum intraueris terram, quã dominus deus tuus daturus eſt tibi poſſidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea, tolles de cũctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo: pergeſq; ad locum, quem dñs deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius. Accedeſq; ad ſacerdotẽ, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum. Profiteor hodie coram do-

mino deo tuo. Qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem atque angustias: & eduxit nos de Aegypto i manu forti, & bra chio extento, in ingenti pauore, in si gnis atq; portentis: & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terrã lacte, & melle manãtem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ quã do minus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini dei tui. Et adorato domino deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quæ dominus deus tuus dederit tibi. Alleluia. ℣. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedẽtes.

act. 2.

Oratio.

PRæsta quæsumus, omnipotens deus: vt salutaribus ieiunijs eruditi, ab omnibus etiam vitijs abstinẽtes, propitiationem tuã facilius impetremus. Per dominum nostrum.

Lectio libri Leuitici.

ca. 26.

IN diebus illis. Dixit domi nus ad Moysen. Loquere filijs Israel, & dices ad eos si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea: dabo vobis pluuiam tẽporibus suis, & terra gignet germen suum: & pomis arbores replebuntur. Apprehẽdet messium tritura vin demiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauo re habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferã malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: & corruẽt coram vobis. Persequẽtur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciã vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, & ero vester deus, vosque eritis populus meus: dicit dominus omnipotens. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum &c.

Lectio Danielis prophetæ.

ca 3.

IN diebus illis. Angelus domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammã ignis de fornace, & fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flãtẽ. Flamma autẽ diffusa est super fornacem, cubitis quadragintanouem: & incendit quos repperit iuxta fornacẽ de Chaldæis

ministros regis qui eam incẽdebãt. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant deum in fornace, dicentes. Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorũ & laudabilis in sæcula. Finito versu, dicitur. Gloria in excelsis. Sequitur. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ.

Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum. N. quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei q̃sumus, verbo & exemplo qbus preest, proficere: vt ad vitam vna cũ grege sibi credito, pueniat sempiternã. Per dominũ nostrum. vel Ecclesiæ tuæ. vt supra feria quarta.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 5.

FRatres. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum per Iesum Christũ dominum nostrum: per quem & accessum habemus per fidẽ in gratiã istã, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Non solum autẽ: sed & gloriamur in tribulationibus, scientes qu od tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem. Spes autem non cõfundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Tractus. Laudate dominũ omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum. Sequentia. Veni sancte Spiritus. vt supra in Dominica sine, Alleluia, In fine.

psa. 116.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 4.

IN illo tempore. Surgens Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illũ pro ea. Et stans super illam, imperauit febri: & dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia a multis, clamantia & dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis.

Quibus ille ait. Quia & alijs ciuitati bus oportet me euangelizare regnũ dei: quia ideo missus sum. Et erat p̃dicãs in synagogis Galilęæ. Credo. Offert. Domine Deus salutis meę in die clamaui & nocte corã te intret oratio mea in cõspectu tuo dñe. Sec.


psal 87.

VT accepta tibi sint domine nostra ieiunia: præsta nobis, quæsumus, huius munere sacramẽti, purificatum tibi pectus offerre. Per dominum nostrum Iesum Christum. Altera Secreta. vel Oblatis q̃sumus. vel Protege nos. vt ĩ feria iiij. Com.

io. 3 Spiritus, vbi vult spirat: & vocem eius audis, alleluia, alleluia, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, alleluia, alleluia, alleluia. Postcommunio.

PRæbeant nobis domine diuinũ tua sancta feruorem, quo eorũ pariter, & actu delectemur & gustu. Per dominum. Altera Postcomm. vel Hæc nos quæsumus. vel Quæsumus domine. vt in feria quarta.

IN FESTO SANCTÆ Trinitatis. Introitus.



To. ca. 12. BEnedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas cõfitebimur ei qa fecit nobiscũ misericordiã suã. Psalmus. psal 8. Domine dominus noster quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatẽ: quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per dominum nostrum Iesum. Deinde fit commemoratio de Dominica prima post Pentecosten oratio. Deus in te sperantium. vt inferius habetur in eius Missa.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

O Altitudo diuitiarum sapiẽtiæ, & sciẽtiæ dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius? Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor, & gloria, ĩ sęcula sęculorũ, Am. Graduale. Benedictus es domine, q̃ intueris abyssos, & sedes super Cherubim. ℣ Benedictus es domine in firmamento cęli, & laudabilis in secula. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrũ nostrorum, & laudabilis in sæcula, alleluia.

Da. 3. ibi.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Data est mihi omnis potestas

testas in cœlo, & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes baptizantes eos ĩ nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docẽtes eos seruare oĩa quæcunq; mandaui vobis. Et ecce, ego vobiscum sum vsq; ad cõsumationem sęculi. Credo. Offert. Da. 3. Benedictus sit deus pater, vnigenitus que dei filius, sanct⁹ quoq; spirit⁹: q̃a fecit nobiscũ misericordiã suã. Secr.

SAnctifica, quæsumus dñe deus noster, per tui sancti nominis inuocationẽ, huius oblationis hostiã: & per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per dominum. Præfatio. Qui cũ vnigenito. Com. To. 12. Benedicimus deum cęli, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei: q̃a fecit nobiscũ misericordiã suã. Postc.

PRoficiat nobis ad salutẽ corporis, & animæ, dñe deus noster, huius sacramẽti susceptio: & sempiternæ sanctæ Trinitatis, eiusdẽq; indiuiduæ vnitatis cõfessio. Per dñm.

DOMINICA PRIMA post Pentecostem. Intr.



psal 12. DOmine ĩ tua misericordia speraui: exultauit cor meũ in salutari tuo: cantabo dño, q̃ bona tribuit mihi. psal. Vsque quo dñe obliuisceris me in finẽ? vsquequo auertis faciẽ tuã a me? ℣. Glia patri. Oratio. ibidẽ.

DEus in te sperãtium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: & q̃a sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiæ tuæ: vt in exequẽdis mãdatis tuis, & voluntate tibi, & actione placeamus. Per dominum. Ad poscẽda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, q̃s dñe, mentis & corporis defende periculis: & intercedente gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis ap̃lis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & oĩbus sanctis: salutẽ nobis tribue benign⁹ & pacẽ: vt destructis aduersitatib⁹, & erroribus vniuersis, eccl̃a tua secura tibi seruiat libertate. ¶ Et dicit̃ in Missa tã de tẽpore, quã de sãcto vsq; ad Aduẽtũ, nisi sit duplex vel ĩfra octauã. ¶ Tertia vero oratio dicatur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolæ B. Ioannis apostoli.

1. c. 4 CArissimi. De⁹ charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniã filiũ suũ vnigenitũ misit deus in mũdum vt viuamus p̃ eũ. In hoc est charitas: nõ quasi nos dilexerimus deum: sed q̃m ipse prior dilexit nos, & misit filiũ suũ p̃pitiatorẽ p̃ peccatis nostris. Carissimi, si deus dilexit nos, & nos debemus alterutrũ diligere. Deũ nemo vidit vnq̃. Si diligam⁹ inuicem, deus ĩ nobis manet, & charitas eius ĩ nobis p̃fecta est. In hoc cognoscimus

mus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniā de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur: quoniam pater misit filiū suum saluatorē mundi. Quisquis cōfessus fuerit, qm̄ Iesus est filius dei: deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouim⁹, & credidimus charitati, q̄ habet deus in nobis. Deus charitas est: & q manet, ī charitate, ī Deo manet & de⁹ ī eo. In hoc pfecta est charitas dei nobiscū, vt fiduciam hēam⁹ ī die iudicij: qa sicut ille est, & nos sum⁹ ī hoc mūdo. Timor nō est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet nō est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: qm̄ deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deum: & fratrem suum oderit: mēdax est. Qui enī non diligit fratrē suū, quem videt: deum, quem nō videt, qūo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deum, diligat & fratrē suum. Gradu.

psa. 40.

Ego dixi domine, miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Beatus vir, qui intelligit super egenū, & pauperem: in die mala liberabit eū dominus. Alleluia, alleluia. ℣. Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 6

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut, & pr̄ vester misericors est. Nolite iudicare, & nō iudicabimini. Nolite cōdēnare, & nō cōdēnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabit vobis. Mēsurā bonā, & cōfertā, & coagitatā, & supeffluētē dabūt in sinū vestrū. Eadem quippe mēsura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid potest cęcus cęcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autē vides festucā in oculo fratris tui: trabē autē q̄ in oculo tuo est, nō cōsideras: Aut qūo potes dicere fratri tuo frater, sine eijciā festucā đ oculo tuo ipse trabem in oculo tuo non vidēs? Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

psa. 5.

Offert. Intende voci orationis meæ, rex meus, & deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secreta.

HOstias nostras, quæsumus domine, tibi dicatas placat⁹ assume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominū nostrum Iesum Christum filiū tuū, qui tecum viuit, & regnat. &c.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Secreta.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis: gratiam

tribuens

tribuens in præsenti, & gloriam in futuro. Per dominum nostrū Iesum Christum. Communio.

psa. 9.

Narrabo omnia mirabilia tua: lætabor, & exultabo in te psallam nomini tuo altissime. Postcomm.

TAntis domine repleti muneribus, præsta quæsumus: vt & salutaria dona capiamus, & a tua laude nunquam cessemus. Per dominū nostrum Iesum Christum filiū tuū, qui tecum viuit, & regnat, &c.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcommunio.

MVndet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramēti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per dominum nostrum Iesum Christum.

IN SOLLEMNITATE sacratiss. Corporis Chri. Intr.

psa. 80.



CIbauit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. psalm⁹. Exultate deo adiutori nr̄o, iubilate deo Iacob. ℣. Glā pat. Oro.

DEus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriā reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis & regnas.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. c. 11.

FRatres. Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis: quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate: Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradet. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter & calicē postq̄ cęnauit, dicēs: Hic calix nouū testamentū est ī meo sanguine. Hoc facite, quotiescunq; bibetis, in meā cōmemorationē. Quotiescunq; enī māducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortem dn̄i annūciabitis: donec veniat. Itaq; q̄cūq; manducauerit panē, & biberit calicē dn̄i indigne: reus erit corporis, & sāguinis dn̄i. Probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enī māducat, & bibit indigne: iudiciū sibi māducat & bibit, nō dijudicās corpus domini. Graduale.

Oculi oīum in te sperāt dn̄e: & tu das illis escā ī tpe opportuno. ℣. Apis tu manum tuā: & imples omne aīal bn̄one. Alleluia, alleluia. ℣. Caro mea

 vere

vere est cibus:& sanguis meus vere est potus: qui mãducat meam carnem,& bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sequentia.

LAuda Sion saluatorem,lauda ducem & pastorem,in hymnis, & cãticis. Quantum potes, tantum aude: qa maior omni laude,nec laudare sufficis, Laudis thema specialis, panis viuus & vitalis,hodie proponitur. Quẽ in sacræ mẽsa cęnę, turbę fratrum duo denæ,datum non ambigitur. Sit laus plena,sit sonora,sit iucunda,sit decora mentis iubilatio: Dies enim sollẽnis agitur, in qua mensæ primo recolitur huius institutio. In hac mensa noui regis, nouum pascha nouæ legis, phase vetus terminat. Vetustatem nouitas, vmbram fugat veritas, noctem lux eliminat. Quod in cœna Christus gessit faciendum hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis panem vinum in salutis consecramus hostiam. Dogma datur christianis,quod in carnem transit panis, & vinum in sanguinem. Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides, præter rerũ ordinẽ. Sub diuersis speciebus, signis tantum,& non rebus,latẽt res eximię. Caro cibus, sanguis potus: manet tamen Christus totus sub vtraq; specie. A sumente non cõcisus, non cõfract⁹. non diuisus:integer accipitur. Sumit vnus,sumunt mille:quantum isti: tantum ille:nec sumptus consumitur. Sumunt boni,sumunt mali, sorte tamen inæquali vitæ, vel interitus. Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptionis quam sit dispar exitus. Fracto demum sacramento: ne vacilles: sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tantum fit fractura: qua nec status, nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum: vere panis filiorum non mittendus canibus. In figuris præsignatur, cum Isaac immolatur: agnus paschæ deputatur: datur manna patribus. Bone pastor, panis vere Iesu nostri miserere: tu nos pasce,nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viuentium. Tu qui cuncta scis & vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales cohæredes, & sodales fac sanctorum ciuium. Amen. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore. Dixit Iesus turbis Iudæorum. Caro mea, vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet,& ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna: & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Credo. Offertorium. Sacerdotes domini incensum

ca. 6.

censum, & panes offerunt deo: & ideo sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius, alleluia.

Secreta.

ECclesiæ tuæ, quæsumus domine, vnitatis, & pacis propitius dona concede, quæ sub oblatis muneribus mystice designantur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum,qui tecum &c.

Præfatio. Quia per incarnati. Et dicitur per totam octauam.

Communio. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat: itaque quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini, alleluia.

Postcommunio.

FAc nos, quæsumus domine diuinitatis tuæ, sempiterna fruitione repleri: quam pretiosi corporis, & sanguinis tui temporalis perceptio præfigurat. Qui viuis, & regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti deus.

¶ Infra octauam non fit de aliquo sancto, nisi fuerit duplex: in die octauæ non fit nisi de festo sancti Ioannis Baptistæ, & sanctorum apostolorum Petri, & Pauli, si occurrat: & tunc fit de festo cum commemoratione octauæ. Secunda oratio infra octauam de sancta Maria. Concede nos. tertia. Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa.

DOMINICA SECVNDA post Pentecost.

Quæ est infra octauã Corporis Christi. Introitus.



FActus est dñs protector meus:& eduxit me in latitudinem: saluum me fecit: quoniã voluit me. Psal. Diligam te domine fortitudo mea: dñs firmamentum meum, & refugium meum,& liberator meus. ℣. Gloria patri.

psa. 17. ibi.

Oratio.

SAncti nominis tui domine timorem pariter, & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per dominum nostrum.

Deinde fit commemoratio de octaua Corporis Christi tantum. Deus qui nobis. vt supra.

Lectio epistolæ beati Ioannis apostoli.



CArissimi. Nolite mirari si odit vos mũdus. Nos scimus, qm̃ trãslati sumus de morte ad vitã: qm̃ diligimus fratres. Qui nõ diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis, qm̃ omnis homicida non habet vitam æternam in se

ca. 3.

manentē. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mūdi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neq; lĩgua: sed ope & veritate

psa. 119.

Grad. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lĩgua dolosa. Alleluia, alleluia. ℣. Domine deus in te speraui, saluū me fac, ex omnibus persequentibus me, & libera me, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 14.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā fecit cęnam magnam: & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Et cœperūt omnes simul excusare. Primus dixit ei. Villam emi: & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinque: & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: & ideo nō possum venire. Et reuersus seruꝰ nūciauit hæc domino suo. Tunc iratus pater familias, dixit seruo suo. Exi cito ĩ plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles: & cęcos & claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factum est, vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Credo. Offertorium.

psa. 6.

Domine conuertere, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

OBlatio nos, quæsumus domine, tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad cœlestis vitæ transferat actionem. Per dn̄m.

psa. 21.

Communio. Cantabo domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi. Postcomm.

SVmptis muneribus sacris, quæsumus domine, vt cum frequentatione mysterij crescat nostræ salutis effectus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

DOMINICA III. post Pentecost. Introitus.

psa. 24.



REspice ĩ me, & miserere mei domine: quoniā vnicus, & pauper sum ego: vide humilitatē meam, & laborem meum: & dimitte omnia

peccata

peccata mea deus meus. Psal. Ad te domine leuaui animā meā: deus meus in te confido non erubescam. ℣. Gloria patri. Oratio.

PRotector in te sperantium deus, sine quo nihil est validū, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuā: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Per dominum. Ad poscendā suffragia sanctorum. Oratio.

ACunctis nos, quæsumus domine, mētis & corporis defende periculis: & intercedente gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia ad libitum.

Lectio epistolæ B. Petri apostoli.

1. ca. 5.

CArissimi. Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum: quoniam ipsi est cura de vobis. Sobrij estote, & vigilate: qa aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen. Graduale.

psa. 70.

Iacta cogitatum tuum in domino: & ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meā ab his, qui appropinquant mihi. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iustus, fortis, & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? alleluia.

psa. 116

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 5.

IN illo tempore. Erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant pharisæi, & scribæ, dicentes. Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum, conuocat amicos, & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam, quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia.

 Aut

Aut quæ mulier habens drachmas decem: si perdiderit drachmā vnam nonne accendit lucernam, & euerrit domū, & quærit diligenter, donec īueniat eam? Et cum inuen erit, cōuocat amicas, & vicinas, dicens. Cōgratulamini mihi: quia inueni drachmā quam perdideram. Ita, dico vobis: gaudium erit coram angelis dei sup vno peccatore pœnitentiam agente. Credo. Offertorium.

pfa. 9. Sperent in te omnes, qui nouerūt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis quærentes te, psallite domino: qui habitat in Sion: quoniā nō est oblitus orationem pauperum. Secr.

Respice, quęsumus domine, munera supplicantis ecclesiæ: & saluti credentium perpetua sanctificatione sumenda cōcede. Per dñm. Ad poscēda suffragia sanctorū. Sec.

Exaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutē a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in pſenti, & gloriā in futuro. Per dñm.

Communio. Dico vobis, gaudium est angelis dei super vno peccatore pęnitentiam agente. Postcommu.

Lu. 15. Sancta tua dñe nos sumpta viuificent: & misericordiæ sempiternæ præparēt expiatos. Per dominū. Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedē te beata virgine dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per dominum.

DOMINICA QVARTA post Pentecosten. Introitus.



pfa. 26. Dominus illuminatio mea, & sal⁹ mea, quē timebo? dominus defensor vitæ meæ, a quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. psal. Si cō- ibi. sistant aduersum me castra, non timebit cor meum. ℣. Gloria. Oratio.

Da nobis quæsumus dñe, vt & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per dominum. A cunctis nos. vt in supeiori Dñica, & tertia o͞ro ab libitū.

Lec. ep͞le B. Pauli ap͞li ad Romanos. ca. 8.

Fratres: Existimo, quod nō sunt cōdignę passiones huius tpis, ad futurā gloriā, q̄ reuelabitur in nobis. Nā expectatio creaturæ, reuelationē filiorū dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nō volēs, sed pp eū q̄ subiecit eā in spe: q̄a & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, ī libertatem gloriæ filiorū dei. Scimus enī, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc. Non solum autē illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum dei expectantes, redemptionem corporis nostri. In Christo Iesu domino nostro.

pfa. 78. Graduale. Propitius esto domine peccatis nostris: ne quando dicant gentes vbi est deus eorū? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter honorē nominis tui domine libera nos. Alleluia alleluia. ℣. Deus, qui sedes super thro- pfa. 9. num, & iudicas æquitatē, esto refugiū pauperum in tribulatione, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. ca. 5.

In illo tempore. Cum turbæ irruerēt in Iesum, vt audirent verbum dei: & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stātes secus stagnū. Piscatores autem descēderant, & lauabant retia. Ascendens autem ī vnā nauī quæ erat Simonis, rogauit eū a terra reducere pusillum. Et sedēs, docebat de nauicula turbas. Vt autem cessauit loqui dixit ad Simonē. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi. Præceptor, per totam noctem laborātes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in a'ia naui: vt venirēt, & adiuuarent eos. Et venerūt, & impleuerūt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens. Exi a me, quia homo peccator sum, domine. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem & Iacobū, & Ioannem filios Zebedæi, qui erāt socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus. Noli timere: ex hoc iam eris homines capiens Et subductis ad terrā nauibus, relictis omnib⁹ secuti sunt eum. Credo. Offertorium.

pfa. 12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eū. Secreta.

Oblationibus nostris, quæsum⁹ domine, placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Exaudi nos. vt in superiori Dominica. Communio.

Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, ad- pfa. 17. iutor meus. Postcommunio.

Mysteria nos, domine, quæsumus, sumpta purificent: & suo munere tueātur. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuū. Mundet & muniat. vt in superiori Dominica.

DOMINICA V. post Pentec. Introitus.

psa. 26.



Exaudi domine vocem meã, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelĩquas me: neq; despicias me deus salutaris meus. Psalm⁹. Dominus illuminatio mea, & sal⁹ mea quem timebo? ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectũ: vt te in omnibus & super omnia diligentes: promissiones tuas, quæ omne desideriũ superant, cõsequamur. Per dominum. Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos q̃s dñe, mentis, & corporis defende periculis: & intercedente gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N & oĩbus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia orõ ad libitũ

Lectio epistolæ B. Petri apostoli.

1.c. 3.



Carissimi. Oẽs vnanimes in orõne estote, compatiẽtes fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Nõ reddẽtes malũ ꝓ malo: nec maledictũ ꝓ maledicto, sed ecõtrario, bñdicentes: q̃a in hoc vocati estis, vt bñonẽ hæreditate possideatis. Qui enĩ vult vitã diligere, & dies videre bonos: coerceat linguã suã a malo, & labia eius ne loquant̃ dolũ. Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem & sequat̃ eã. Quia oculi dñi super iustos, & aures eius in p̃ces eorũ. Vultus autẽ dñi sup̃ faciẽtes mala. Et q̃s est, q̃ vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si q̃d patimini ꝑꝑ iustitiã: beati. Timorẽ autẽ eorũ ne timueritis, vt nõ cõturbemini. Dñm autem Iesum Christũ sanctificate in cordibus vestris. Graduale.

psa. 83.

Protector noster aspice deus: & respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutũ exaudi p̃ces seruorũ tuorũ. Alla alleluia. ℣. Domine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuũ exultabit vehementer, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 5.



In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis, quia dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: q̃a omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo

raca: reus erit cõcilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris q̃a frater tu⁹ habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniẽs offeres munus tuum. Credo.

psa. 15.

Offertorium. Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam deum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Secreta.

Propitiare domine supplicationibus nostris: & has oblationes famulorum, famularumque tuarum benignus assume: vt quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per dominum. Ad poscẽda suffragia sanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutẽ a cunctis nos mẽtis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̃senti, & gloriam in futuro. Cõmu.

psa. 26.


Vnam petij a dño, hanc requiram: vt inhabitem in domo domini, omnibus diebus vitæ meæ. Postcomm.

Quos domine cœlesti dono satiasti: præsta quæsumus: vt a nostris mũdemur occultis: & ab hostium liberemur insidijs. Per dominum. Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcom.

Mundet & muniat nos, q̃sumus dñe, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per dominum nostrum.

DOMINICA VI. post Pentecost. Introitus.

psa. 27.



Dominus fortitudo plebis suæ: & protector salutarium Christi sui est: saluũ fac p̃opulũ tuũ dñe, & bñdic hæreditati tuæ & rege eos vsque in sæculũ. Psal. Ad te dñe clamabo, deus meus ne sileas a me: ne q̃n taceas a me: & assimilabor descẽdẽtibus in lacum. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus virtutũ, cui⁹ est totũ, q̃d est optimũ, ĩsere pectoribus nr̃is amorẽ tui noĩs: & p̃sta in nobis religionis augmẽtũ, vt q̃ sunt bona nutrias: ac pietatis studio, q̃ sũt nutrita, custodias. Per. A cũctis. vt ĩ supiori Dñica. Tertia oratio ad libitum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli, ad Romanos.

ca. 6.



Fratres. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu ĩ morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cũ illo

per baptiſmum ĩ morte: vt quomodo ſurrexit Chriſtus a mortuis ꝑ gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ei⁹ ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato. Si autem mortui ſum⁹ cum Chriſto: credimus, q̃a ſimul etiam viuemus cum illo. Scientes, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nõ moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus eſt peccato mortuus eſt ſemel: quod autẽ viuit, viuit deo. Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato: viuentes autem deo in Chriſto Ieſu domino noſtro. Grad. Conuertere domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationẽ. Alleluia, alleluia. ℣. In te domine ſperaui; non cõfundar in æternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me: inclina ad me aurẽ tuam: accelera, vt eripias me, alleluia.

psal 89.

psal 30.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.

ca. 19.

In illo tempore. Cum turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent: conuocatis diſcipulis ſuis ait illis. Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui. Vnde iſtos poterit quis hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis, vt apponerent: & appoſuerunt turbæ. Et habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit, & iuſſit apponi. Et manducauerunt & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis, ſeptem ſportas. Erant autem qui manducauerant, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos. Credo. Offertor. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te domine.

psal 16.

Secreta.

Propitiare domine ſupplicationibus noſtris: & has populi tui oblationes benignus aſſume: & vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, præſta quæſumus: vt quod fideliter petimus, efficaciter cõſequamur. Per dominum noſtrum. Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio. Circuibo, & immolabo in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis:

psal 26.

cantabo

cantabo, & pſalmum dicam domino. Poſtcommunio. Repleti ſumus domine muneribus tuis: tribue quæſumus: vt eorum mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per dñm. Mundet, & muniat, vt in ſuperiori Dominica.

DOMINICA SEPTIMA poſt Pentecoſt. Introitus.

psal 46.



Omnes gẽtes plaudite manibus: iubilate deo ĩ voce exultationis. ps. Quoniã dñs excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnẽ terram. ℣. Gloria patri. Oratio. Deus, cuius prouidẽtia in ſui diſpoſitione non fallitur: te ſupplices exoramus: vt noxia cũcta ſubmoueas: & omnia nobis profutura concedas. Per dominum. Ad poſcẽda ſuffragia ſanctorum. Oratio. A cunctis nos, quæſumus domine, mẽtis & corporis defende periculis: & intercedẽte beata & glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus & pacẽ: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. 6.




Fratres. Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ: ita & nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem. Cũ enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum, mors eſt. Nunc vero liberati a peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipẽdia enim peccati, mors. Gratia autem dei, vita æterna, ĩ Xpo Ieſu dño nr̃o. Grad. Venite filij, audite me: timorem dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur. Alleluia, alleluia. ℣. Oẽs gẽtes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis, alleluia.

psal 3.

psal 46.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

ca. 7.



In illo tempore. Dixit Ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Attendite a falſis prophetis, qui veniũt ad vos in veſtimentis ouium intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructib⁹ eorũ cognoſcetis eos. Nunq̃d colligũt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic, omnis arbor bona, bo-

nos

nos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Nō potest arbor bona, malos fructus facere: neq; arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur, & in ignē mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Dñe: dñe, intrabit ī regnum cęlorū, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cęlis est, ipse ītrabit, in regnū cœlorum. Credo. Offertor. Sicut in holocaustis arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, quia non est confusio cōfidentibus in te domine. Secreta.

Deus, qui legaliū differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tuis famulis: & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt, quod singuli obtulerūt ad maiestatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per dominum.

Ad poscēda suffragia sanctorū. Sec.


Exaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutē a cunctis nos mētis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̄senti, & gloriam in futuro. Comm. Inclina aurem tuā, accelera, vt eruas me. Postcommunio.

Tua nos domine medicinalis operatio, & a nostris peruersitatibus clemēter expediat, & ad ea, quæ sunt recta perducat. Per dūm.

Ad poscēda suffragia sāctorū. Postc.

Mundet & muniat nos, quęsumus dñe, diuini sacramēti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA VIII. post Pentecost. Introitus.



Suscepim⁹ Deus misericordiam tuā in medio templi tui: secūdum nomē tuum deus, ita & laus tua in fines terræ: iustitia plena ē d̄xtera tua. Psal. Magn⁹ dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria. Oro.

Largire nobis, quæsumus domine, semper spiritum cogitandi, quæ recta sunt propitius & agendi: vt, qui sine te esse non possumus, secundū te viuere valeamus. Per dñm. A cunctis. vt in superiori Dominica & tertia oratio ad libitum.

Lec. ep̄lę B. Pauli apostoli ad Roma. ca. 8



Fratres. Debitores sumus: nō carni, vt secundū carnē viuamus. Si enī secūdū carnem vixeritis: moriemini. Si autē spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunq; enī spiritu dei aguntur: hi filij dei sunt. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritū adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nr̄o, quod sumus filij dei. Si autem filij: & hæredes. Hęredes quidē dei: cohęredes autē Xp̄i. Grad. Esto mihi in deum protectorē, & in locum refugij, vt saluū me facias. ℣. Deus in te speraui: domine nō cōfundar in æternū. Alleluia, alleluia. ℣. Magnus dn̄s, & laudabilis valde, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. ca 16.

In illo tempore. Dixit Ies⁹ discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues, qui habebat villicū: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quātum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam: & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sęculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Credo. Offertor. Populum humilem saluum facies domine, & oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus præter te domine? Secreta.

Suscipe, quæsumus domine, munera, quæ tibi de tua largitate deferimus, vt hæc sacrosancta mysteria, gratiæ tuæ operante virtute, & præsentis vitę nos conuersatione sanctificent, & ad gaudia sempiterna perducant. Per dominum. Exaudi nos. vt in superiori Dominica. Communio. Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus: beatus vir, qui sperat in eo. Postcommu.

Sit nobis domine reparatio mentis & corporis cęleste mysteriū: vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum. Mundet & muniat. vt in superiori Dominica.

DOMINICA NONA post Pentecost. Introitus.



psal 53.

Ecce deus adiuuat me: & domin⁹ susceptor est animæ meæ: auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos protector me⁹ domine. Psalmus. Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me. ℣. Gloria patri. Oratio.

Pateant aures misericordiæ tuæ domine precibus supplicantiũ: & vt petentibus desiderata cõcedas fac eos quæ tibi sunt placita postulare. Per dñm nostrum Iesum Christũ.

Ad poscẽda suffragia sãctorũ. Orõ.

A Cunctis nos, quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedẽte beata & gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitũ sacerdotis.

Lec eplę B. Pauli apli ad Corĩthios.

1.c. 10.

Fratres. Non simus concupiscentes malorum, sicut & illi cõcupierunt. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque tentemus Christum: sicut q̃dam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis: sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionẽ nostram, in quos fines seculorum deuenerũt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehẽdat, nisi humana. Fidelis autem deus est, qui non patietur vos tẽtari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiã prouentum: vt possitis sustinere.

psal 8.

Graduale. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? ℣. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Alleluia: alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: & ab insurgentibus in me libera me, alleluia.

psal 17.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



ca. 19.

In illo tempore. Cum appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicẽs. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi. Nũc autem abscondita

scondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui, vallo, & circundabũt te, & coangustabunt te vndique: & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt: & nõ relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod nõ cognoueris tempus visitationis tuę. Et ingressus in templum, cępit eijcere vendentes in illo & emẽtes, dicẽs illis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docẽs quotidie in tẽplo. Credo.

psa. 18.

Offerto. Iustitiæ domini rectę lętificãtes corda, & iudicia eius dulciora sup mel & fauum: nam & seruus tuus custodit ea. Secreta.

Concede nobis quæsumus dñe hæc digne frequentare mysteria: quia quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Per dñm.

Ad poscẽda suffragia sanctorũ. Sec.

Exaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti vitutẽ, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̃senti, & gloriam in futuro. Comm.

Io. 6.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, dicit dominus. Postcom.

Tui nobis, quæsumus domine, communio sacramenti, & purificationem cõferat, & tribuat vnitatem. Per dominum nostrum

Ad poscenda suffragia sanctorum.

Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA DECIMA post Pentecost. Introitus.



psa. 54.

Dum clamarẽ ad dominũ, exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt mihi: & humiliauit eos, qui est ante secula: & manet in æternum: iacta cogitatum tuũ in domino, & ipse te enutriet. Psalmus. Exaudi deus orationem meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria patri. Orõ.

Deus, q̃ oĩpotẽtiã tuã parcendo maxime, & miserãdo manifestas: multiplica sup nos gratiã tuã: vt ad tua p̃missa currẽtes, cęlestiũ bonorũ facias esse cõsortes. Per. A cũctis. vt i supiori Dñica.iij. orõ dr ad libitũ.

Lec. eplę B. Pauli apli ad Corinth.

ca. 12.

Fratres. Scitis qm̃ cũ gẽtes essetis ad simulachra muta p̃ut duce-

bamini,eũtes.Ideo notum vobis facio,quod nemo ĩ spiritu dei loquẽs. dicit anathema Iesu. Et nemo põt dicere,dominus Iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt,idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt:idem autẽ dominus. Et diuisiones operationũ sunt:idem vero deus,qui operat̃ omnia in omnibus. Vnicuique autẽ datur manifestatio spiritus,ad vtilitatẽ. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ:alij autem sermo sciẽtiæ,secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij operatio virtutum alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum:alij ĩterpretatio sermonũ. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus,diuidens singulis prout vult. Graduale.

psa. 16. Custodi me domine, vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat:oculi tui videant æquitatem. Alleluia,alleluia. ℣. Te decet hymn⁹ deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hierusalem,alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 18. IN illo tempore. Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti,& aspernabantur cœteros, parabolam istam.Duo homines ascenderunt in templum vt orarẽt:vnus Pharisæus,& alter Publicanus. Pharisæ⁹ stans, hæc apud se orabat. Deus tibi gratias ago,quia nõ sum sicut cęteri hominum:raptores,iniusti,adulteri, velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in sabbatho: decimas do omnium quæ possideo. Et Publicanus a longe stãs nolebat nec oculos ad cœlum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Credo.

Offertorium A d te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. psa. 24.

Secreta.

TIbi domine sacrificia dicata reddantur: quæ sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti vt eadem remedia fieri nostra præstares. Per dominum. E xaudi nos deus. vt in superiori Dñica. Comm.

psa. 50. Acceptabis sacrificium iustitiæ,oblationes,& holocausta, super altare tuũ, domine. Postcommunio.

QVæsumus domine deus noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis tuis non destituas benignus auxilijs. Per dominum nostrum Iesum Christum. M undet & muniat. vt in superiori Dominica.

DOMINICA XI. post Pentecost. Introitus.



psa. 67. DEus ĩ loco sãcto suo:deus, qui ĩ habitare facit vnanimes ĩ domo, ipse dabit virtutẽ,& fortitudinem plebi suæ. Psalm. Exurgat deus,& dissipentur inimici eius: & fugiat, qui oderunt eũ,a facie eius. ℣. Gl̃a. Oro.

OMnipotens sempiterne deus: qui abũdantia pietatis tuæ, & merita supplicum excedis, & vota: effunde super nos misericordiã tuã: vt dimittas quæ conscientia metuit & adijcias quod oratio non præsumit Per dominum. Ad poscẽda suffragia sanctorum. Oratio.

ACunctis nos, quæsumus dñe, mẽtis & corporis defende periculis & ĩtercedẽte beata & gloriosa sempq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus,& erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicit̃ ad l bitũ sacerdotis.

Lec. ep̃l'e B. Pauli ap̃li ad Corithios.

1. c. 15. FRatres. Notũ vobis facio euãgeliũ, qđ p̃dicaui vobis, qđ & acc cepistis,in quo & statis,per quod & saluamini: qua ratione prædicauerim vobis,si tenetis,nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas:& quia sepultus est:& q̃a resurrexit tertia die, secũdũ scripturas:& q̃a visus est Cephæ: & post hoc,vndecĩ. Deĩde visus est plus quã quingẽtis fratribus simul:ex quibus multi manẽt vsq; adhuc,q̃ dã autẽ dormierũt. Deĩde visus est Iacobo deinde apostolis oĩbus. Nouissime autẽ oĩum,tãquã abortiuo,visus est, & mihi. Ego enĩ sum minimus Apostolorũ,q̃ nõ sũ dignus vocari Apostolus, qm̃ p̃secutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei, sum id quod sũ:& gratia eius ĩ me, vacua nõ fuit.

psa 27. Grad. In deo sperauit cor meum, & adiutus sum:& refloruit caro mea: & ex voluntate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui:deus me⁹ ne sileas ne discedas a me. Alleluia, al'a. ℣. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob: sumite psalmum iucundum cum cithara,alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

ca. 7. IN illo tpe. Exiens Iesus de finibus Tyri,venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducũt ei surdũ & mutũ: & depcabant eũ,vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seor-

ſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius: & expuẽs, tetigit linguam eius. Et ſuſpiciens in cęlum, ingemuit: & ait illi: Ephetha, quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius: & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis p̃cipiebat, tanto magis plus prædicabant: & eo amplius admirabãtur dicentes. Bene omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. Credo. Offert. Exaltabo te dñe, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me: domine clamaui ad te & ſanaſti me. Secreta.

pſa. 29.

Reſpice, domine, quæſumus, ad noſtram propitius ſeruitutem: vt quod offerimus, ſit tibi munus acceptum: & ſit noſtræ fragilitatis ſubſidium. Per dominum. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter vt per huius ſacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in p̃ſenti & gloriam in futuro. Comm. Honora dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs frugum tuarum: & ĩplebuntur areæ tuæ ſaturitate, & vino torcularia redundabunt. Poſtcomm.

pro 3.

Sentiamus, quæſumus domine, tui perceptione ſacramenti, ſubſidium mentis & corporis: vt in vtroque ſaluati, cœleſtis remedij plenitudine gloriemur. Per dominum.

Ad poſcẽda ſuffragia ſctorũ. Poſtc

Munde & muniat nos, quæſumus domine, diuini ſacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; btõ N. & omnibus ſãctis: a cunctis nos reddat & ꝑuerſitatibꝰ expiatos, & aduerſitatibꝰ expeditos.

DOMINICA XII. poſt Pentecoſt. Introitus.



Deus ĩ adiutoriũ meum intẽde: domine ad adiuuandũ me feſtina, cõfundãtur & reuereãt inimici mei, qui quærũt animã meã. Pſal. Auertantur retrorſum & erubeſcant, qui volũt mihi mala. ℣. Gła pat. Oro.

pſa. 69.

Omnipotẽs & miſericors deus: de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne, & laudabiliter ſeruiat: tribue nobis, q̃s: vt ad ꝓmiſſiones tuas, ſine offenſione curramꝰ. Per dñm. A cunctis. vt ſup. in Dñica. Tertia oratio dicitur ad libitum. Lec. epłę B. Pauli apłi ad Corĩthios.

Frẽs. Fiduciã talẽ habemꝰ ꝑ Chriſtũ ad deũ: nõ quod ſufficiẽtes ſimus cogitare aliq̃d a nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt. Qui & idoneo nos fecit miniſtros noui teſtamenti:

2. c. 3.

non littera, ſed ſpiritu. Littera enim occidit: ſpiritus autem viuificat. Qđ ſi miniſtratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciẽ Moyſi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multo magis abũdat miniſterium iuſtitiæ in gloria. Grad. Benedicã dñm in omni tẽpore: ſemꝑ laus eiꝰ ĩ ore meo. ℣. In dño laudabitur anima mea: audiant manſueti, & lætẽtur. Alleluia, alleluia. ℣. Domine deus ſalutis meæ, in die clamaui & nocte coram te, alleluia.

pſa. 33.

pſa. 87.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Ieſꝰ diſcipulis ſuis. Beati oculi, qui vident quę vos videtis. Dico enim vobis, quod multi ꝓphetæ & reges voluerũt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire, q̃ auditis, & non audierunt. Et ecce, q̃dam legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens. Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptũ eſt? Quomodo legis? Ille reſpondẽs, dixit. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi. Recte reſpondiſti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum dixit ad Ieſum. Et quis eſt meus proximus? Suſpiciens autem Ieſus, dixit. Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Ierícho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autẽ, vt ſacerdos quidam deſcẽderet eadẽ via: & viſo illo præterijt. Similiter, & leuita cum eſſet ſecus locum, & videret eum, ꝑtranſijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum: & vidẽs eum, miſericordia motus eſt. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait. Curam illius habe: & quodcunq; ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi ꝓximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus. Vade, & tu fac ſimiliter. Credo. Offert. Præcatus eſt Moyſes in conſpectu domini dei ſui, & dixit: quare domine iraſceris in populo tuo? parce iræ animæ tuæ, memento Abraham, Iſaac, & Iacob, quibus iuraſti dare terram fluentem lac & mel: & placatus eſt dominꝰ de malignitate, quam dixit facere populo ſuo. Secreta.

ca. 10.

ex. 32.

Hoſtias, quæſumus domine, propitius intende, quas

sacris altaribus exibemus: vt nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per dñm.

E xaudi nos deus salutaris noster.

psa. 103.

Communio. D e fructu operum tuorum domine satiabitur terra: vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hoĩs, vt exhilaret faciẽ in oleo, & panis cor hominis confirmet. Postcõ.

V Iuificet nos, quæsumus domine, huius participatio sancta mysterij: & pariter nobis expiationẽ tribuat, & munimen. Per dñm. ũ Mundet & muniat nos. vt supra.

DOMINICA XIII. post Pentecost. Introitus.



psa. 73.

R Espice domine in testamentũ tuũ, & animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem: exurge domine, & iudica causam tuã: & ne obliuiscaris voces quærentium te. *ibidẽ.* psalmus. Vt quid deus repulisti in finem? iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ. ℣. Gloria. Oratio.

O M nipotẽs sempiterne deꝰ: da nobis fidei, spei, & charitatis augmẽtũ: & vt mereamur assequi qđ ꝓmittis fac nos amare qđ pcipis. Per.

Ad poscẽda suffragia sãct. Oro.

A Cunctis nos q̃s dñe, mentis, & corporis defende piculis: & ĩtercedẽte gloriosa sempq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apl̃is tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & oĩbus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis.

Lec. ep̃le B. Pauli apl̃i ad Galathas.

ca. 3.



Ratres. Abrahæ dictæ sunt ꝓmissiones: & semini eius. Non dicit. Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autẽ dico, testamẽtũ cõfirmatũ a deo: q̃ post quadrĩgẽtos & trigĩta annos facta est lex, nõ irritũ facit ad euacuãdam promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iã nõ ex ꝓmissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit deus. Quid igitˀ lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui ꝓmiserat: ordinata ꝑ angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnius non est: deus autẽ vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex, q̃ posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Grad.

psa. 73.

R espice domine in testamentum tuũ & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine, & iudica causam tuã: memor esto opprobrij seruorum tuorum. A lleluia, alleluia.

psa. 89.

alleluia. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 17.

I N illo tempore. Dum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Samariã, & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: & leuauerunt vocem, dicentes. Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit. Ite, ostẽdite vos sacerdotibus. Et factum est: dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mũdatus est: regressus est, cum magna voce magnificãs deum: & cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit. Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade: q̃a fides tua te saluũ fecit. Credo.

psa. 30.

Offertorium. I n te speraui domine: dixi, tu es deus meus, in manibus tuis tempora mea. Secreta.

P Ropitiare, quæsumus domine, populo tuo, propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, & indulgentiã nobis tribuas, & postulata concedas. Per dominum. Ad poscenda suffragia sanctorum. Secreta.

E Xaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̃senti & gloriam in futuro. Comm.

Sa. 16.

P anem de cęlo dedisti nobis domine habentem omne delectamentum, & omnem saporẽ suauitatis. Postcom.

S Vmptis domine cęlestibus sacramentis, ad redemptionis æternę quæsumus, proficiamus augmentũ. Per dominum. Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcommunio.

M Vndet & muniat nos, quęsumus dñe, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA XIIII. post Pentecost. Introitus.



psa. 83.

P Rotector noster aspice deus, & respice ĩ faciẽ Christi tui: q̃a melior est dies vna in atrijs tuis super millia. *ibi.* Psalmus. Q uã dilecta tabernacula tua domine virtutum? concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Oratio.

CVstodi, quæsumus domine, ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs, & abstrahatur a noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per dominum nostrũ. A cunctis. vt in superiori Dominica & tertia oratio ad libitum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Galathas.

FRatres. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnũ dei non consequentur. Fructus autẽ spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia continentia, castitas. Aduersus huiusmodi nõ est lex. Qui autẽ sunt Christi, carnem sua m crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Gradu. Bonum est confidere in dño, quã confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in dño, quam sperare in principib⁹. Alleluia, alleluia. ℣. Venite exultem⁹ dño: iubilem⁹ deo salutari nr̃o. all. psa. 94.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Ies⁹ discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit & alterum contemnet. Nõ potestis deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis: ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nõne anima plus est, quã esca: & corpus plus, quam vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea: & pater vester cęlestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitũ vnũ? Et de vestimento quid soliciti estis? considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit quanto magis vos modicæ fidei? nolite ergo soliciti esse, dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester cœlestis, quia his omnibus ca. 6.

indigetis

indigetis. Quærite ergo primum regnum dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Credo. Offertorium. Immittit angel⁹ domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: gustate, & videte, quoniam suauis est dominus. psa. 33. Secreta.

COncede nobis, quæsumus domine, vt hæc hostia salutaris, & nostrorum fiat purgatio delictorum & tuæ propitiatio potestatis: Per dominum nostrum. Exaudi nos. vt in superiori Dominica. Commun. Primum q̃rite regnum dei: & oĩa adijcientur vobis, dicit dominus. Ma. 6. Postcõ.

PVrificent semp, & muniãt tua sacramẽta nos deus: & adppetuæ ducãt saluationis effectũ. Per. Mũdet & muniat. vt in superiori Dñica.

DOMINICA XV. post Pentecost. Introitus.



INclina dñe aurem tuam ad me, & exaudi me: saluum fac seruũ tuũ, deus meus sperantem ĩ te: miserere mihi domine, quoniã ad te clamaui tota die. psa. 85. Psal. Lętifica animam serui tui: quia ad te domine animam meam leuaui. ℣. Gloria patri. Oratio.

ECclesiam tuã dñe miseratio cõtinuata mũdet, & muniat: & q̃a sine te nõ potest salua cõsistere, tuo semp munere gubernetur. Perdñm. Ad poscẽda suffragia sanctorũ. Oro.

ACunctis nos quæsumus domine, mentis & corporis, defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Galathas.

FRatres. Si spiritu viuimus: spiritu, & ambulemus. Nõ efficiamur inanis glorię cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo ĩ aliquo delicto: vos q̃ spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerãs teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cũ nihil sit: ipse se seducit. Opus autẽ suũ pbet vnusquisque: & sic, in semetipso tãtũ gloriã habebit, & nõ in altero. Vnusquisq; enim on⁹ suũ portabit. Cõmunicet autẽ is q̃ catechizatur verbo, ei q̃ se catechizat, ĩ omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enĩ seminauerit homo: hæc & metet. c. 5. & 6.

Quoniam

Quoniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionē. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam æternam. Bonum autē facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, nō deficientes. Ergo dum tempus habemus, opere mur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. **Gradua.** Bonum est confiteri domino: & psalle re nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. **Alle**luia, alleluia. ℣. Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnem terram, alleluia.

psa. 29. psa. 74.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 7.

In illo tempore. Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce, defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait. Adolescens, tibi dico, surge Et resedit qui erat mortuus, & cępit loqui. Et dedit illum matri suę. Accepit autem omnes timor, & magnificabant deum, dicentes. Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis: & quia deus visitauit plebē suā. **Credo.**

Offert. Expectans expectaui dominū & respexit me: & exaudiuit deprecationem meam, & immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. **Secreta:**

psa. 39.

Tua nos domine sacramēta custodiant: & contra diabolicos semper tueantur incursus. Per dominum nostrum Iesum Christum &c.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutē a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsenti, & gloriam in futuro.

Communio. Panis, quem ego dedero, caro mea est pro sæculi vita.

Io. 6.

Postcommunio.

Mentes nostras, & corpora possideat, quæsumus domine, doni cœlestis operatio: vt non noster sensus in nobis, sed iugiter eius præueniat effectus. Per dominum nostrum Iesum Christū filium tuum, qui tecum viuit &c.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcommunio.

Mundet & muniat nos quęsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedēte beata virgine dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA XVI. post Pentecost. Introitus.



Miserere mei domine, quoniā ad te clamaui tota die: quia tu dn̄e suauis ac mitis es, & copiosus ī misericordia omnibus inuocantibus te. **Psalmus.** Inclina dn̄e aurem tuā mihi, & exaudi me: quoniā inops, & pauper sum ego. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. **Oratio.**

ibi.

Tua nos, quæsumus dn̄e, gratia semper præueniat & sequatur ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per dn̄m. **A** cunctis. **vt in superiori Dominica. Tertia oratio dicitur ad libitum.**

Lec. ep̄l̄e B. Pauli ap̄l̄i ad Ephesios.

c 3.

Fratres. Obsecro vos, ne deficiatis in tribulationibus meis ꝓ vobis, q̄ est gl̄ia vestra. Huiꝰ rei gratia, flecto genua mea ad patrem dn̄i nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cęlis & in terra nominat̄, vt det vobis secundū diuitias gloriæ suæ, virtutē, corroborari ꝑ spiritū eius in īteriori hoīe: habitare Christū ꝑ fidē in cordibus vestris: in charitate radicati & fundati, vt possitis cōprehēdere cū oībus sanctis, q̄ sit latitudo lōgitudo, sublimitas, & ꝓfundū: scire etiā supereminētē sciētiæ charitatē Christi, vt īpleamini in omnē plenitudinē dei. Ei autē, q̄ potēs est oīa facere superabūdāter quā petimus aut intelligimus, secundū virtutē q̄ operat̄ in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in oēs gn̄ationes sc̄l'i sc̄lorū. Amen.

Grad. Timebūt gētes nomē tuū dn̄e: & oēs reges terræ gloriā tuā. ℣. Quoniā ædificauit dn̄s Sion: & videbitur ī maiestate sua. **A**lleluia, allā. ℣. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit dominus, alleluia.

psa. 101. psa. 97.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 14.

In illo tempore: Cū intraret Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorū sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos, & pharisæos, dicens. Si licet sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehēsum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: & non continuo extrahet illum die sabbathi? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens, quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco, ne

forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te, & illum vocauit, dicat tibi. Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, & recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Credo. Offertor. Domine in auxilium meum respice: confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam vt auferant eam: domine in auxilium meum respice. psa. 39.

Secreta.

Munda nos, quæsumus domine, sacrificij præsentis effectu, & perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per dominum nostrũ. Exaudi nos deus vt in superiori Dominica. Comm. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius: deus docuisti mea iuuentute mea & vsque in senectam & senium, deus ne derelinquas me. Postcommu. psa. 70.

Purifica, quæsumus domine, mentes nostras benignus, & renoua cœlestibus sacramentis: vt consequenter, & corporum præsens pariter, & futurum capiamus auxilium. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Mundet, & muniat. vt in superiori Dominica.

DOMINICA XVII. post Pentecost. Introitus.



Iust⁹ es dñe: & rectum iudiciũ tuũ: fac cum seruo tuo secundum misericordiã tuã. Psa. Beati ĩmaculati in via, q ambulãt ĩ lege dñi. ℣. Gl. Of. psa. 118.

Da qs dñe, populo tuo diabolica vitare cõtagia: & te solum deũ pura mẽte sectari. Per dñm. Ad poscẽda suffragia sanctorũ. Oratio.

Acũctis nos, qs dñe, mentis, & corpis defende piculis: & intercedẽte btã & glosa sẽpq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apl's tuis Petro, & Paulo, atq; B. N. & oĩb⁹ sãctis: salutẽ nobis tribue benign⁹, & pacẽ: vt destructis aduersitatib⁹, & erroribus vniuersis, ecclesia tua, secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis.

Lec. ep'le B. Pauli ap'li ad Ephesios. ca. 4.



Fratres. Obsecro vos ego victus in dño: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cũ oĩ humilitate, & mãsuetudine, cũ patiẽtia, supportãtes ĩuicẽ in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Vnũ corp⁹, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma Vnus deus, & pater omnium, qui est sup omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Qui est benedict⁹ in sæcula sæculorum. Amen. Graduale.

Beata gẽs, cuius est dominus deus eorum: populus, quem elegit dominus in hæreditatem sibi. ℣. Verbo domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alla. ℣. Domine exaudi orationem meam: & clamor me⁹ ad te perueniat, alleluia. psa. 32. psa. 101

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum. ca. 22.

In illo tẽpore. Accesserunt ad Iesum pharisei, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut tẽ ipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Cõgregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens? Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondẽre ei verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Credo. Offertorium.

Oraui dominum deum meũ ego Daniel, dicens: exaudi domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: & propitius intende populum istum, super quem inuocatũ est nomen tuum, Deus. Secreta. Da. 9.

Maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur: vt hæc sancta quæ gerimus, & a præteritis delictis nos exuant, & futuris. Per dominum nostrum Iesum Christũ. Ad poscenda suffragia sanctorum.

Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutẽ, a cũctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̃senti, & gloriam in futuro. Cõm. Vouete, & reddite domino deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera: terribili, & ei q aufert spiritum principum: terribili, apud omnes reges terræ. Postcomm. psa. 75.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus, & vitia nostra curẽtur, & remedia nobis æterna proueniãt. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Ad poscenda suffragia sanctorum.

Post commun.

Mundet & muniat nos, quæsumus dñe diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente

beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & per uersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

FERIA IIII.
Quatuor temporum Septemb.

Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.

psa. 80.




Xultate deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob: sumite psalmum iucũdum cum cithara: canite initium mensis tuba; quia præceptum in Israel est, & iudicium deo Iacob. Psal. Testimonium in Ioseph posuit illud, cũ exiret de terra Aegypti, linguam quã nõ nouerat, audiuit. ℣. Gloria. dicto Kyrie eleison. dicitur. Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oratio.

MIsericordiæ tuę remedijs, quę sumus domine, fragilitas nostra subsistat: vt quæ sua conditione atteritur, tua clemẽtia reparetur. Per dominum nostrum Iesum Christũ.

Lectio Amos prophetæ.

ca. 9.



Æc dicit domin⁹ deus. Ecce dies veniunt: & comprehẽdet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen: & stillabunt mõtes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Et cõuertã captiuitatẽ populi mei Israel: & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt, & plantabũt vineas, & bibẽt vinum earum: & faciẽt hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos vltra de terra sua, quam dedi eis: dicit dominus omnipotens.

Grad. Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo & in terra? ℣. Suscitans a terra inopem: & de stercore erigens pauperem. Hic dicitur Dominus vobiscũ. sine Flectamus genua. Oratio.

psa. 112.

PRæsta q̃s dñe familię tuæ supplicanti: vt dum a cibis corporalibus se abstinet, a vitijs quoq; mente ieiunet. Per domninum. Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

ACunctis nos q̃sumus dñe, mentis & corporis defende periculis: & intercedente btã & gloriosa sẽperque virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo atq; beato N. & omnibus sanctis salutem nobis tribue benign⁹ & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis.

Lectio libri Esdræ.

nehe. vel esd. 2. ca. 8.



N diebus illis. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateã q̃ est ante portam aquarum: & dixerunt Esdræ scribæ vt afferret librum legis Moysi, q̃ ꝓceperat dñs Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legẽ coram multitudine virorum ac mulierũ, cũ ctisq; qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea quæ erat ante portã aquarum, de mane vsq; ad mediam diem in conspectu virorum ac mulierum, & sapiẽtium. Et aures omnis populi erãt erectæ ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendũ & steterunt leuitæ iuxta eum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Et benedixit Esdras domino Deo voce magna. Et respondit omnis populus: Amẽ, amen: eleuãs manus suas. Et incuruati sunt: & adorauerunt deum proni in terram. Porro leuitæ silentium faciebant in populo ad audiẽdam legem: populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte, & apposite ad intelligendum. Dixit autẽ Nehemias, & Esdras sacerdos & scriba & leuitæ interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est domino deo nostro: nolite lugere, & nolite flere. Et dixit eis. Ite comedite pinguia, & bibite mulsũ, & mittite partes eis qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est, & nolite contristari. Gaudium etenim domini est, fortitudo nostra. Gradua.

psa. 32.

Beata gens, cuius est dominus, deus eorum: populus quem elegit dominus in hæreditatem sibi ℣. Verbo domini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

ca. 9.



N illo tempore. Respõdẽs vnus de turba, dixit ad Iesum. Magister, attuli filium meum ad te, habẽtem spiritum mutum: qui vbicunque eum apprehenderit, allidit eũ, & spumat, & stridet dẽtibus, & arescit: & dixi discipulis tuis vt eijcerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quãdiu apud vos ero? q̃diu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerũt eũ. Et cũ vidisset illũ statim spiritus conturbauit eũ: & elisus in terram, volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab ĩfantia: & frequẽter eum in ignem, & in aquam misit, vt eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Iesus cõcurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi. Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum:

& surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. Offertor.

Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mãdata tua quæ dilexi. Secreta.

HÆc hostia, quęsumus domine emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Secreta.

EXaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in præsenti, & gloriã in futuro. Cõm.

Comedite pinguia, & bibite mulsum: & mittite partes eis qui non præparauerunt sibi: sanctus enim dies domini est, nolite contristari: gaudium etenim domini, est fortitudo nostra. Postc.

Nehe. vel esd. 2. ca. 8.

SVmentes domine dona cęlestia suppliciter deprecamur: vt quę sedula seruitute donante te gerim⁹, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcommunio.

MVndet & muniat nos quęsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

FERIA VI.

Quatuor tpm Septẽbris.

Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.



LÆtetur cor quærẽtium dominum, quęrite dominum & confirmamini: quærite faciẽ eius semper. psalmus.

psa. 104.

Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gẽtes opera eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per dominum nostrum. A cunctis nos. vt supra. Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectiọ Oseæ prophetæ.



HÆc dicit dominus deus. Conuertere Israel ad dñm deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba: & conuertimini ad dominum, & dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos, super

ca. 14.

equos non ascendemus: nec dicem⁹ vltra, dij nostri opera manuum nostrarũ: quia eius qui in te est, miserebéris pupilli. Sanabo cõtritiones eorum, diligam eos spontanee: quia auersus est furor me⁹ ab eis. Ero qua si ros Israel, germinabit quasi lilium & erũpet radix eius, vt Libani. Ibũt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuẽt tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. Ephraĩ, quid mihi vltra idola? Ego exaudiam, & dirigam eũ ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuẽtus est. Quis sapiens: & intelliget ista? intelligens, & sciet hæc? quia rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt ĩ eis: pu̵aricatores vero corruẽt ĩ eis. Grad. Conuertere domine aliquãtulum, & deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem.

psa. 89.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 7.



IN illo tempore. Rogabat Iesum quidam pharisæus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisæi, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit, qđ Iesus accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cępit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Videns autem pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens. Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis esset mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fęneratori: vn⁹ debebat denarios quĩgentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit. Æstimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ, dixit Simoni. Vides hãc mulierem? Intraui in domum tuã, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul accumbebant. dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Offertorium.

Benedic anima mea domino: & noli

ob liuisci omnes retributiones eius: & renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Secreta.

ACcepta tibi sint domine, quæsumus, nostri dona ieiunij: quę & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad sempiterna promissa perducant. Per dominum. Exaudi nos deus. vt supra. Communio.


psa. 118 Aufer a me opprobrium, & contemptum: quia mandata tua exquisiui domine: nam testimonia tua: meditatio mea est. Postcommunio.

QVęsumus omnipotens deus: vt de pceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per dominum. Mundet & muniat. vt supra.

SABBATHO
Quatuor temporum Septem.

Statio ad sanctum Petrũ. Introitus.

psa. 94.



Venite adoremus deum, & procidamus ante dominũ ploremus ante eũ; qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster. Psalmus. Venite exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro. ℣. Gloria patri. dicto. Kyrie eleison. dicitur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: q̃ p cõtinẽtiã salutarẽ & corpibus mederis, & mentibus maiestatẽ tuã supplices exoramus, vt pia ieiunatium deprecatione placatus, & p̃sentia nobis subsidia tribuas, & futura. Per dominum nostrum.

Lectio libri Leuitici.

ca. 23. IN diebus illis. Locutus est dominus ad Moysen, dicens. Decimo die mẽsis huius septimi, dies expiationũ erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisq; animas vestras in eo, & offeretis holocaustum dño. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies ꝓpitiationis est, vt ꝓpitietur vobis dñs de⁹ vester. Omnis anima quę afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & q̃ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternũ erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris: sabbathũ requietionis est: affligetisq; animas vestras die nono mensis: a vespera vsq; ad vesperum celebrabitis sabbatha vestra. Dicit dominus oĩpotẽs. Gra.

psa. 78. Propitius esto dñe peccatis nostris: ne quãdo dicant gentes. Vbi est deus eorũ? ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DA nobis q̃s oĩpotẽs deus, vt ieiunãdo tua gratia satiemur, & abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per dominum.

Lectio libri Leuitici.

ca. 23. IN diebus illis. Locutus est dñs ad Moysen,

Moysen, dicẽs. A quintodecimo die mensis septimi, quando cõgregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo, & die octauo erit sabbathum, idest requies. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram domino deo vestro: celebrabitisq; sollemnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternũ erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septẽ diebus. Omnis qui de genere Israel est, manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cũ educerem eos de terra Ægypti, Ego dominus deus vester. Graduale.

psa. 83. Protector noster aspice deus: & respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

TVere, quęsum⁹ domine, familiam tuam: vt salutis æternæ remedia quę te inspirante requirimus te largiente cõsequamur. Per dñm.

Lectio Michææ prophetæ.

ca. 7.




Omine deus noster, pasce populum tuũ in virga tua, gregẽ hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, iuxta dies antiquos. Videbũt gẽtes, & cõfundentur sup omni fortitudine sua. Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatẽ, & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ: Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur, & miserebit nostri. Deponet iniquitates nostras: & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti patribus nostris a diebus antiquis: dñe deus noster.

psa. 89. Graduale. Conuertere dñe aliquantulũ: & deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, a gñatione ĩ gñationẽ. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRæsta, quæsumus domine, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum.

Lectio Zachariæ prophetæ.

c. 8.



IN diebus illis. Factũ est verbũ dñi ad me, dicẽs. Hæc dicit dñs deus exercituũ. Sicut cogitaui vt affligerẽ vos, cũ ad iracũdiã me ꝓuocassent p̃res vestri, & nõ sum misertus: sic cõuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciam domui Iuda & Hierusalem: nolite timere. Hęc sũt ergo verba q̃ facietis. Loquimini veritatẽ vnusq̃q; cũ ꝓximo suo. Veritatẽ, & iudiciũ pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque malum contra amicũ suũ ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramẽtum mendax ne diligatis. Omnia

enim hæc sunt, quæ odi, dicit dominus. Et factum est verbum domini exercituum ad me, dicens. Hæc dicit dominus exerc tuum. Ieiunium quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiuniũ septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam, & in sollemnitates præclaras. Veritatẽ tantum & pacem diligite: dicit dominus exercituum. Gradua.

psa. 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

VT nobis, domine, tribuis sollẽne tibi deferre ieiuniũ: sic nobis, quæsumus indulgentiæ præsta subsidium. Per dominum.

Lectio Danielis prophetæ.

ca. 3. IN diebus illis. Angelus domini descendit cũ Azaria, & socijs eius in fornacem. Et excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Flamma autẽ diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouem: & incẽdit quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldæis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis, neq; cõtristauit, nec q̃cquã molestiæ intulit. Tũc hi tres, quasi ex vno ore, laudabant, & glorificabãt, & benedicebant deum in fornace, dicentes.

Hymnus.

Dã. 3. BEnedictus es domine deus patrũ nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Et benedictum nomen gloriæ tuæ, q̃d est sanctum. Et laudabile & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in tẽplo sancto gloriæ tuæ. Et laudabilis & gloriosus ĩ sęcula.

Benedictus es super thronũ sanctũ regni tui. Et laudabilis & glorios⁹ i sc̃la.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es, qui sedes super cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas vẽtorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudẽt te, & glorificẽt in sęcula.

Benedicant te cœli, terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Gloria patri, & filio & spiritui sancto Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es domine deus patrũ nostrorũ. Et laudabilis & glorios⁹ ĩ sc̃la. Hic dicitur. ℣. Dñs vobiscũ. sine Flectam⁹ genua. Orem⁹. Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigastis flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

ACũctis nos, q̃s dñe, mentis, & corpis defende piculis: & intercedẽte btã & glo̾sa sẽpq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apl̃is tuis Petro, & Paulo, atq; B. N. & oĩb⁹ sãctis: salutẽ nobis tribue benign⁹, & pacẽ: vt destructis aduersitatib⁹, & erroribus vniuersis, ecclesia tua, secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos.

ca. 9. FRatres. Tabernaculum factũ est primũ, in quo erant candelabra, & mensa, & ꝓpositio panum: quæ dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureũ habẽs thuribulum & arcam testamenti circuntectã ex omni parte auro, in qua, vrna aurea habẽs manna, & virga Aaron q̃ fronduerat, & tabulæ testamẽti: superq; eam erant cherubim gloriæ obumbrantia propitiatoriũ: de quibus nõ est modo dicẽdum per singula. His vero ita compositis, in priori quidẽ tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secundo vero, semel in anno solus pontifex: non sine sanguine, quem offerret pro sua, & populi ignorantia: hoc significante spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum: quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta cõscientiam perfectum facere seruientem, solum modo in cibis, & in potibus & in varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, perampli⁹ & perfectius tabernaculum non manufactum, idest, non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta.

psa. 116 Tractus. Laudate dominum omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 13. IN illo tempore. Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce, anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi. Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et si quidem

fecerit fructum: sin autem in futurū succides eam. Erat autem docens in synagoga eorum sabbathis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursū respicere. Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & cōfestim erecta est, & glorificabat deum. Respōdēs autem archisynagogus, indignans, qa sabbatho curasset Iesus, dicebat turbæ. Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini, & non in die sabbathi. Respondens autem ad illum dominus, dixit. Hypocritæ, vnusquisq; vestrū sabbatho non soluit bouē suū, aut asinum a præsepio, & ducit ad aquare? Hanc autem filiam Abrahæ quā alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui a vinculo isto die sabbathi? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quę gloriose fiebāt ab eo. Offerto. Domine deus salutis meæ, in die clamaui: & nocte coram te: intret oratio mea in cōspectu tuo dñe. Secr. (psa. 87.)

Concede quæsumus ops deus: vt oculis tuę maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perēnitatis acquirat. Per dñm. Ad poscēda suffragia sanctorum. Secr.

Exaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsenti, & gloriam in futuro.

Cōmunio. Mense septimo festa celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti, ego dominus deus vester. (ecc. 23.) Postcommunio.

Perficiant in nobis, domine, q̄s, tua sacramenta quod cōtinent: vt quę nunc spe gerimus, rerum veritate capiamus. Per dñm. Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcom.

Mundet & muniat nos quęsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedēte beata virgine dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & oib9 sanctis a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA XVIII. post Pentecost. Introitus.



Da pacē dñe sustinentibus te, vt pphetæ tui fideles inueniātur, exaudi preces serui tui, & plebis tuę Israel. (ecc. 29.) ps. Lætatus sum in his, q̄ dicta sūt mihi: ī domū dñi ibim9. ℣. Glā. (psa. 121)

Oratio.

Dirigat corda nostra, quęsumus dñe, tuæ miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per dominū. A cunctis nos quæsumus: vt supra in Sabbatho.

Lec. epl'æ B. Pauli apl'i ad Corīthios. (1. c. 1.)

Fratres. Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei, quæ data est vobis in Christo Iesu. Quia ī omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem dñi nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsq; in finem sine crimine, in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Graduale. (psa. 121)

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Timebunt gentes nomen tuum dñe: & oēs reges terræ gloriam tuam, alleluia. (psa. 101.)

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum. (ca. 9.)

In illo tempore. Ascendēs Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit ī ciuitatē suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autē Iesus fidem illorum, dixit paralytico Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua an dicere, Surge & ambula? Vt autē sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuā. & surrexit, & abijt in domum suā. Videntes autem turbæ timuerunt: & glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talē hominibus. Credo. Offertorium. Sanctificauit Moyses altare domino, offerens super illud holocausta, & immolans victimas: fecit sacrificium vespertinum in odorē suauitatis domino deo in conspectu filiorum Israel. (Exo 24.) Secreta.

Deus, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia, vnius summęque diuinitatis participes efficis: pręsta, quęsumus: vt sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eā dignis moribus assequamur. Per dominum nostrum. Exaudi nos deus salutaris. vt supra.

Communio. Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate dominum in aula sancta eius. (psa. 95.)

Postcommunio.

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per dominum. Mundet & muniat nos, quęsumus. vt supra.

DOMINICA XIX.
post Pentecost. Introitus.

psa. 77.



SAlus populi ego sum, dicit dominus de quacũq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorum dominus in perpetuum. Psalmus. Attẽdite popule meus legẽ meam: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. ℣. Gloria patri. **Oratio.**

OMnipotens & misericors deus vniuersa nobis aduersantia ꝓpitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, quę tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per dominum nostrum. Ad poscenda suffragia sanctorum. **Oratio.**

ACunctis nos quæsumus domine, mentis. & corporis, defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus, & erroribꝰ vniuersis, eccl̃a tua secura tibi seruiat libertate Tertia or̃o dr̃ ad libitum sacerdotis.

Lec. ep̃lę B. Pauli ap̃li ad Ephesios.

ca. 4.

FRatres. Renouamini spiritu mẽtis vestræ: & induite nouũ hominẽ, qui secundũ deũ creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendaciũ, loquimini veritatẽ vnusquisq; cũ ꝓximo suo: quoniã sumus inuicẽ mẽbra. Irascimini, & nolite peccare. Sol nõ occidat super iracundiã vestrã. Nolite locũ dare diabolo. Qui furabatur, iã non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonũ est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. **Graduale.**

psa. 140.

DIrigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuum mearum, sacrificiũ vespertinũ.

psa. 104

ALleluia, alleluia. ℣. Cõfitemini dño & inuocate nomẽ eius: annunciate inter gentes opera eius, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 22.



Nillo tempore. Loquebat̃ Iesus principibus sacerdotum & pharisęis ĩ parabolis, dicẽs. Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterũ misit alios seruos, dicens. Dicite inuitatis: ecce prãdiũ meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt & oĩa parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius vero ad negotiationẽ suã: reliqui vero tenuerũt seruos eius, & cõtumelijs affectos, occiderũt. Rex autẽ cũ audisset, iratꝰ est: & missis exercitibꝰ suis,

perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ illorũ succẽdit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed q inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerũt, malos, & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbẽtium. Intrauit autem rex, vt videret discumbẽtes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti non habẽs vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dẽtium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo. **Offertorium.**

psa. 137

SI ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me domine: & suꝑ irã inimicorum meorum extendes manũ tuam, & saluum me fecit dextera tua.

Secreta.

HÆc munera, q̃s domine, quæ oculis tuæ maiestatis offerimꝰ salutaria nobis esse cõcede. Per do. Ad poscẽda suffragia sanctorũ. Secr.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̃senti, & gloriam in futuro. **Comm.**

psa. 118.

TU mandasti mãdata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas. **Postc.**

TVa nos dñe medicinalis operatio, & a nostris peruersitatibus clementer expediat, & tuis semper faciat inhærere mandatis. Per dñm. Ad poscẽda suffragia sãctorũ. Postc.

MVndet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA XX.
post Pentecost. Introitus.

d. 3



OMnia, q̃ fecisti nobis dñe, in vero iudicio fecisti: q̃a peccauimus tibi, & mãdatis tuis non obediuimꝰ, sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiscũ secũdũ multitudinem misericordiæ tuæ. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. **Oratio.**

psa. 118.

LArgire, q̃s dñe, fidelibus tuis indulgẽtiã placatus, & pacẽ: vt pariter ab oĩbus mũdent̃ offensis, & secura tibi mente deseruiat. Per dñm. A cunctis nos q̃sumus. vt in supiori Dñica. Tertia oratio dicit̃ ad libitũ.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios.

c. 5. Fratres. Videte itaq; quomodo caute ambuletis nō quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes, quæ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobisme tipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus cantantes & psallētes in cordibus vestris domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, deo, & patri. Subiecti inuicem: in timore Christi. Graduale.

psa. 14. Oculi omnium in te sperant domine: & tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Alleluia, alleluia. ℣. Paratū cor meū deus: paratum cor meum cantabo, & psallam tibi, gloria mea, alleluia. psa. 107.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

c. 4. In illo tempore. Erat q̄dā regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cum audisset quia Iesus veniret a Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eū. Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus. Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei: & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota. Credo.

Offertorium. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Secreta. psa. 136.

Cælestem nobis præbeant hęc mysteria, quæsumus domine, medicinam: & vitia nostri cordis expurgent. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat &c.

Exaudi nos deus. vt in superiori Dominica. Communio. psa. 118.

Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hæc me consolata est in humilitate mea.

Postcommunio.

Vt sacris domine reddamur digni muneribus: fac nos, quæsumus, tuis semper obedire mandatis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate &c.

Mundet & muniat nos. vt in superiori Dominica.

DOMINICA XXI. post Pentecost. Introitus.



hest. 13. In voluntate tua domine vniuersa sunt posita: & nō est, qui possit resistere voluntati tuæ: tu enī fecisti omnia, cęlū, & terram, & vniuersa, quæ cœli ambitu continentur: dn̄s vniuersorum tu es. psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. Oratio. psa. 118.

Familiam tuā, q̄s dn̄e, continua pietate custodi: vt a cūctis aduersitatibus, te protegente, sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum. Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A cunctis nos, quæsumus domine, mētis & corporis defende periculis: & intercedente gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

c. 6. Fratres: Confortamini in domino, & ī potētia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniā non est nobis colluctatio aduersus carnē, & sanguinē: sed aduersus principes, & potestates, aduersꝰ mūdi rectores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo, & in oībus perfecti stare. State ergo succincti lūbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparatione euāgelij pacis. In oībus sumentes scutū fidei, in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extiguere, & galeam salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum dei. Gradua.

ps. 89. Domine refugium factus es nobis a generatione in generationē. ℣. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: a sæculo, & vsque in sæculum tu es deus. Alleluia, alleluia. ℣. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, alleluia. ps. 113.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 18. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet,

iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius & filios, & omnia, q̄ habebat, & reddi: Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum: & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, q̄ debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens. Patientiā habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem cōserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerāt. Tūc vocauit illum dominus suus: & ait illi. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad vsq; redderet vniuersum debitū. Sic & pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Credo. Offertorium.

iob 1. Vir erat in terra Hus nomine Iob, simplex & rectus, ac timens deum: quem Satan petijt vt tentaret: & data est ei potestas a dn̄o in facultate & in carne eius: perdiditq; omnem substantiā ipsius, & filios: carnem quoq; eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Suscipe domine propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutem potenti pietate restitui. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster, vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuēs in pręsenti, & gloriam in futuro. Communio.

psa. 118. In salutari tuo anima mea, & in verbū tuum speraui: quando facies de persequentibus me iudicium: iniqui persecuti sunt me, adiuua me domine deus meus. Postcommunio.

Immortalitatis alimoniam consecuti, quæsumus domine, vt quod ore percepimus, pura mente sectemur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat &c:

Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcommunio.

Mvndet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA XXII. post Pentecost. Introitus.



psa. 129. Si iniquitates obseruaueris dn̄e: dn̄e quis sustinebit? q̄a apud te propitiatio est, deus Israel. psal. De ꝓfundis clamaui ad te domine: dn̄e exaudi vocem meā. ℣. Gloria. Oro.

Deus refugium nostrum, & virtus adesto pijs ecclesiæ tuæ p̄cibus, auctor ipse pietatis, & præsta: vt quod fideliter petimus, efficaciter cōsequamur. Per dominum. A cunctis nos, quæsumus. vt in superiori Dominica. Tertia oratio dicitur ad libitum Sacerdotis.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 1. 

Fratres. Confidimus ī dn̄o Iesu, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Christi Iesu. Sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & cōfirmatione euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enī mihi est deus, qūo cupiā oēs vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abūdet ī sciētia, & in oī sensu: vt ꝓbetis potiora, vt sitis synceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem dei. Gradua.

psa. 132. Ecce, quam bonum & quam iucundū habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Qui timēt dn̄m, sperēt in eo adiutor, & protector eorū est, alleluia. psa. 113.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 22. 

In illo tempore. Abeuntes Pharisæi cōsilium inierūt, vt caperēt Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cū Herodianis, dicentes. Magister scimus, quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personā hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari, an nō? Cognita autē Iesus nequitia eorū ait. Quid me tētatis hipocritę? Ostēdite mihi numisma cēs. At illi obtulerūt ei denariū. Et ait illis Iesus. Cuius est imago hęc & suꝑscriptio? Dicūt ei, Cęsaris. Tūc ait illis. Reddite ergo q̄ sūt Cęsaris, Cęsari: & q̄ sūt dei, d̄o. Credo. Offertorium.

hest. 14. Recordare mei dn̄e omnipotentatui dominans: & da sermonem rectum in os meum, vt placeāt verba mea in cōspectu principis. Secreta

Da misericors deus: vt hæc salutaris oblatio, & a ꝓprijs nos reatibus indesinēter expediat, & ab

omnibus tueatur aduersis. Per dñm. Exaudi nos de⁹. vt ĩ ſupiori Dñica.

psa. 16

Communio. Ego clamaui, quoniam exaudiſti me deus: inclina aurem tuã, & exaudi verba mea. Poſtcomm.

SVmpſimus dñe ſacri dona myſterij humiliter deprecantes, vt quę in tui cõmemoratione nos facere p̃cepiſti, ĩ noſtrę proficiant infirmitatis auxiliũ. Qui viuis & regnas. Mundet & muniat nos. vt ĩ ſupiori Do.

DOMINICA XXIII. poſt Pentecoſt.

Quando non fuerit vltima poſt Pẽt. quia ſi fuerit vltima, tunc loco vigeſimætertię ponitur quę inferius poſita eſt vigeſimaquarta, & Miſſa xxiij. dicitur in ſabbatho præcedenti non impedito feſto nouem Lect. alioquĩ in alia præcedenti feria. Introitus.

hie. 9.



DIcit dñs ego cogito cogitatiões pacis, & nõ afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducã captiuitatẽ veſtrã de cunctis locis. ps. Bñdixiſti dñe terrã tuã, auertiſti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gla. Oro.

psa. 89.

ABſolue, q̃s dñe, tuorum delicta populorũ: vt a peccatorũ noſtrorũ nexibus, q̃ ꝓ noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per dñm. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum Oratio.

ACunctis nos, quæſumus dñe, mẽtis & corporis defende periculis: & ĩtercedẽte beata & glorioſa ſempq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus & pacẽ: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Tertia orõ dr̃ ad libitum ſacerdotis.

Lec. ep̃læ B. Pauli ap̃li ad Philippẽ.

ca. 3.

FRatres. Imitatores mei eſtote: & obſeruate eos qui ita ambulãt, ſicut habetis formam noſtram. Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebã vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum deus, venter eſt: & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiũt. Noſtra autẽ conuerſatio in cęlis eſt: vnde etiam ſaluatorem expectamus dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis nr̃æ, configuratum corpori claritatis ſuæ ſecũdũ operationẽ virtutis ſuæ, qua poſſit etiã ſubijcere ſibi oĩa. Itaq; fratres mei cariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum & corona mea: ſic ſtate in dño cariſſimi. Euodiam rogo, & Syntychen deprecor, idipsũ ſapere in dño. Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas, quę mecum laborauerunt in euãgelio cum

ca. 4.

Clemẽte, & cæteris adiutorib⁹ meis quorum nomina ſunt in libro vitæ.

Graduale. Liberaſti nos dñe ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt confudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſęcula. Alleluia, alľa. ℣. De profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi vocem meam, alleluia.

psa. 43.

psa. 129.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

ca. 9.

IN illo tempore: Loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat eũ, dicens. Domine, filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eum, & diſcipuli eius. Et ecce mulier, q̃ ſanguinis fluxũ patiebatur annis duodecĩ, acceſſit retro, & tetigit fimbriã veſtimenti eius. Dicebat enim intra ſe. Si tetigero tantum veſtimentum eius: ſalua ero. At Ieſus conuerſus & videns eam, dixit. Confide filia: fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cum veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuãtẽ, dicebat. Recedite: nõ eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebãt eum. Et cum eiecta eſſet turba: intrauit & tenuit manum eius. Et ſurrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuerſam terram illam. Credo.

Offertorium. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam, de profundis clamaui ad te domine. Secreta.

psa. 129

PRo noſtræ ſeruitutis augmento ſacrificium tibi domine laudis offerimus: vt quod in meritis contuliſti, propitius exequaris. Per dñm.

Ad poſcẽda ſuffragia ſanctorũ. Secr.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter vt per huius ſacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in præſenti, & gloriam in futuro.

Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Poſtcommu.

mar. 11.

QVæſumus omnipotens deus vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcommunio.

MVndet & muniat nos, quæſumus domine, diuini ſacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; btõ N. & omnibus ſãctis: a cunctis nos reddat & pueſitatib⁹ expiatos, & aduerſitatib⁹ expeditos.

¶ Si Dominicæ poſt Pentecoſt. fuerint plures vigintiquatuor, tunc poſt vigeſimam tertiam reſumantur (quo ad Orationes, Epiſtolas, & Euangelia) miſſæ Dominicarum quæ ſuperfuerũt poſt Epiphaniam, hoc ordine. Si Dominicæ fuerint vigintiquinque

in Dominica vigesimaquarta dicitur Missa Dominicæ vj.post Epiphaniam Si fuerint vigintisex,in Dominica vigesimaquarta dicitur missa Dominicę quintæ post Epiphaniam:& in vigesimaquinta dicitur missa Dominicę sextæ. Si fuerint vigintiseptem, in Dominica vigesimaquarta dicitur missa Dominicę quartę post Epiphaniam:in vigesimaquinta,Dominicę v.& in vigesimasexta, Dominicę vj. Si fuerint vigintiocto,in Dominica vigesimaquarta dicitur missa Dominicę iij. post Epiphaniam:in vigesimaquinta,Dominicę iiij. in vigesimasexta, Dominicę quintę: in Dominica vigesimaseptima,Dominicę sextę. Et vltimo loco semper dicitur missa Dominicę vigesimęquartę post Pentecosten.

¶ Introitus autem Graduale, Offertorium,& Postcommunio in prędictis Dominicis,semper dicuntur vt in Dominica vigesimatertia.

DOMINICA XXIIII. & vltima post Pent. Introitus.



hie. 29. Dicit dominus, ego cogito cogitationes pacis,& non afflictionis:inuocabitis me,& ego exaudiam vos: & reducã captiuitatẽ vestram de cunctis locis. Psalmus. psa. 89. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria. Oro

Excita,quæsumus domine, tuorum fidelium voluntates, vt diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuũ. Ad poscenda suffragia sanctorum.Oratio.

A Cunctis nos, quæsumus domine, mẽtis, & corporis defende periculis: & ĩtercedẽte beata, & gloriosa,semperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Colossenses.



ca. 1. Fratres. Non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis dei, in omni sapientia, & intellectu spirituali: vt ambuletis digne, deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificãtes, & crescentes in scientia dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius: in omni patientia, & longanimitate: cum gaudio gratias agentes deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine: qui eri-

puit nos de potestate tenebrarũ, & trãstulit in regnũ filij dilectionis suæ in quo habem⁹ redẽptionẽ,& remissionẽ pctõrũ. In Xpo Iesu dño nro.

Graduale. Liberasti nos dñe ex affligentibus nos:& eos q̃ nos oderũt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die & in nomine tuo cõfitebimur in scla.

psa. 129. Alleluia,alleluia. ℣. De pfundis clamaui ad te domine, dñe exaudi vocẽ meam,alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 24. In illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Cũ videritis abominationẽ desolationis q̃ dicta est a Daniele ppheta,stantẽ in loco sancto (q̃ legit intelligat) tũc qui in Iudęa sunt,fugiãt ad montes:& qui in tecto, nõ descẽdat tollere aliquid de domo sua:& q̃ in agro nõ reuertatur tollere tunicã suã. Væ autẽ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate autẽ,vt non fiat fuga vestra hyeme,vel sabbatho Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit,ecce hic est Christus,aut illic:nolite credere. Surgẽt enĩ pseudo christi,& pseudo prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia,ita vt in errorẽ inducãtur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis,Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsq; in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc cõgregabunĩ & aq̃læ. Statim autem post tribulationem dierum illorũ sol oscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadẽt de cęlo,& virtutes cęlorũ commouebunĩ: & tũc parebit signũ filij hoĩs in cęlo. Et tunc plangẽt omnes tribus terræ: & videbũt filiũ hoĩs venietẽ in nubibus celi cũ virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cũ tuba,& voce magna: & congregabũt electos eius a quatuor ventis, a summis cęlorum vsq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam. Cũ iam ramus eius tener fuerit,& folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis,quia nõ præteribit generatio hæc,donec omnia hæc fiant. Cęlum & terra trãsibunt: verba autem mea non prætéribunt. Credo. Offertorium.

De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi orationẽ meam, de profundis clamaui ad te domine. Secreta.

Propitius esto dñe supplicationibus nostris:& populi tui oblationib⁹,pcibusq; susceptis oĩum nostrum ad te corda cõuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberati,ad cęlestia desideria transeamus. Per dominũ.

Ad poscenda suffragia sanctorum.
Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̃senti & gloriam in futuro.

ma. 11. Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis: & fiet vobis. Postcommu.

Concede, nobis, quæsumus domine: vt per hæc sacramenta, quæ sumpsimus, quicquid in nostra mente vitiosum est, ipsorum medicationis dono curetur. Per dominum.

Ad poscenda suffragia sanctorum.
Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; btõ N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & puersitatib⁹ expiatos, & aduersitatib⁹ expeditos.

DOMINICA XXIIII. post Pentecost.

Quando fuerint plures xxiiij. quę est tertia post Epiphaniam. Introitus.



hie. 29. Dicit dñs, ego cogito cogitationes pacis, & nõ afflictionis: īuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducã captiuitatẽ vestrã de cunctis locis. Psal. Bñdixisti dñe terrã tuã, auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria. (psa. 84.) Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, infirmitatem nostrã ꝓpitius respice: atq; ad protegendũ nos, dexterã tuæ maiestatis extende. Per dñm.

Ad poscẽda suffragia sãctorũ. Oro.

A cunctis nos, quæsumus dñe, mẽtis & corporis defende periculis: & ĩtercedẽte beata & gloriosa sempq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia oratio dr̃ ad libitũ sacerdotis.

Lec. ep̃lę B. Pauli ap̃li ad Romanos.

ca. 12. Fratres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes, carissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim. Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Graduale.

psa. 43. Liberasti nos domine ex affligẽtium

nos: & eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cõfitebimur in sęcula. Alleluia, alla. ℣. psa. 129. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocẽ meam alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 8. In illo tempore. Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens. Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum Iesus, tetigit eum, dicens. Volo. Mundare. Et confestim mũdata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: & offer mun⁹, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eũ Cẽturio, rogãs eũ, & dicẽs. Dñe, puer meus iacet ĩ domo paralyticus, & male torquet. Et ait illi Iesus. Ego veniã, & curabo eũ. Et respõdẽs Centurio ait. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate cõstitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit. Amẽ dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autẽ vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recũbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo. Offertor.

psa. 129. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam, de profundis clamaui ad te dñe. Secre.

Hæc hostia, q̃s dñe, emũdet nostra delicta, & ad sacrificiũ celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per dñm.

Ad poscẽda suffragia sãctorũ. Secr.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutẽ, a cũctis nos mẽtis & corpis hostib⁹ tuearis, gratiã tribuẽs ĩ p̃senti, & gloriam in futuro. Communio.

ma. 11. Amen dico vobis quicquid orantes, petitis credite quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

Quos tãtis dñe largiris vti mysterijs: q̃s, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per.

Ad poscenda suffragia sanctorum.
Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quęsumus dñe, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA XXV. post Pentecost.

Quando fuerint plures xxv. quæ est quarta post Epiphaniam. Introitus.



Icit dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem vestram de cũctis locis. Psalmus. Benedixisti dñe terram tuam, auertisti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Deus, qui nos in tãtis periculis constitutos, pro humana, scis, fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutem mẽtis, & corporis, vt ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per dñm.

A cunctis nos quæsumus. vt in superiori Dñica. Tertia oro dr ad libitũ. Lec. eple B. Pauli apli ad Romanos.



Ratres. Nemini quicquã debeatis: nisi, vt inuicẽ diligatis. Qui enim diligit ꝓximum, legem impleuit. Nã nõ adulterabis: non occides: nõ furaberis: nõ falsum testimonium dices: non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio ꝓximi, malũ nõ operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. Gradu. Liberasti nos dñe ex affligẽtibus nos & eos q nos oderũt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, & ĩ noĩe tuo cõfitebimur in sæcula. Alleluia, alla. ℣. De profundis clamaui ad te dñe, domine exaudi vocem meã, alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.



Nillo tpe. Ascẽdente Iesu in nauiculã, secuti sunt eũ discipuli eius. Et ecce, motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt discipuli ei⁹, & suscitauerũt eũ, dicẽtes. Dñe, salua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicę fidei? Tũc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei. Credo. Offertor. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam, de profundis clamaui ad te domine.

Secreta.

Concede, quæsumus omnipotens deus, vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat. Per dominum nostrum Iesum Christum. Exaudi nos deus. vt in superiori Dominica. Comm. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediant: & cœlestibus semper instau-

rent alimentis. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Mundet & muniat nos. vt in superiori Dominica.

DOMINICA XXVI. post Pentecost.

Quando fuerit plures xxvj. quæ est quinta post Epiphaniam. Introitus.



Icit dominus ego cogito cogitationes pacis, & nõ afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Psalmus. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Familiam tuam, quæsumus domine, continua pietate custodi: vt quæ in sola spe gratiæ cœlestis innititur tua semper protectione muniatur. Per dominum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos qs dñe, mentis, & corporis defende ꝑiculis: & ĩtercedẽte gloriosa sẽpq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis aplis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & oĩbus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.


Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Colossenses.



Ratres. Induite vos, sicut electi dei sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem: & donãtes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & domin⁹ donauit vobis: ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. Verbũ Christi habitet in vobis abũdanter, in omni sapientia: docentes, & commonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cãtantes in cordibus vestris deo. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere: omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo & patri, per Iesum Christum dñm nostrum. Graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: & eos qui nos oderũt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, & in noĩe tuo confitebimur in sæcula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.



Nillo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factũ est

regnum cœlorum hoĩ, qui seminauit bonũ semen in agro suo. Cũ aũt dormirent hoĩes, venit inimicus ei⁹, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba, & fructũ fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autẽ serui patrisfamilias, dixerũt ei. Dñe, nonne bonũ semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea? Et ait. Nonne forte colligentes zizania, eradicetis cũ eis simul, & triticũ. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendũ: triticũ autẽ cõgregate in horreum meum. C redo. Offertor.

psa. 129. D e profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meã de ꝓfundis clamaui ad te dñe. Secr.

H Ostias tibi dñe placationis offerim⁹: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutãtia corda tu dirigas. Per dominum. Ad poscẽda suffragia sanctorum. Secreta.

E Xaudi nos deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in ꝓsenti & gloriam in futuro. Comm.

A mẽ dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

Q Væsumus oĩpotẽs deus, vt illi⁹ salutaris capiamus effectũ: cuius per hæc mysteria pignus accepim⁹. Per. Ad poscẽda suffragia sãctorũ. Postc.

M Vndet & muniat nos, quęsumus dñe, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

DOMINICA XXVII. post Pentecost.

Quando fuerint plures xxvij. quę est sexta post Epiphaniam. Introitus.



Icit dñs, ego cogito cogitationes pacis, & nõ afflictionis: iuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem vestrã de cũctis locis. ps. Benedixisti dñe terrã tuã, auertisti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria. Oratio.

hie. 29. psa. 89.

P Ræsta q̃s oĩpotẽs deus: vt semꝑ rõnabilia meditãtes, q̃ tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis Per dñm. A cunctis nos q̃s. vt in superiori Dñica. Tertia oro dr̃ ad libitũ. Lec. ep̃lę B. Pa. ap̃li ad Thessalonicẽ.

i. c. 1.



Ratres. Gratias agim⁹ deo semꝑ ꝓ omnib⁹ vobis: memoriã vestri faciẽtes in orationibus nr̃is: sine ĩtermissione, memores opis fidei vr̃æ, & laboris, & caritatis, & sustinẽtiæ spei dñi nr̃i Iesu Christi. Scientes fratres dilecti, a deo electionẽ vestrã: q̃a euãgeliũ nostrũ nõ fuit ad vos in sermone tm̃, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & ĩ plenitudĩe multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis ꝓꝑ vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & dñi: excipiẽtes verbũ in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti: ita vt facti sitis forma oĩbus credentibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enĩ diffamatus est sermo dñi: non solũ in Macedonia & in Achaia, sed & in oĩ loco fides vestra q̃ est ad deũ, profecta est, ita vt nõ sit nobis necesse q̃c-q̃ loq. Ipsi enim de nobis annũciant qualẽ introitũ habuerimus ad vos, & q̃mo conuersi estis ad deũ a simulachris, seruire deo viuo & vero: & expectare filiũ eius de cęlis (quẽ suscitauit ex mortuis) Iesum, q̃ eripuit nos ab ira ventura. Graduale.

psa. 43. L iberasti nos dñe ex affligẽtibus nos & eos qui nos oderunt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, & in noĩe tuo confitebimur in sæcula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocem meã, all'a.

psa. 129.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 13. I Nillo tẽpore. Dixit Iesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum cœlorum grano sinapis: qđ accipiẽs homo seminauit in agro suo: quod minimũ q̃dẽ est oĩbus seminibus. Cũ autem creuerit maius est oĩbus oleribus: & fit arbor, ita vt volucres cœli veniãt, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt ĩpleret, qđ dictũ est ꝑ ꝓphetam dicẽtẽ. Aperiã ĩ parabolis os meũ: eructabo abscõdita a cõstitutione mũdi. C redo.

Offer. D e ꝓfundis clamaui ad te dñe dñe exaudi orationẽ meam, de ꝓfundis clamaui ad te domine. Secreta.

H Æc nos oblatio de⁹ mũdet, q̃sum⁹, & renouet, gubernet, & protegat. Per dominũ. E xaudi nos deus. vt in superiori Dñica. Comm.

A men dico vobis quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

ma 11.

C Oelestibus domine pasti delicijs, quæsumus, vt semper eadem, per quæ veraciter viuimus, appetamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecũ viuit & regnat, ĩ vnitate spiritus sancti deus: per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Postcommu.

M undet & muniat. vt in præcedẽti Dominica.

¶ Dominica xxviij. & vltima post Pentecost. quæ superius posita est in ordine vigesima quarta.







PROPRIVM MISSARVM
DE SANCTIS.

IN VIGILIA sancti Andreæ Apostoli.

Introitus.



die. 29. nouēbr.

DOmimi-nus se-cus mare Galilææ vidit duos fratres, Petrũ, & Andream, & vocauit eos: venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum. psalmus. Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annũciat firmamẽtũ. ℣. Gła patri. Oratio.

psa. 18.

QVęsumus oĩpotẽs deus, vt beatus Andreas apostolus, cuius p̃uenimus festiuitatẽ, tuũ ꝓ nobis imploret auxiliũ, vt a nr̃is reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum.

Pro commemoratione sancti Saturnini martyris. Oratio.

DEus qui nos beati Saturnini martyris tui cõcedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominum nostrum.

Si vigilia S. Andreæ venerit in aduentu, missa dr̃ de vigilia, & secunda Or̃o erit de Aduẽtu tertia de sancto Saturnino. Si festũ S. Andreæ venerit feria secunda, Missa de vigilia dr̃ in Sabbatho, & secunda or̃o de S. Maria. Cõcede nos. tertia, Ecclesiæ tuę. vel ꝓ Papa: & cõme. S. Saturnini fit in Dñica: Quod & in alijs vigilijs, excepta vigilia Natiuitatis dñi, seruat̃. Si autem festũ S. Andreæ venerit in Dñica, transfert̃ in secundã feriã, & missa de vigilia dr̃ in Sabbatho cum cõm. S. Saturnini, vt supra: iij. oratio erit de sancta Maria. Concede.

Lectio libri Sapientiæ.

BEnedictio dñi sup caputiusti. Ideo dedit illi dñs hr̃ditatẽ: & diuisit ei partẽ ĩ tribubus duodecĩ: & inuenit gratiã in conspectu oĩs carnis. Magnificauit eũ in timore inimicorũ: & in verbis suis mõstra placauit. Glorificauit eũ ĩ cõspectu regũ, & ostẽdit illi gloriã suã, in fide & lenitate ipsius, sanctũ fecit illũ: & elegit eũ ex oĩ carne. Et dedit illi corã p̃cepta, & legẽ vitæ, & disciplinæ: & excelsum fecit illũ. Statuit illi testm̃ ęternum, & circumcinxit eũ zona iustitiæ. Et induit eũ dñs coronam gloriæ.

ecc. 14. et 45.

Graduale.

NImis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur.

psa. 131.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

IN illo tp̃e. Stabat Ioãnes, & ex discipulis eius duo. Et respiciẽs Iesũ

c. 2

ambulantem dicit. Ecce agnus dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquẽtẽ. & secuti sunt Iesum. Cõuersus autẽ Iesus, & videns eos sequẽtes se dicit eis. Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dr̃ interpretatũ, magister) vbi habitas? dicit eis. Venite, & videte. Venerũt, & viderũt vbi maneret: & apud eum mãserũt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat aũt Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierãt a Ioãne, & secuti fuerant eũ. Inuenit hic primum, fratrem suum Simonẽ: & dixit ei. Inuenimus messiã, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eũ Iesus, dixit. Tu es Simõ filius Ionæ: tu vocaberis Cephas, quod interpretatr̃ Petrus. In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dixit ei Iesus. Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, ciuitate Andreæ, & Petri. Inuenit Phiilppus Nathanael: & dicit ei. Quẽscripsit Moyses in lege, & ꝓphetæ: inuenimus Iesũ filiũ Ioseph, a Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippꝰ. Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo. Ecce, vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei. Priusquã te Philippus vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te. Respõdit ei Nathanael, & ait Rabbi: tu es filius dei: tu es rex Israel

Respõdit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amẽ, dico vobis: videbitis cęlũ apertum, & angelos dei ascẽdentes, & descẽdentes supra filium hominis. Offertor.

pfa. 8. Gloria, & honore coronasti eũ: & cõstituisti eum, super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Sacrandũ tibi dñe munus offerimꝰ: quo beati Andreę solẽnia recolẽtes purificationẽ quoq;, nr̃is mẽtibus imploramus. Per dominum.

Pro commemoratione S. Saturnini martyris Secreta.

Mvnera tibi dñe dicata sanctifica: & intercedente beato Saturnino martyre tuo, ꝓ hęc eadẽ nos placatus intende. Per dom. Comm.

Io. 1. Dixit Andreas Simoni fratri suo: inuenimus messiã, qui dicitur Christus: & adduxit eum ad Iesum: Postcom.

Perceptis dñe sacramẽtis, suppliciter exoramus: vt intercedente beato Andrea apostolo tuo, quæ ꝓ illius venerãda gerimus passione, nobis proficiant ad medelã. Per dñm.

Pro commemoratione sancti Saturnini. Postcommunio.

Sanctificet nos, quæsumus domine, tui perceptio sacramenti: & intercessione sanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per dominum.

¶ Si sequens festum sancti Andreæ venerit in Dominica, transfertur in sequentẽ diem duplici festo non impeditam: quod & de alijs festis dupli-

cibus,

cibus, & semiduplicibus, in Dominicis Aduentus occurrentibus seruatr̃, & in illis semper fit commemoratio de Aduentu. De simplicibus autem toto Aduentu fit tantum commem.

dic. 30.

IN FESTO SANCTI Andreæ Apostoli. Introitus.



psa. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est prĩcipatus eorum Psal. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

ibidẽ.

Maiestatẽ tuã dñe suppliciter exoramus: vt sicut ecclẽ tuæ beatus Andreas apostolus extitit pdicator & rector ita apud te, sit ꝓ nobis perpetuus intercessor. Per dñm.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 10. Fratres. Corde creditur ad iustitiam: ore autẽ, confessio fit ad salutem. Dicit enĩ scriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim q cunq; inuocauerit nomen domini: saluus erit. Quõ ergo inuocabũt, in quẽ nõ crediderũt? Aut quõ credent ei quem non audierunt? Quomodo autẽ audient sine prædicante? Quõ vero prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quã speciosi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizantiũ bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Isaias enim dicit. Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem, per verbum Christi. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

psa. 44. Gradua. Constitues eos principes super omnem terram: memores erũt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Dilexit Andream dominus in odorẽ suauitatis, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 4. In illo tempore. Ambulãs Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andreã fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis. Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua:

&vo-

& vocauit eos. Illi autem, statim relictis retibus, & patre, secuti sunt eũ. dicitur. Credo. Offertorium.

psa. 138

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Sacrificium nostrum tibi dñe, q̃sum⁹, beati Andreæ apostoli tui precatio sancta conciliet: vt in cuius honore sollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptũ. Per dñm.

Præfatio de apostolis.

ma. 4.

Communio. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum, at illi cõtinuo relictis retibus, secuti sunt dominum. Postcommunio.

Sumpsimus domine diuina mysteria beati Andreæ festiuitate lætantes: quæ sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis, quæsumus, ad veniã prodesse perficias. Per dominum.

FESTA DECEMBRIS.

die. 2.

¶ Pro cõmem. sanctæ Bibianæ virginis, & martyris. Oratio. Indulgentiam. cum sua Secreta, & postcom. de communi virginum. f. 263.

die. 4.

¶ Pro comm. sanctæ Barbaræ virginis & martyris. Oratio. Deus qui inter cætera. cum sua Secr. & postcõ. de communi virginum. fol. 262.

die 5.

Pro commemoratione sancti Sabbę Abbatis. Oratio.

Intercessio nos, q̃sumus dñe, beati Sabbę Abbatis cõmēdet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per dominũ. Secreta.

Sacris altaribus dñe hostias suppositas sanctus Sabbas, quæsumus, in salutem nobis prouenire deposcat. Per dominum nostrum. Postcommunio.

Protegat nos dñe cum tui ꝑceptione sacramẽti beat⁹ Sabbas pro nobis intercedendo: vt & conuersationis eius experiamur insignia & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat &c.

In festo sancti Nicolai episcopi, & confessoris. Introitus.

ecc. 45.

Statuit ei dominus testamentum pacis: & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Psal.

psa. 131

Memento domine Dauid: & omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, sicut erat in principio. Oratio.

Deus, qui beatum Nicolaũ pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue, quæsumus: vt eius meritis, & precibus, a gehennę incendijs liberemur. Per dominum. Epistola. Mementote præpositorũ. de cõi confes. pontifi. f. 260. Grad.

psa. 88.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meũ confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alla, alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Li-

psa. 191

bani multiplicabitur: Alleluia. Euangelium. Homo quidam peregre proficiscẽs. de communi cõfess. põt. f. 259.

psa. 88.

Offerto. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sanctifica q̃s dñe deus, hæc munera: quæ in sollemnitate sancti antistitis tui Nicolai offerimus: vt ꝑ ea, vita nostra inter aduersa, & prospera vbiq; dirigatur. Per dominũ.

psa. 88

Communio. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in æternum manebit & sedes eius sicut sol in cõspectu meo & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis. Postcomm.

Sacrificia, quæ sumpsimus dñe ꝓ sollẽnitate sancti põtificis tui Nicolai, sempiterna nos protectione conseruent. Per dominum nostrum.

die 7.

IN FESTO SANCTI Ambrosij episcopi, & confessoris, ac doctoris Ecclesiæ. Intr.



Ec. 15

In medio ecclesiæ aꝑuit os eius, & impleuit eũ dñs spũ sapiẽtiæ: & intellect⁹, stolã gl'iæ induit eũ. ps. Bonũ est cõfiteri dño, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

psa. 91.

Deus, q̃ ppl'o tuo æternæ salutis beatũ Ambrosiũ ministrũ tribuisti: præsta q̃s: vt quẽ doctorẽ vitę habuimus in terris, itercessorẽ habere mereamur in cęlis. Per dñm nr̃m. Epistola. Testificor corã deo. de cõmuni Doctorũ. f. 260. Graduale.

Ec. 44.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi, qui cõseruaret legẽ excelsi. Alleluia, alla. ℣. Iurauit dñs, & nõ pęnitebit eum: tu es sacerdos in æternũ secũdũ ordinẽ Melchisedec. Alleluia.

psa. 109.

Euangelium. Vos estis sal terræ. De cõi Doctorũ. fol. 261. Et dr̃, Credo.

psa. 88

Offerto. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Omnipotẽs sempiterne de⁹, munera tuæ maiestati oblata, ꝑ intercessionẽ beati Ambrosij cõfessoris tui atq; põtificis, ad ꝑpetuã nobis fac ꝓuenire salutẽ. Per dñm. Cõmu.

psa. 88

Semel iuraui in sancto meo: semẽ ei⁹ in æternum manebit, & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis. Postcommunio.

Sacramenta salutis nostræ suscipiens, concede quæsumus omnipotens deus: vt beati Ambrosij cõfessoris tui atque pontificis nos vbique oratio adiuuet: in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per dominum nostrum Iesum.

¶ In Conceptione B. Mariæ dicitur Missa eius Natiuitat. quæ habet mense Septembris, mutato nomine Natiuitatis in Conceptionem.

¶ Pro cōmemoratione sancti Melchiadis Papę & martyris. Oratio. In firmitatem. cū sua Secr. & Postc. De cōi vnius marty. pontifi.

IN FESTO SANCTI Damasi Papæ, & confess. Intr.



Sacerdotes tui dñe induant iustitiā: & sancti tui exultent: ꝓpter Dauid seruum tuū nō auertas faciem Christi tui. ps. Memēto dñe Dauid, & oīs māsuetudinis ei⁹. ℣. Gla. Oro.

Exaudi dñe preces nostras: & interueniēte beato Damaso cōfessore tuo atq; pōtifice, indulgētiā nobis tribue placatus, & pacē. Per dñm Epistola. Plures facti sunt Sacerdotes. de cōi confess. pōtifi fol. 259. Graduale. Ecce sacerdos magnus, q in diebus suis placuit deo. ℣. Nō est inuentus similis illi, qui cōseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec, Alleluia. Euāgeliū Vigilate quia nescitis. de eodem communi. fol. 260. Offertorium. Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum cōfortabit eum. Secreta. Accepta tibi sit, quæsumus domine, sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum. Communio. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

Da, quæsumus domine, fidelibus populis, sanctorum tuorū semper veneratione lætari: & eorū perpetua supplicatione muniri. Per dominum nostrum.

IN FESTO SANCTÆ Luciæ virginis, & mart. Intro.



Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te d⁹ deus tuus oleo lætitiæ, præ cōsortibus tuis. psal. Eructauit cor meū verbū bonum, dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster vt sicut de beatæ Luciæ virginis & martyris tuæ, festiuitate gaudem⁹ ita piæ deuotionis erudiamut affectu. Per dominum. Epistola. Qui gloriatur, in dño glorietur. De cōi virg. f. 263. Gradu.

Dilexisti

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Alleluia. Euangelium. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito. De communi virginum, & martyrum. folio. 249. Offertor. Afferentur regi virgines post eam, ꝓximæ eius afferentur tibi. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat. Communio. Principes persecuti sunt me gratis, & a verbis tuis formidauit cor meum: lætabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. Postcomm.

Satiasti domine familiam tuā muneribus sacris: eius, quæsumus, semper interuētione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum, qui tecum, viuit & regnat, in vnitate &c.

¶ In vigilia sancti Thomæ dicitur Missa. Ego autem sicut oliua. de vigilia vnius apostoli. f. 253. cum cō memoratione de Aduentu: & in ea seruetur rubrica in vigilia S. Andreæ posita. Si autem hæc vigilia venerit in quatuor temporibus, de ea fit tan tum commemoratio.

IN FESTO SANCTI Thomæ apostoli. Introitus.



Mihi aūt nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. psalmus. Dñe probasti me, & cognouisti me tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

Da nobis, qs dñe, beati apl̃i tui Thomę sollēnitatibus gloriari vt eius semp & patrocinijs subleuemur, & fidem, congrua deuotione sectemur. Per dominum nostrum. Lec. ep̃lę B. Pauli apl̃i ad Ephesios.



Fratres. Iā nō estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorū & domestici dei, superædificati supra fundamētū aplorū, & ꝓphetarum, ipso summoangulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in Spiritu sancto. Grad. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cōfortatus est principat⁹ eorū. ℣. Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Gaudete iusti in domino: rectos decet collaudatio. Alleluia.

Sequentia

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

ca. 20. In illo tempore. Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Dydimus, nō erat cū eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dn̄m. Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittā digitum meum in locum clauorum & mittam manum meā in latus eius nōn credam. Et post dies octo, iterū erāt discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit ī medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitū tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respōdit Thomas, & dixit ei. Domin⁹ meus, & deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui nō viderūt, & crediderūt. dicitur. Credo. Offertorium.

psa. 18. In omnem terram exiuit sonus eorū: & ī fines orbis terræ verba eorū. Sec.

Debitū tibi dn̄e nr̄æ reddimus seruitutis, suppliciter exorātes vt suffragijs beati Thomæ apl̄i tui, ī nobis tua munera tuearis: cuius honoranda confessione, laudis tibi hostias immolamus. Per dominum. Præfatio de apostolis. Cōmunio.

Ioā. 20. Mitte manum tuam, & cognosce loca clauorum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Postcommunio.

Adesto nobis misericors deus: & intercedente ꝓ nobis beato Thoma apostolo tuo, tua circa nos ꝓpitiatus dona custodi. Per dominum.

FESTA IANVARII.

die 11. ¶ Pro cōmemoratione S. Hyginij Papæ & mart. Oratio. Infirmitatem. cū sua Secreta, & Postcom. de cōi vnius martyris pōtif. 250. & tertia oratio dicitur de S. Maria. Deus qui salutis.

die 14. ¶ In festo S. Hilarij episcopi, & Cōf. Missa. In medio ecclesiæ. de cōi Doctorū. f. 26 & in ea fit sequens cōmemoratio, cum tertia oratione de S. Maria. Deus qui salutis.

PRO COMMEMORATIONE S. Felicis in Pincis. Mar. Orō.



Concede quæsum⁹ oīpotens deus: vt ad meliorē vitam, sanctorū tuorū exēpla nos ꝓuocēt quaten⁹ quorū solēnia agim⁹, et act⁹ imitemur. Per Sec.

Hostias tibi dn̄e btī Felicis martyris tui dicatas meritis benignus assume: & ad ꝑpetuū nobis tribue ꝓuenire subsidiū. Per d. Postcō.

Quæsum⁹ dn̄e, salutarib⁹ repleti mysterijs: vt btī Felicis martyris tui cui⁹ solēnia celebramus, orōnibus adiuuemur. Per dn̄m Si cōtingat festū sancti Hilarij trāsferri in aliū diē, nō tamē ꝓdicta cōmemoratio. sancti Felicis transfertur, sed de ea fit suo die: quod & in alijs sequenti festo, & in similibus semper seruatur.

die. 15. IN FESTO SANCTI Pauli primi Eremitæ. Introit⁹.



psa. 91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur: plantatus in domo domini, in atrijs dom⁹ dei nostri. Psalmus. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime.

ibi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos beati Pauli confessoris tui annua solemnitate lętificas, concede propitius: vt cuius natalia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum.

Pro commemoratione sancti Mauri abbatis. Oratio.

Intercessio nos, quæsumus domine, beati Mauri abbatis comēdet: vt quod nostris meritis non valem⁹, eius patrocinio assequamur. Tertia oratio de S. Maria. Deus qui salutis. Episto Quæ mihi fuerunt lucra. de cōi confess. non pontifi. fol. 205.

psa. 51. Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo dn̄i. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctē. Alleluia, all'a. ℣. Iu-

ose. 14. stus germinabit sicut liliū: & florebit ī æternū ante dn̄m, Alleluia. Euāg. Cōfiteor tibi pr̄. de cōi plurimorum martyr. f. 207. Offertorium.

psa. 20. In virtute tua dn̄e lętabit' iust⁹: & sup salutare tuū exultabit vehemēter: desiderium aīę eius tribuisti ei. Secreta.

Laudis tibi dn̄e hostias immolamus, in tuorū cōmemoratione sāctorū: q̄bus nos & ꝑsentibus exui malis cōfidim⁹, & futuris. Per dn̄m. Pro commemoratio. sancti Mauri Abbatis. Secreta.

Præsta nobis, quæsumus, o ōpotēs deus: vt nr̄æ humilitatis oblatio, & ꝓ tuorū tibi grata sit honore sanctorū, & nos corpore pariter, & mente purificet. Communio.

psa. 63. Lętabitur iustus in dn̄o, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Postcommunio.

Refecti cibo potuq; cęlesti deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione ꝑcepimus, eius muniamur & ꝓcibus. Per dominum. Pro commemorat. sancti Mauri Abbatis. Postcom.

Protegat nos dn̄e cum tui perceptione sacramenti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedendo: vt & cōuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia.

die. 16. IN FESTO SANCTI Marcelli Papę & martyr. Intr.



ecc. 45. Statuit ei dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum.

psa. 131. Psal. Memēto dn̄e Dauid, & oīs mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

PRæces populi tui, quæsumus domine, clemēt er exaudi: vt Btī Marcelli martyris tui atq; pontificis meritis adiuuemur, cuius passione lætamur. Per dominum. Epistola. Benedictus deus. de cōi vnius martyris pontificis. fol. 212. Gradua. Inueni Dauid seruum meū, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cōfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia. alla. ℣. Tu es sacerdos in æternum, secundū ordinē Melchisedec, Alleluia. Euang. Si q̃s vult venire post me. de co. cōi. f. 210. Off. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta.

SVscipe, quæsumus domine, munera dignanter oblata: & beati Marcelli suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxiliū prouenire concede. Per dominum. Communio. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue bone & fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

SAtiasti dñe familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus, semper interuētione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per dñm.

¶ In festo S. Antonij Abb. Missa. Os iusti. de cōi Abbatū. f. 206. cū euangelio S int lumbi vestri præcincti. de cōi confess. non pont. f. 202.

IN FESTO CATHEDRÆ S. Petri, qua Romæ primum sedit. Introitus.

STatuit ei dominus testamentum pacis, & principē fecit eū, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Psal. Memēto dñe Dauid, & oīs mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni cœlestis, animas ligandi, atque soluēdi, pontificium tradidisti: cōcede, vt intercessionis eius auxilio, a peccatorū nostrorū nexibus liberemur. Qui viu.

Et fit cōm. de sācto Paulo ante quascunq; cōm. etiam Dominicæ: quod & seruatur in cōm. sancti Petri quæ fit in festo sancti Pauli. Oratio.

DEus, qui multitudinē gētium beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus: vt cuius commemorationē colimus eius apud te patrocinia sentiamus.

Pro commemoratio. sanctæ Priscæ virg. & martyris. Oratio.

DA quæsumus, omnipotēs deus vt qui beatæ Priscæ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, & annua solemnitate lætemur, & tātæ fidei proficiamus exēplo. Per dñm.

Lectio epistolæ beati Petri apostoli.

PEtrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ: secundū præscientiam dei patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi: gratia vobis, & pax multiplicet. Benedictus deus, & Pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilē, conseruatam in cœlis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis: modicum nunc, si oportet, contristati in varijs tentationibus: vt probatio vestræ fidei, multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Iesu Christi domini nostri. Graduale.

Exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. ℣. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Si festum Cathedræ venerit ante Septuagesimam post Graduale, statim dicitur. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Alleluia. Si autem venerit post Septuagesimam, omisso Alleluia, & versu dicitur sequens. Tractus. Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. ℣. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum. ℣. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. ℣. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam: alij autem Eliam: alij vero Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bar Iona: quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Credo.

ma. 16.

Offertorium. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meã & portę inferi nõ pręualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum. Secreta.

ECcleſiæ tuæ, quæſumus dñe preces & hoſtias beati apoſtoli tui Petri cõmendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis ꝓſit ad veniam. Per dominum.

Pro ſancto Paulo. Secreta.

APoſtoli tui Pauli precibus, dñe plebis tuę dona ſanctifica: vt q̃ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis.

Pro commemor. S. Priſcæ. Secreta.

HOſtia quæſumus dñe, quam in ſanctorum tuorum natalitijs recenſentes offerimus, & vincula noſtræ prauitatis abſoluat, & tuę nobis miſericordię dona cõciliet. Per dñm

Præfatio de apoſtolis.

ma. 16.

Communio. Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ędificabo eccleſiam meã.

Poſtcommunio.

LÆtificet nos dñe munus oblatum: vt ſicut in apoſtolo tuo Petro te mirabilem prędicamus, ſic per illum tuæ ſumamus indulgentiæ largitatem. Per dominum.

Pro ſancto Paulo. Poſtcommunio.

SAnctificati domine ſalutari myſterio, quæſumus, vt pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari.

Pro cõm. S. Priſcæ. Poſtcom.

QVęſumus domine, ſalutaribus repleti myſterijs: vt cuius ſollemnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

S A N C T O R V M

Martyrum Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachũ. Intr. 6.

die. 19.



psa. 67.

IVſti epulentur, & & exultent in conſpectu dei, & delectentur in lętitia. pſal. Exurgat de⁹ & diſſipẽtur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibi.

EXaudi domine populum tuum, cum ſanctorum martyrum tuorum patrocinio ſupplicantem: vt & temporalis vitæ nobis tribuas pace gaudere, & æternæ reperire ſuſidiũ Per dominum noſtrum.

Epiſtola. Rememoramini priſtinos dies. de cõi plurimorum mar. f. 207.

ſa. 3.

Grad. Iuſtorũ aĩæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi autem ſunt in pace. Alleluia; alleluia. ℣. Mirabilis deus noſter in ſanctis ſuis. Alleluia. Si hoc feſtũ venerit poſt Septuageſimam, dicitur Tractus de communi plurimorum martyrum. Quod & ſeruatur in ſequentibus feſtis venientibus poſt Septuag. vſq; ad Dñicã Palmarũ: niſi proprius Tractus aſſignetur Euangelium. Sedente Ieſu ſuper mõtem oliueti. de eodem commun. f. 210.

psa. 123

Offertor. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantiũ: laque⁹ cõtritus eſt, & nos liberati ſumus.

PReces domine tuorum reſpice oblationeſq; fidelium: vt & tibi grata ſint pro tuorum feſtiuitate ſanctorum, & nobis conferant tuæ propitiationis auxilium. Per dominum.

luc. 12.

Communio. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his: qui vos perſequuntur. Poſtcommunio.

SAnctorum tuorum domine interceſſione placatus, præſta quæſumus: vt quæ temporali celebram⁹ actione, perpetua ſaluatione capiamus. Per dominum noſtrum.

die. 20.

IN FESTO SANCTORVM

martyrum Fabiani, & Sebaſtiani. Introitus. 3.

psa. 87.



INtret in cõſpectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinẽ ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Pſalm⁹. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuã: polluerunt templum ſanctum tuũ: poſuerunt Hieruſalem in pomorũ cuſtodiã. ℣. Gloria patri. Oratio.

psa. 78.

INfirmitatẽ noſtrã reſpice oĩpotẽs deus: & q̃a põdus ꝓpriæ actionis grauat beatorũ martyrũ tuorũ Fabiani, & Sebaſtiani interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominũ. Epiſtola. Sancti per fidem. de cõi plurimorũ marty. fol. 210. Graduale.

psa. 107.

Glorioſus deus in ſanctis ſuis, mirabilis in maieſtate faciẽs ꝓdigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicos.

psa 144

Alleluia, alleluia. ℣. Sãcti tui dñe bñdicẽt te: gloriam regni tui dicẽt. Alľa.

Euang. Deſcendens Ieſus de monte. de eodem cõi. fol. 212. Offertoriũ.

psa. 31.

Lętamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secre.

HOſtias tibi dñe, beatorũ martyrũ tuorũ Fabiani, & Sebaſtiani dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dñm. Cõm.

luc. 6.

Multitudo languentium, & qui vexabantur a ſpiritibus immundis, veniebant ad eũ: quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Poſtcomm.

REfecti participatione muneris ſacri, quæſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultum intercedentibus Sanctis Martyribus tuis Fabiano, & Sebaſtiano ſẽtiam⁹ effectum. Per dominum noſtrum:

die. 21.

IN FESTO SANCTÆ

Agnetis virg. & mar. Introitus. 2.

psa. 118.



ME expectauerũt peccatores, vt perderẽt me: teſtimonia tua dñe intellexi: oĩs cõſummationis vidi finem: latum mãdatum

tuum nimis. Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui infirma mũdi eligis, vt fortia quæq; confundas: concede propitius: vt qui beatæ Agnetis virginis & martyris tuæ ſollemnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominum noſtrum. Epiſtola. Confitebor tibi domine rex. de cõmuni virginum, & martyr. f.263. Graduale. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea bñdixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce, ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino, Allã. Euang. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus. de eodem cõi. fol. 264. Offertor. Offerẽtur regi virgines poſt eam: proxime eius offerẽtur tibi in lætitia, & exultatione: adducentur in tẽplum regi domino. Secreta.

HOſtias dñe, quas tibi offerimꝰ, ꝓpitius ſuſcipe: & intercedẽte btã Agnete virgine & martyre, tua vincula peccatorum noſtrorum abſolue. Per dominum. Comm: Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce, ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino. Poſtcommu.

REfecti cibo potuq; cœleſti deꝰ noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum.

¶ In feſto ſanctorum martyrum Vĩcẽtij, & Anaſtaſij Miſſa. Intret in cõſpectu tuo. de communi plurimorũ martyr. f.255. excepta oratione, q̃ dicitur, vt infra. Oratio.

ADeſto quæſumus domine, ſupplicationibus noſtris, vt qui ex iniq̃tate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, btõrum martyrũ tuorũ Vincentij & Anaſtaſij interceſſione liberemur. Per dominum. Secreta.

MVnera tibi dñe noſtræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominum. Poſtcom.

QVæſumus oĩpotens deus, vt q̃ cęleſtia alimẽta percepimus, ĩtercedẽtibus beatis martyribus tuis Vincentio & Anaſtaſio, per hæc contra oĩa aduerſa muniamur. Per dñm.

¶ Sanctæ Emerentianæ virginis, & marty. dicitur miſſa. Me expectauerunt peccatores. vt in communi virginum & martyrum. fol. 264.

SANCTI TIMOTHEI episcopi, & mart. Introitus I.



Tatuit ei dñs teſtm̃ pacis, & principẽ feciteũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternũ. Pſalmus. Memento dñe Dauid: & oĩs manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Orõ.

INfirmitatem noſtram reſpice oĩpotens deus: & q̃a põdus ꝓpriæ actionis grauat, beati Timothei martyris tui atq; põtificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum.

Lec. ep̃lę B. Pauli ap̃li ad Timothęũ.

CAriſſime. Sectare iuſtitiam pietatem, fidem, charitatẽ, patientiam, mãſuetudinẽ. Certa bonũ certamẽ fidei: app̄hẽde vitã æternã, in qua vocatus es, & cõfeſſꝰ bonã cõfeſſionẽ corã multis teſtibus. Præcipio tibi corã deo, q̃ viuificat oĩa: & Chriſto Ieſu, q̃ teſtimoniũ reddidit ſub Põtio Pilato bonã cõfeſſionẽ: vt ſerues mãdatũ ſine macula, irrep̄hẽſibile vſq; in aduẽtũ dñi noſtri Ieſu Chriſti. Quẽ ſuis t̃poribꝰ oſtẽdet beatus & ſolus potẽs, rex regũ, & dñs dñantiũ: qui ſolus habet ĩmortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem: quem nullus hominũ vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium ſempiternũ. Amẽ. Graduale. Inueni Dauid ſeruum meũ oleo ſancto meo vnxi eum: manus enĩ mea auxiliabitur ei: & brachium meũ confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Allã, allã. ℣. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Alleluia.

Si dicendus ſit tractus, req̃ratur in cõi vnius martyris pont. Deſiderium animæ. fol. 250. Euang. Si quis venit ad me. de cõi vnius martyris pontiſic. fol. 250. Offertorium. Veritas mea, & mĩa mea cũ ipſo: & ĩ noĩe meo exaltabit̃ cornu eius. Secr.

HOſtias tibi dñe btĩ Timothei martyris tui atq; pontificis dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum. Cõio. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in æternũ manebit: & ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta, in æternum: & teſtis in cœlo fidelis. Poſtcommu.

REfecti participatione muneris ſacri, quæſumus, domine deus noſter: vt intercedente beato Timotheo martyre tuo atq; Põtifice, cuiꝰ exeq̃mur cultũ, ſẽtiamꝰ effectũ. Per.

IN CONVERSIONE ſancti Pauli apoſtoli. Introitꝰ. I.



SCio cui credidi, & certus ſum, q̃a potẽs ẽ depoſitũ meũ ſeruare ĩ illũ diẽ, iuſtus iudex. ps. Dñe probaſti me: & cognouiſti me tu cognouiſti ſeſſionẽ meam, & reſurrectionem meã. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui vniuerſum mundum beati Pauli Apoſtoli, prædicatione docuiſti: da nobis,

quæsumus: vt qui eius hodie couersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum.

Et fit commemoratio de sancto Petro. Oratio.

DEus qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni cœlestis, animas ligādi, atq; soluēdi pōtificiū tradidisti: cōcede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatorū nrorum nexibus liberemur. Qui viuis.

Lectio Actuum Apostolorum. 9.

IN dieb⁹ illis. Saulus adhuc spirans minarum & cędis i discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos ꝑduceret in Hierusalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subito, circunfulsit eū lux de cœlo: & cadens in terram, audiuit vocem dicētem sibi. Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupēs, dixit. Domine quid me vis facere? Et dominus ad eū. Surge, & ingredere ciuitatem: & dicet tibi quid te oporteat facere. Viri autē illi qui comitabantur cum eo, stabāt stupefacti, audientes quidem vocem neminem autem videntes. Surrexit autē Saul⁹ de terra, apertisq; oculis nihil videbat. Ad manus autē illum trahen tes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non vidēs: & non manducauit, neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illū in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego, domine. Et dominus ad illū. Surge & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tharsensem. Ecce enī orat. (Et vidit virum Ananiā nominē, introeuntem, & imponentem sibi manus, vt visum recipiat.) Respōdit autem Ananias. Domine, audiui a multis de viro hoc, quāta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum, alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dñs. Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomē meū coram gentibus & regibus, & filijs Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponēs ei manus dixit. Saule, frater, dominus Iesus misit me qui apparuit tibi in via qua veniebas vt videas, & implearis spiritu sancto Et cōfestim ceciderunt ab oculis ei⁹ tanquam squamæ & visum recepit: Et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, ꝑ dies aliquot. Et cōtinuo ingressus in synagogas, ꝑdicabat Iesū qm̄ hic est filius dei. Stupebāt autem

omnes qui eum audiebant, & dicebant. Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos, qui inuocabant nomen istud? & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabāt Damasci, affirmās qm̄ hic est Christus.

Graduale. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est, & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam dei, quæ data est mihi. ℣. Gratia dei ī me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluia, alla. ℣. Tu es vas electionis, sancte Paule apostole, ora ꝓ nobis. Alleluia. Tractus sequēs dicitur: si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesimę. Tu es vas electionis sancte Paule apostole: vere digne es glorificādus. ℣. Prædicator veritatis, & doctor gentium in fide, & veritate. ℣. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam dei. ℣. Intercede pro nobis ad deum, qui te elegit.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

IN illo tēpore. Dixit Simō Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. dicitur. Credo. Offerto. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

APostoli tui Pauli precibus dñe plebis tuæ dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiāt patrocinio supplicātis. Per

Pro sancto Petro. Secreta.

ECclesiæ tuæ, quęsumus domine preces & hostias beati apostoli tui Petri commēdet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dominum.

Præfatio de apostolis. Communio. Amen dico vobis: qđ vos q̄ reliq̄stis oīa, & secuti estis me, cētuplū accipietis, & vitā ęternā possidebitis. Postc.

SAnctificati domine salutari mysterio, quæsumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit.

Pro sancto Petro. Postcommunio.

LÆtificet nos domine munus oblatum: vt sicut in apostolo tuo Petro, te mirabilem prædicamus: sic per illum, tuæ summamus indulgentiæ largitatem. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum, qui tecum viuit & regnat.

dic. 26.

SANCTI POLICARPI episcopi, & martyris. Introit⁹. 6.

Da. 3.

SAcerdotes dei benedicite dominũ: sancti, & humiles corde laudate deũ Psalmus. Benedicite omnia opera domini domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. ℣. Gloria. Oro.

ibidē.

DEus qui nos beati Polycarpi martyris tui atq; põtificis, annua sollemnitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum.

Lectio ep̄le beati Ioannis apostoli.

1. c. 3.

CArissimi: Omnis qui non est iustus, non est ex deo & qui nõ diligit fratrem suũ. Quoniam hæc est annunciatio, quã audistis ab initio: vt diligatis alterutrũ. Non sicut Cain qui ex maligno erat: & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniã opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mũdus. Nos scimus, quoniã translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis qm̄ oĩs homicida nõ habet vitam æternam in se manentẽ. In hoc cognouimus charitatẽ dei: quoniã ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Graduale.

psa. 8.

Gloria & honore coronasti eũ. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum dñe. Alleluia, alla. ℣. Hic est sacerdos, quẽ coronauit dñs, alleluia. Tractus si dicendus sit de cõi vnius marty. pont. Beatus vir. fol. 251. Euangelium. Si quis vult venire post me. de cõi vnius mart. pont.

psa. 131.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sã cto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cõfortabit eum. Secreta.

MVnera tibi domine dicata sanctifica, & intercedente beato Polycarpo martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum. Communio.

psa. 20.

Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso. Postcõ.

REfecti participatione muneris sacri, quęsumus Domine Deus noster, vt cuius exequimur cultũ, intercedente beato Polycarpo martyre tuo atque Pontifice sentiamus effectum. Per dominum.

dic. 27.

IN FESTO SANCTI Ioãnis Chrysostomi episcopi, & confess. Introitus. 6

ecc. 15.

IN medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum dñs spiritu sapientiæ, & intellectus: stolã glorię induit eum.

psa. 91.

Psalmus. Bonum est cõfiteri domino: & psallere noĩ tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

ECclesiam tuã, quæsumus domine, gratia cœlestis amplificet: q̃ beati Ioannis Chrysostomi confessoris tui atque pontificis, illustrare voluisti gloriosis meritis, & doctrinis. Per dominum. Epistola.

Testificor. de cõi doctorũ. f. 260. Graduale. Ecce sacerdos magnus, q ĩ diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tẽtationem: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronã vitæ, alleluia.

iac. 1.

Post Septuagesimam. Tractus. Beatus vir, qui timet dominum. de communi doctorum. f. 261. Euãg. Vos estis sal terræ. de eodem communi. f. 260. & dicitur. Credo. Offertorium. Iustus, vt palma florebit sicut cedrus: quę in Libano est multiplicabitur. Secreta.

psa. 91.

SAncti pontificis tui Ioãnis Chrysostomi nobis domine pia nõ desit oratio: quæ & munera nostra cõciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrum Iesum Christum. Commun.

ma. 25.

Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

VT nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus Ioannes Chrysostomus pontifex tuus, & doctor egregius quæsumus, precator accedat. Per dominum nostrum.

dic. 28.

SANCTÆ AGNETIS secundo. Introitus. 2.

psa. 44.

VVltum tuũ deprecabũtur omnes divites plebis, adducentũ regi virgines post eam, proximę eius adducentur tibi in lætitia, & exultatione. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opa mea regi. ℣. Glia. Oro.

ibidē.

DEus, qui nos annua beatæ Agnetis virginis & martyris tuę sollemnitate lætificas: da, quęsumus vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo. Per domninum. Epistola.

Qui gloriatur. de cõi virg. f. 265. Graduale. Specie tua & pulchritudine tua: intẽde, prospere procede, & regna. ℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alla, alla. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, alleluia. Post Septuagesimam. Tractus. Audi filia. de cõi virg. f. 265. Euãg. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. de eodem communi. Offertorium.

psa. 44. psa. 44.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum, & in sæculum sæculi.

Secreta.

SVper has, quęsumus domine, hostias benedictio copiosa descendat: quæ & sanctificationem nobis clemẽter operetur: & de martyrum nos solemnitate lætificet. Per dñm.

Communio. Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. ma. 13.

Postcomm.

SVmpsimus domine celebritatis annuæ votiua sacramenta: præsta quæsumus: vt & temporalis vitæ nobis remedia præbeant, & æternæ. Per dominum nostrum.

FESTA FEBRVARII.

IN FESTO SANCTI Ignatij episcopi, & mar. Intr. 2. die. 1.



Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. gal. 6. Psal. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. psa. 131.

Oratio.

DEus qui nos beati Ignatij martyris tui atq; pontificis annua sollemnitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdẽ ẽt ꝓtectione gaudeamꝰ. Per.

Lec. epl'ę B. Pauli apl'i ad Romanos.

FRatres. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.) Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Cristo Iesu domino nostro. ca. 8.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. ecc. 44.

Alleluia, alleluia. ℣. Christo confixus sum cruci: viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus Desiderium animæ eius. vt in communi martyr. pontifi. f. 211.

Euangelium. Nisi granum. de com muni martyr. fol. 212.

Offertorium. Gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum domine. psa. 8

MVnera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Ignatio martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Communio. Frumentũ Christi sum dentibus bestiarũ molar, vt panis mundus inueniar.

Postcomm.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus, dñe deus noster, vt cuius exequimur cultum, intercedẽte Btõ Ignatio Martyre tuo, atque Pontifice, sentiamus effectũ. Per dominum nostrum.

¶ In festo Purificationis beatæ Mariæ. ¶ Si hoc festum venerit in Dñicis Septuagesimę, Sexagesimę, & Quinquagesimę, fiat tãtum cãdelarum bñdictio, distributio, & processio, & dicatur missa de Dñica: Missa vero festi transferatur in sequẽtem diẽ. ¶ Finita tertia. Sacerdos ĩdutus pluuiali violaceo vel sine casula, cũm miñistris indutis, procedit ad benedicendum candelas in medio ante altare positas, dicendo. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DOmine sancte, pater omnipotẽs, æterne deus, qui omnia ex nihilo creasti: & iussu tuo per opera apum, hunc liquorem ad perfectionem cerei euenire fecisti: & q hodierna die petitionem iusti Simeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has cãdelas ad vsus hominum, & sanitatem corporum, & animarum, siue in terra, siue in aquis, per inuocationem tui sanctissimi nominis, & ꝑ intercessionem beatæ Marię semper virginis, cuius hodie festa deuote celebrantˢ: & ꝑ preces oĩum sanctorũ tuorũ, bene ✠ dicere, & sanctifi ✠ care digneris: & huius plebis tuæ, q̃ illas honorifice in manibus desiderat portare, teque cantando laudare exaudias voces de cœlo sancto tuo, & de sede maiestatis tuæ: & propitius sis omnibus clamantibus ad te: quos redemisti pretioso sanguine filij tui. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia sæcula sæculorũ. ℟. Amen. Oremus.

Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui hodierna die vnigenitum tuum vlnis sancti Simeonis in tẽplo sancto tuo suscipiendum præsentasti: tuam supplices deprecamur clementiam: vt has cãdelas, quas nos tui famuli, in tui noĩs magnificentia suscipiẽtes, gestare cupimus luce accẽsas: bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare, atq; lumine supernæ bñdictionis accendere digneris: quatenus eas tibi dño deo nr̃o offerendo, digni, & sãcto igne dulcissimæ charitatis tuæ succẽsi, in templo sancto glorię tuæ representari mereamur. Per eũdem dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus.

DOmine Iesu Christe, lux vera: qui illuminas oẽm hominem veniẽtẽ in hunc mundũ: effunde bene ✠ dictionẽ tuã super hos cereos & sancti ✠ fica eos lumine grãæ tuę: & cõcede ꝓpitius: vt sicut hæc luminaria igne visibili accẽsa, nocturnas depellũt tenebras: ita corda nr̃a inuisibili igne, idest, sancti spiritus splẽdore illustrata, oĩum vitiorũ cęcitate ca

reant: vt purgato mentis oculo, ea cernere possimus, quæ tibi sunt placita, & nostræ saluti sunt vtilia: quatenus post huius sęculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficientem ꝑuenire mereamur: Per te Christe Iesu saluator mundi, qui in Trinitate ꝑfecta viuis, & regnas deus, per omnia scl'a sclorum. ℞. Amen. Orem⁹.

OMnipotens sempiterne deus, qui per Moysen famulū tuum purissimum olei liquorem ad luminaria ante conspectum tuū iugiter concinnanda præparare iussisti: bene ✠ dictionis tuæ gratiam sup hos cæreos benignus infunde: quatenus sic admi nistrent lumē exterius, vt te donante, lumen spiritus tui, nostris non desit mentibus interius. Per dominum. in vnitate eiusdē. ℞. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe: q̄ hodierna die in nostræ carnis substātia inter homines apparens, a parentibus in templo es præsentatus: quē Simeō venerabilis senex, lumine spiritus tui irradiatus, agnouit, suscepit, & benedixit: ꝑsta propitius: vt eiusdem spiritus sancti gratia illuminati atq; edocti, te veraciter agnoscamus & fideliter diligamus: Qui cum deo patre in vnitate eiusdem spiritus sancti viuis & regnas, deus, ꝑ omnia sæcula sæculorum. ℞. Amen.

¶ Cōpleta bñdictione, celebrans aspergit cādelas aqua bñdicta, & adolet incēso: deīde dignior ex clero accedit ad altare, & ab eo celebrans accipit candelā accensam non genuflectens, nec osculās manum illius. Postea celebrans distribuit candelas accensas: primū digniori a quo ipse acceperat: deinde Diacono & Subdiacono paratis, & alijs ꝑ ordinē oībus genuflectētibus cādelā, & manū celebrantis osculantibus, exceptis plātis, vbi aderūt. Et cū inceperit distribuere, a choro cantatur Antiphona.

L umen ad reuelationē gētiū, & gloriā plebis tuæ Israel. Cāticū. Nūc dimittis. Ita quod post quemlibet versum Cantici, & post Gloria patri, & Sicut erat. repetatur tota antiphona L umen ad. His expletis cātat, Aña. *(pſa. 48.)*



EXurge domine, adiuua nos: & libera nos propter nomē tuū. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annūciauerunt nobis. ℣. Gloria patri. Itē repetitur. E xurge domine. Deinde dicat sacerdos. O remus. Et diaconus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Si tñ intra Septuagesimā euenerit. Oratio.

EXaudi, quæsumus domine, plebem tuam: & quæ extrinsecus annua tribuis deuotione venerari, interius assequi gratiæ tuæ luce concede. Per Christum dominum nostrum. ℞. Amen. Deinde fit processio: Posito in thuribulum incenso per celebrantem, præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante, deinde Diacono vertente se ad populum. & dicēte Procedamus in pace. & choro. ℞.

In nomine Christi Amen. Subdiaconus paratus deferens crucem medius inter duos accolythos cum candelabris accensis, quod seruatur in omnibus processionibus: Sequitur clerus per ordinem, vltimo celebrans cum Diacono in paramentis violaceis, omnes cum candelis accensis, & interim cantantur antiphonæ sequentes. Antiphona. A dorna thalamum tuū Siō, & suscipe regem Christum: amplectere Mariam: quæ est cœlestis porta: ipsa enim portat regem gloriæ noui luminis: subsistit virgo, adducens manibus filium, ante Luciferum genitū: quem accipiens Simeon in vlnas suas prædicauit populis, dominum eum esse vitæ & mortis, & saluatorem mundi. Alia antiphona. R esponsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christū domini: & cum inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas suas & benedixit deum, & dixit, Nunc dimittis seruum tuum domine in pace. ℣. Cum inducerēt puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum cōsuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas. Et ingrediendo ecclesiam cantatur. ℞. Obtulerunt pro eo, domino par turturum: aut duos pullos columbarum. Sicut scriptum est in lege domini. ℣. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem: vt sisterent eum domino. Sicut scriptum. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut scriptum est. Finita processione celebrans, & ministri depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missa. *(luc. 2. — lu. 2.)*

IN FESTO PVRIFICATIONIS B. Marię ad missam. Introitus. I. *(die. 2.)*



SVscepimus deus misericordiā tuā, in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua. Psalmus. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria. Oro. *(pſa. 47.)*

OMnipotens sempiterne deus, maiestatem tuam supplices exoramus, vt sicut vnigenitus fili⁹ tu⁹ hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eundem dominum.

Lectio Malachiæ prophetæ.

ca. 3.

HÆc dicit domin⁹ deus. Ecce, ego mitto angelũ meũ: & p̃parabit viã ante faciẽ meã. Et statī veniet ad tẽplũ sanctũ suũ dominator, quẽ vos q̃ritis: & angelus testī, quẽ vos vultis. Ecce venit dicit dñs exercituũ. Et quis poterit cogitare diẽ aduentus eius? Et q̃s stabit ad videndũ eũ? Ipse enim quasi ignis cõflãs, & quasi herba fullonũ. Et sedebit cõflãs, & emũdãs argẽtũ: & purgabit filios Leui: & colabit eos quasi aurũ & quasi argẽtum: & erunt dño offerẽtes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificiũ Iuda, & Hierusalẽ, sicut dies sęculi, & sicut anni antiqui. Dicit dñs oĩpotẽs.

psa. 47.

Graduale. Suscepim⁹ deus misericordiã tuã in medio tẽpli tui: secundum nomen tuum deus, ita & laus tua in fines terrę. ℣. Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Alleluia, alla. ℣. Senex puerum portabat: puer autem senem regebat. Alleluia. Sequens tractus dicit͂ si hoc festum venerit post dñicam Septuagesimæ. Tractus.

Lu. 2.

Nunc dimittis seruum tuum dñe, s͂m verbum tuum, in pace. ℣. Quia viderũt oculi mei salutare tuum. ℣. Quod parasti ante faciem omnium populorum. ℣. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriã plebis tuę Israel. Dum cantatur Euangelium tenentur candelę accensæ ab astantibus, & in eleuatione Sacramenti vsq; ad Comm.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c. 2.

IN illo tempore. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legẽ Moysi: tulerunt Iesum in Hierusalẽ, vt sisterent eum domino. (sicut scriptũ est in lege domini. Quia oẽ masculinum adaperiẽs vuluã, sanctum domino vocabitur.) Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce, homo erat in Hierusalem, cui nomẽ Simeõ & homo iste iustus & timoratus, expectans cõsolationem Israel: & Spiritus sanctus erat in eo. Et respõsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas: & benedixit deũ, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei, salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. dr̃. Credo. Offertor.

leu. 12.

psa. 44.

Diffusa est gratia in labijs tuis: p̃ptærea benedixit te deus in æternum, & in sæculum sęculi. Secreta.

EXaudi domine preces nostras: & vt digna sint munera, quæ

oculis tuæ maiestatis offerimus, subsidium nobis tuæ maiestatis impendę. Per dominum nostrum.

Pręfatio de Natiuitate Dñi. Comm.

Lu. 2.

Responsum accepit Simeon a spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum domini. Postcom.

QVæsumus domine deus noster vt sacrosancta mysteria, q̃ pro reparationis nostræ munimine contulisti, intercedẽte btã Maria semper virgine, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per dominum nostrum.

die. 3.

¶ Sancti Blasij episcopi, & martyris, Missa. Sacerdotes dei. vt in communi vnius martyris põtificis. f. 251

die. 5.

IN FESTO SANCTÆ Agathæ virginis & mar. Intro.



GAudeamus omnes in dño, diem festũ celebrãtes, sub honore beatę Agathę martyris: de cuius passione gaudent angeli, & collaudãt filium dei. Psalm.

psa. 44.

Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui inter cætera potentię tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij cõtulisti: cõcede propitius: vt q̃ btẽ Agathæ virginis & martyris tuæ natalitia colimus per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum.

Lec. eplę B. Pauli apl̃i ad Corīthios.

1. c. 1.

FRatres: Videte vocationẽ vestrã: quia nõ multi sapiẽtes secũdũ carnẽ, nõ multi potẽtes, nõ multi nobiles: sed q̃ stulta sũt mũdi elegit deus, vt cõfundat fortia: & ignobilia mũdi, & cõtẽptibilia elegit deus, & ea q̃ nõ sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt nõ glorieẽ oĩs caro in cõspectu eius. Ex ipso autẽ vos estis in Christo Iesu: q̃ factus est nobis sapiẽtia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: vt quemadmodum scriptũ est, qui gloriatur, in domino glorietur. Graduale.

psa. 45.

Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum suũ altissimus. Ante Septuagesimam. Alla, Alleluia. ℣. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non cõfundebar. Alla. Post Septuagesi. Tractus.

ibidẽ,

psa. 128

Qui seminant ĩ lachrymis: in gaudio metẽt. ℣. Eũtes ibãt & flebãt, mittentes semina sua. ℣. Veniẽtes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 19.

IN illo tpe. Accesserũt ad Iesum Pharisęi, tẽtãtes eũ, & dicẽtes. Si licet hoĩ dimittere vxorẽ suã ex quacũq; causa? Qui rñdẽs, ait eis. Nõ legistis: q̃a q̃ fecit hominẽ ab initio, masculũ, & fęminã fecit eos? Et dixit. Propter hoc, dimit

tet homo patrē, & matrem, & adhæ
rebit vxori suæ. & erūt duo in carne
vna. Itaq; iam non sunt duo: sed vna
caro. Quod ergo de⁹ cōiūxit, hō nō
separet. Dicunt illi. Quid ergo Moy
ses mādauit dari libellum repudij, &
dimittere? Ait illis. Quoniā Moyses
ad duritiā cordis vestri permisit vo-
bis dimittere vxores vestras: ab ini-
tio aūt non fuit sic. Dico autē vobis:
quia quicūq; dimiserit vxorē suā, ni
si ob fornicationē, & aliā duxerit, mę
chatur: & qui dimissam duxerit, mę-
chatur. Dicūt ei discipuli eius. Si ita
est causa hoīs cū vxore, non expedit
nubere. Qui dixit illis. Non oēs ca-
piunt verbū istud: sed q̃bus datū est.
Sunt enim eunuchi, qui de matris v-
tero sic nati sunt: & sunt eunuchi, q̃
facti sunt ab hoībus: & sunt eunuchi
qui seipsos castrauerunt propter re-
gnū cœlorū. Qui pōt capere, capiat.

psa. 44.

Offertorium. Offerentur regi virgi-
nes post eam: proximæ eius offeren-
tur tibi. Secreta.

SVscipe dñe munera, quæ in bea-
tæ Agathæ virginis, & martyris
tuæ solēnitate deferimus: cuius nos
confidimus patrocinio liberari. Per
dominum. Communio.

Qui me dignatus est ab oī plaga cura
re, & mammillam meo pectori restitue
re: ipsum inuoco deum viuū. Postcō.

AVxilientur nobis dñe sumpta
mysteria: & intercedēte beata
Agatha virgine & martyre tua, sem-
piterna ꝑtectione cōfirmēt. Per do.

Die 6.

¶ Sanctæ Dorotheæ virg. & marty-
ris, Missa. Me expectauerunt. vt in
cōi virginum, & martyr. fol. 264.

Die 9.

¶ Sanctæ Apolloniæ virg. & marty.
Missa. Loquebar de testimonijs tuis
in communi virg. & mart. fol. 263.

Die 14.

¶ Sancti Valentini ꝑsbyteri, & mar
tyris, Missa. In virtute tua domine.
de communi vnius marty. fol. 251.
præter orationem quæ dr̃ vt infra.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens
deus: vt qui beati Valentini mar
tyris tui natalitia colimus, a cunctis
malis imminentibus, eius interces-
sione liberemur. Per dominum no-
strum Iesum Christum. Secreta:

OBlatis, quæsumus domine, pla
care muneribus: & interceden
te beato Valentino martyre tuo, a
cunctis nos defende periculis. Per
dominum nostrum. Postcomm.

SIt nobis domine reparatio men
tis & corporis cœleste mysteriū:
vt cuius exequimur actionem, inter-
cedente beato Valentino martyre
tuo sentiamus effectum. Per dñm.

Die 15.

¶ Sanctorum martyrum Faustini,
& Iouitæ, Missa. Salus autem iustorū
vt in cōi plurimorū martyr. f. 256.

Die 18.

¶ Sancti Simeonis episcopi, & mar
tyris, Missa. Statuit ei dominus. de
communi vnius mart. pont. f. 251.

Die 22.

¶ In Cathedra Antiochena sancti
Petri apostoli, omnia dicuntur sicut
in festo Cathedræ Romanæ, vt su-
pra. folio. 193.

Die 23. vel 24.

¶ In Vigilia sancti Matthiæ. Missa.
Ego autem sicut oliua. in commu-
ni Apostolorum. f. 350. Si hæc vigi-
lia venerit in Quadragesima, fit de ea
tantum commemoratio.

Die 24 vel 25.

IN FESTO SANCTI Matthiæ apostoli. Introitus. 2.



psa. 138

MIhi au-
tem ni-
mis honorati
sunt amici tui
deus: nimis cō
fortatus est prī
cipatus eorum.
Psalmus. Dñe
probasti me, &
cognouisti me
tu cognouisti sessionem meam, & re-
surrectionem meam. ℣. Gl'a. Oratio.

ibidē.

DEus qui beatum Matthiam a-
postolorum tuorum collegio
sociasti: tribue, quæsumus: vt eius in
teruentione, tuæ circa nos pietatis
semper viscera sentiamus. Per dñm.

Lectio Actuum Apostolorum.

c. 1.

IN diebus illis. Exurgens
Petrus in medio fratrum,
dixit. (Erat autē turba ho-
minum simul, fere centum viginti.)
Viri fratres, oportet impleri scriptu-
ram, quam prædixit Spiritus sanctus
per os Dauid, de Iuda, q̃ fuit dux eo-
rum, q̃ cōprehēderūt Iesum: q̃ cōnu
meratus erat in nobis, & sortitus est
sortē ministerij hui⁹. Et hic q̃dē pos
sedit agrū de mercede iniq̃tatis: &
suspēsus crepuit medius, & diffusa
sunt oīa viscera eius. Et notū factum
est oībus habitantibus Hierusalē: ita
vt appellaretur ager ille, lingua eorū
Haceldema, hoc est, ager sanguinis.
Scriptū est enim in libro Psalmorū.
Fiat cōmoratio eius deserta: & non
sit qui inhabitet in ea, & episcopatū
eius accipiat alter. Oportet ergo ex
his viris q̃ nobiscū sunt cōgregati, ī
oī tpe quo ītrauit: & exiuit īter nos
dñs Iesus, incipiēs a baptismate Ioā
nis vsq; ī diē qua assumptus est a no
bis, testē resurrectionis eius nobiscū
fieri vnū ex istis. Et statuerūt duos, Io
seph q̃ vocabat̄ Barsabas, qui cogno
minatus est iustus: & Matthiā. Et orā
tes dixerūt. Tu dñe qui nosti corda
oīm, ostēde quē elegeris ex his duo-
bus vnū, accipere locū ministerij hu
ius & apostolatus, de quo ꝑuaricat⁹
est Iudas vt abiret in locū suū. Et de-
derūt sortes eis: & cecidit sors super
Matthiam, & annumeratus est cum
vndecim Apostolis. Graduale.

psa. 138

Nimis honorati sunt amici tui deus:
nimis cōfortatus est prīcipatus eorū.
℣. Dinumerabo eos: & sup arenā mul
tiplicabunt̄. Tract⁹. Desideriū aīę ei⁹
tribuisti ei: & volūtate labiorū ei⁹ nō

psa. 20.

fraudasti eū. ℣. Qm̄ ꝑuenisti eū ī bn̄di
ctionibus dulcedinis. ℣. Posuisti ī ca-
pite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti euangelij secun-
dum Matthæum.

ca. 11.

IN illo tpe rn̄dēs Ies⁹ dixit. cōfiteor
tibi pr̄, dñe cęli, & terę: q̃a abscōdi

sti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Ita pr̄: quoniam sic placitū fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neq; patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: & discite a me, q̄a mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiē animabus vestris. Iugū enim meum suaue est: & onus meū leue. dicitur Credo. Offertor. [psa. 44.] Constitues eos principes super omnem terrā, memores erūt noīs tui dn̄e in oī progenie & generatione. Secr. Hostias tibi domine, quas noī tuo sacrandas offerimus, sancti Matthię prosequatur oratio: ꝑ quā nos expiari facias, & defēdi. Per do. Præfatio de apostolis. Communio. [ma. 19.] Vos, q̄ secuti estis me, sedebitis sup̄ sedes: iudicantes duodecī tribus Israel. Postcommunio. Præsta, quæsumus omnipotens deus: vt per hęc sancta quæ sumpsimus, interueniēte beato Matthia apostolo tuo, veniam consequamur & pacem. Per dominum nostrum.

FESTA MARTII.

IN FESTO SANCTI Thomæ de Aquino. Introit. 6.

[die. 7.] [ecc. 15.]



In medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eū dn̄s spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam glorię induit eū. Psalmus. [psa. 91.] Bonū est confiteri dn̄o, & psallere noī tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oro. Deus qui ecclesiā tuā beati Thomæ confessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fœcūdas: da nobis quæsumus, & quæ docuit intellecta conspicere, & q̄ egit imitatione cōplere. Per dn̄m. Secūda oratio de feria, tertia vt seq̄t. Pro cōmemoratione sanctarū martyrum Perpetuæ & Felicitatis. Oro. Da nobis, quæsumus domine, sanctarum martyrum tuarum Perpetuæ, & Felicitatis palmas īcessabili veneratione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dominum nostrum. Epistola. Iustus cor suum tradidit. de communi doctorum. fol. 261. Graduale. [psa. 36.] Os iusti meditabitur sapiētiā: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Tract⁹. [psa. 111.] Beatus vir qui timet dominum: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi. Euange. Vos estis sal terræ. De eodem cōmuni. fol. 261. dicitur. Credo. Offertorium. [psa. 91.] Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. Secreta. Sancti Thomæ confessoris tui at-

que doctoris nobis domine pia nō desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgētiā semper obtineat. Per dominum. Pro cōmemoratione sanctarū martyrum Perpetuæ & Felicitatis. Secr. Intende quæsumus domine munera, altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuarum Perpetuæ & Felicitatis festiuitate ꝓposita: vt sicut ꝑ hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiris. Per dominum nostrum. Communio. [ma. 2.] Fidelis seruus, & prudēs quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcomm. Vt nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus Thomas confessor tuus, & doctor egregius, q̄sumus ꝑcator accedat. Per dn̄m. Pro cōmemoratione sanctarū martyrū Perpetuæ, & Felicitatis. Postc. Præsta nobis quęsumus domine intercedentibus sanctis martyribus tuis Perpetua & Felicitate: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nostrū.

IN FESTO SANCTORVM Quadraginta martyrum. Intr.

[psa. 33.]



Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Psal. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. [ibidē.] Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc &c. Oratio. Præsta quæsumus omnipotens deus: vt, qui gloriosos martyres, fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū qui tecum viuit & regnat. Epistola. Sancti per fidem. de communi plurimorū martyrum. f. 257. Graduale. [psa. 132.] Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron. Tractus. [psa. 125.] Qui seminant in lachrymis in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, & flebant: mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Euangelium. Descendens Iesus de monte. de eodem communi. fol. 256. Offertorium. [psa. 31.] Lætamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta. Sacrificijs præsentibus, quæsumus domine, intende placatus: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis, & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate. Communio.

ma. 12. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit dñs. Postc.

Quæsumus, omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per dñm.

Die 12.

IN FESTO SANCTI Gregorij Papę, & confessoris, & doctoris ecclesiæ. Intro. 6



Sacerdotes Dei benedicite dñm: sancti, & humiles corde laudate deum. Psalm⁹. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate, & superexaltate eum in sæcula. ℣. Gloria. Oratio.

Dã. 3. ibidé.

Deus, qui aïæ famuli tui Gregorij, æternæ beatitudinis pmia cõtulisti: cõcede propitius: vt q peccatorũ nrorũ pondere pmimur, eius apud te pcibus subleuemur. Per do. Epistola Testificor corã Deo. de cõmuni doctorum. fol. 260. Gradu. Iurauit dñs, & nõ pœnitebit eũ tu es sacerdos in æternum ſm ordinẽ Melchisedec. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Tractus. Beatus vir q timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣ Potẽs ĩ terra erit semẽ eius: gñratio rectorũ benedicet. ℣ Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi. Euangelium. Vos estis sal terræ. de eodem cõi. f. 261: dr Credo. Off. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in noïe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

psa. 109. psa 111. psa. 88

Annue nobis, quæsumus domine, vt intercessione beati Gregorij hæc nobis prosit oblatio, quã immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dñm. Comm. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

ma. 24.

Deus, qui beatum Gregorium pontificem tuum, sanctorum tuorum meritis coæquasti: concede propitius: vt qui commemorationis eius festa recolimus, vitæ quoq; imitemur exempla. Per dominum.

Die 19.

IN FESTO SANCTI Ioseph confessoris. Introitus. 1



Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo domini, in atrijs dom⁹ dei nostri. Psalmus. Bonum est cõfiteri dño: & psallere noï tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

psa. 91. ibidé.

Sanctissimę genitricis tuæ sponsi quæsumus dñe, meritis adiuuemur, vt quod possibilitas nostra nõ obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui viuis & regnas. Epistola. Dilectus deo. de cõi Abba. f. 263. Graduale. Dñe præuenisti eũ in bñdictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide ptioso. ℣. Vitã petijt a te, & tribuisti ei longitudinẽ dierum, in sęculum sęculi. Tractus Beatus vir, qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs ĩ terra erit semẽ eius: gñatio rectorũ bñdicet. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sęculũ sęculi. Post pascha. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum dñs, & ornauit eum: stolã glorię induit eum. Alla. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in ęternum ante dominum. Alleluia. Euãgelium. Cum esset despõsata. vt in vigilia Natiuitatis Domini. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta.

psa. 111. ecc. 45. ose 14. psa. 88.

Debitũ tibi dñe nrę reddimus seruitutis, suppliciter exorãtes vt suffragijs beati Ioseph sponsi genitricis filij tui Iesu Christi dñi nri, ĩ nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandã festiuitatẽ, laudis tibi hostias immolamus. Per eundẽ. Cõm. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã: qd̃ enĩ ĩ ea natũ ẽst, de spiritu sancto est. Postcomm.

ma. 1

Adesto nobis, quæsumus, misericors deus: & intercedente ꝓ nobis beato Ioseph confessore tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per dominum nostrum.

¶ In festo sancti Benedicti abbatis Missa. Os iusti. de cõi abbatũ. f. 263

Die 21.

¶ De festis duplicibus & semiduplicibus, q̃ veniũt a Dñica palmarũ vsq; ad octauã Paschæ, nihil fit: sed post octauã celebrant: & tũc ĩ fine Introitus añ psalmum dicuntur duo. Alleluia. in fine offertorij, & communionis vnum. Alleluia. Post epistolam non dicitur Graduale: sed tantum. Alleluia. dicuntur cum suis versibus. Et hoc idem obseruatur in omnibus festis, quæ celebrantur inter Pascha, & Pentecosten.

Die 25.

IN FESTO ANNVNCIAtionis beatæ Mariæ virginis. Introitus. 2



Vultum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis adducẽtur regi virgines post eã: ꝓximæ ei⁹ adducẽt tibi in lætitia, & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria.

psa. 44. ibidé.

Oratio.

DE⁹, q̃ de beatę Mariæ, virginis vtero verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis, vt qui vere eam dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem dominum.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

ca. 7

IN diebus illis. Locutus est dñs ad Achaz, dicens, Pete tibi signum a dño deo tuo, in profundum inferni: siue in excelsum supra Et dixit. Achaz. Non petam, & non tẽtabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nũquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signũ. Ecce, virgo cõcipiet, & pariet filiũ: & vocabit nomẽ ei⁹ Emmanuel, Butyrũ & mel comedet: vt sciat reprobare malũ & eligere bonũ. Gra.

psa. 44.

Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in æternum. ℣. Propter veritatem, & mãsuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Tractus.

Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filiæ regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. ℣. Adducẽtur in lætitia & exultatione: adducentur in tẽplũ regis. Post pascha, dimissis graduali, & tractu dr.

Allel uia, allã. ℣. Aue Maria gr̃a plena: dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Allã. ℣. Virga Iesse floruit: virgo deum & hominem genuit: pacem deus reddidit, in se reconcilians ima summis, alleluia.

luc. 1.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c. 1.

IN illo tempore. Missus est angelus Gabriel a deo, in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis, Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Quæ cũ audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: ĩuenisti enim gratiam apud deũ. Ecce concipies in vtero: & paries filiũ, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi dñs deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis, est sex-

tus illi, quæ vocatur sterilis: quia nõ erit impossibile apud deũ omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum: Dicitur Credo. Offert.

luc. 1.

Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus nostris, q̃sumus dñe, vere fidei sacramenta cõfirma: vt qui conceptum de virgine deum verum & hominem confitemur, ꝑ eiusdem salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternã mereamur peruenire lætitiã. Per eũdẽ dñm Præfatio.

Et te ĩ annũciatione. Communio.

isai. 7.

Ecce, virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel.

Postcommunio.


GRatiam tuã q̃s, domine mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eũdẽ.

Die 11.

FESTA APRILIS

IN FESTO SANCTI Leonis Papæ & cõfess. Introitus.

ecc. 45.



Tatuit ei dominus testamentũ pacis: & principem fecit eum: vt sit illi Sacerdotij dignitas in æternum. Psal.

psa. 131.

Memento dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri.

Oratio.

EXaudi, quæsumus dñe, ꝓces nostras, quas in beati Leonis confessoris tui atq; pontificis sollemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnib⁹ nos absolue peccatis. Per dominum. Epistola.

Ecce sacerdos magnus. de communi confess. pont. fol. 259. Grad.

ecc. 44.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui cõseruaret legẽ excelsi.

Tractus. Beatus vir q̃ timet dominũ. de communi confess. pontifi. fol. 259.

psa 109

Post pascha. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Alleluia. ℣. Hic est sacerdos: quẽ coronauit dominus, alleluia. Euangelium.

Venit Iesus in partes Cæsareæ. vt supra in Cathedra. fol. 193. Offerto.

psa. 88.

Inueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum cõfortabit eum. Secreta.

SAncti Leonis confessoris tui atq; pontificis, quæsumus domine, annua sollemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratię tuę dona conciliet. Per dñm. Comm.

ma. 24.

Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

DEus fidelium remunerator animarum, præſta: vt beati Leonis confeſſoris tui atq; pontificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus indulgentiam conſequamur. Per dominum noſtrum.

(Die 14.) ¶ Sanctorum martyrũ Tyburtij, Valeriani, & Maximi. Si venerit ante paſcha, & voluerit quis de eis miſſam celebrare, omnia dicantur de communi plurimorum martyrum extra tempus paſchale. Si autem venerint poſt paſcha, dicitur ſequens miſſa. Quod & in ſimilibus ſeruatur. Introitus.

(pſa. 144) SAncti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent: alleluia, alleluia. Pſalmus. Exaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in ſęculũ, & in ſęculum ſęculi. ℣. (ibidẽ.) Gloria patri, & filio. Oratio.

PRæſta quæſumus, omnipotens deus, vt qui ſanctorum martyrũ tuorum Tyburtij, Valeriani, & Maximi ſolemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per dominum.

Epiſtola. Stabũt iuſti. de cõi marty. tempore paſchali. folio. 253.

Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine florebunt ſicut lilium: & ſicut odor balſami erunt ante te, Alleluia. ℣. (pſa. 115.) Pretioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius, alleluia. Euangelium. Ego ſum vitis vera. de eodem communi. folio. 253. Offertorium. (pſ. 31.) Lętamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

HÆc hoſtia, quæſumus domine, quam in ſanctorum tuorum natalitijs recenſentes offerimus & vincula noſtræ prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per dominum noſtrum.

Communio. Gaudete iuſti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. (pſa. 32.) Poſtcommunio.

SAcro munere ſatiati, ſupplices te domine deprecamur: vt quod debitæ ſeruitutis celebramus officio ſaluationis tuæ ſentiamus augmentum. Per dominum noſtrum.

(Die 27.) Sancti Aniceti Papæ, & marty. Miſſa de communi vnius marty. tempore paſchali, cum oratione. Deus qui nos beati. folio. 251. Et euangeliũ. Amen amen dico vobis quia plorabitis. folio. 255.

(Die 22.) ¶ In feſto ſanctorum martyrum, & pontificum Soteris & Caij, Miſſa de communi plurimorum martyrum tempore paſchali, cum oratione. Beatorum martyrum tuorum pariterque pontificum. fol. 254.

Et epiſtola Poſt hæc ego Ioannes. folio. 254. Et euangelium. Ego ſum vitis vera. fol. 253.

IN FESTO SANCTI Georgij martyris. Introitus. 7

(Die 23.) (pſa. 63.) PRotexiſti me deus a conuentu malignantium, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, alleluia,

luia,

(ibidẽ.) leluia, alleluia. Pſalmus. Exaudi de⁹ orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus q̃ nos beati Georgij martyris tui meritis, & interceſſione lætificas: concede propitius: vt q̃ tua per eum beneficia poſcimus, dono tuæ grãe cõſequamur. Per dñm.

Epiſtola. Memor eſto. de cõi vnius martyris extra tẽpus paſchale. f. 252

(pſa. 88.) Alleluia, alleluia. ℣. Cõfitebunt cęli mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuã in eccleſia ſanctorum, alleluia. ℣. (pſa. 20.) Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo, alleluia.

Euangelium. Ego ſum vitis: & vos palmites. de cõi tpe paſchali. f. 253.

(pſa. 88.) Offertorium. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: & veritatem tuã in eccleſia ſanctorũ, alleluia, allã. Secr.

MVnera domine oblata ſanctifica: & intercedente beato Georgio martyre tuo, nos per hæc a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per dominum. Commu.

(pſa. 63.) Lętabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Poſtcomm.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſeruire. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

IN FESTO SANCTI Marci euangeliſtæ. Introitus. 7


(Die 25.)



(pſa. 63.) PRotexiſti me deus a conuẽtu malignantiũ, allã: a multitudine operantium iniquitatẽ, allã, allã. Pſalm⁹. (ibidẽ.) Exaudi deus orationem meã cum depcor: a timore inimici eripe animã meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

DE⁹ q̃ beatũ Marcũ euãgeliſtã tuũ, euãgelicę pdicationis grã ſublimaſti: tribue, qs: ei⁹ nos ſp & eruditione pficere, & orone defẽdi. Per.

Lectio Ezechielis prophetæ: (c. 1.)



SImilitudo vultus quatuor animalium, facies hoĩs, & facies Leõis a dextris ipſorũ quatuor: facies autẽ Bouis, a ſiniſtris ipſorũ quatuor: & facies Aquilę deſup ipſorũ quatuor. Et facies eorũ & pęnę eorũ extẽtę deſup: duę pęnę ſingulorũ iũgebant, & duæ tegebãt corpa eorũ. Et vnũquodq; eorũ corã facie ſua ambulabat. Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebant: nec reuertebant cũ ambularẽt. Et ſimilitudo aĩaliũ, & aſpect⁹ eorũ, quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum. Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplendor ignis, & de igne

fulgur

fulgur egrediens.Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Alleluia,alleluia. ℣. Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuã in ecclesia sanctorum,Alleluia. ℣. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide pretioso,Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Designauit Dñs,& alios septuagintaduos,& misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus.Et dicebat illis.Messis quidẽ multa:operarij autem,pauci.Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.Ite.Ecce,ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum,neq; perã, neque calceamenta: & neminem p viam salutaueritis. In quãcunq; domum intraueritis,primũ dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illũ pax vestra: sin autem,ad vos reuertetur. In eadẽ autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis,& susceperint vos: manducate q̃ apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa sunt: & dicite illis. Appropinquauit in vos regnũ Dei. dicitur Credo. Offertorium.

Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: & veritatem tuã in ecclesia sanctorum.Alleluia, alleluia. Secreta.

Beati Marci euangelistæ tui sollẽnitate, tibi munera deferentes, quæsumus domine:vt sicut illum p̃dicatio euangelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessione, & verbo, & opere tibi reddat acceptos. Per dominum nostrum.

Præfatio de apostolis. Communio.

Lætabitur iustus in dño,& sperabit in eo: & laudabuntur oẽs recti corde, alleluia,alleluia. Postcommun.

Tribuant nobis,quæsumus domine,continuum tua sancta p̃sidium:quo beati Marci euangelistę tui precibus, nos ab omnibus semper tueantur aduersis: Per dominũ.

¶ In festo sanctorum Cleti & Marcellini pontific. & marty. Missa.

Sancti tui domine benedicent te. de communi plurim. marty. tempore paschali,excepta oratione quæ dicitur vt infra. Oratio.

Beatorum martyrum, pariterq; pontificum Cleti & Marcellini nos domine foueat pretiosa confessio:& pia iugiter ĩtercessio tueatur. Per dominum nostrum. Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris, quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus, vt qui nostræ iustitię fiduciam non habemus: eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur.Per dominum nostrum Iesum Christum:

Postcommunio.

Postcommunio.

Quæsumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt quorũ sollemnia celebramus: eorũ orationibus adiuuemur. Per dñm.

¶ Sancti Vitalis martyris. Missa de communi vnius marty. tempore paschali. fol 251. Oratio.

Præsta quæsumus,vt qui beati.

FESTA MAII.

IN FESTO SANCTORUM apostolorum Philippi, & Iacobi. Introitus.



Clamauerũt ad te domine in tẽpore afflictionis suæ: & tu de cœlo exaudisti eos, Alleluia, alleluia. psal. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri,& filio,& spiritui sancto. Oratio.

Deus,qui nos annua apostolorum tuorum Philippi & Iacobi sollemnitate lætificas:præsta quæsumus:vt quorum gaudemus meritis,instruamur exemplis. Per dñm.

Lectio libri Sapientiæ.

Stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerũt:& q abstulerũt labores eorũ. Videtes turbabunt timore horribili, & mirabunt in subitatione insperatæ salutis, dicẽtes ĩtra se,pęnitẽtiã agẽtes, & præ angustia spiritus gementes.Hi sunt, quos aliquãdo habuimus in derisum, & ĩ similitudinẽ improperij.Nos insensati,vitã illorũ æstimabamus insaniã & finem illorum sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei:& inter sanctos,sors illorũ est.

Alleluia,alla. ℣. Confitebuntur cœli mirabilia tua dñe:etenim veritatẽ tuã in ecclesia sanctorum. Alleluia. ℣. Tanto tẽpore vobiscum sum,& nõ cognouistis me?Philippe, q videt me, videt & patrem meum,Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum, Creditis in Deum:& in me credite.In domo patris mei,mãsiones multæ sũt. Si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locũ Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterũ veniã,& accipiã vos ad meipsum:vt vbi ego sum,& vos sitis. Et quo ego vado,scitis,& viã scitis.Dicit ei Thomas. Dñe, nescimus quo vadis: & q̃uo possumus viam scire?Dicit ei Iesus.Ego sum via,veritas,& vita. Nemo venit ad patrẽ,nisi per me.Si cognouissetis me, & patrẽ meũ vtique cognouissetis: & amodo cognoscetis eũ,& vidistis eum. Dicit ei Philippus.Dñe,ostende nobis patrẽ:& sufficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto tpe

vobiscum

vobiſcum ſum: & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt, & patrem. Et quomodo tu dicis: oſten de nobis patrem? Non credis quia ego in patre: & pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis, a me ipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioquin ꝑpter opera ipſa credite. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet: & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Dicitur. Credo. Offer. Confitebuntur cęli mirabilia tua dñe & veritatem tuam in eccleſia ſanctorũ alleluia, alleluia. Secreta.

pſa. 88.

MVnera domine, quæ pro apoſtolorum tuorum Philippi, & Iacobi ſollemnitate deferimus, propitius ſuſcipe: & mala omnia q̃ meremur auerte. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum.

Præfatio de apoſtolis. Communio. Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, q̃ videt me, videt & patrem meum, alleluia: nõ credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Alleluia, alleluia. Poſtcom.

Io. 14.

QVæſumus domine, ſalutaribus repleti myſterijs: vt quorũ ſolẽnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſt um filium tuũ qui tecum viuit & regnat.

IN FESTO SANCTI Athanaſij epi. & cõf. Introit⁹.

Die 2.

IN medio eccliæ aperuit os eius, & ĩpleuit eũ dñs ſpiritu ſapientiæ, & intellectus ſtolã glorię induit eum, allã, allã. Pſalm⁹. Bonum eſt cõfiteri dño, & pſallere noĩ tuo altiſsime. ℣. Gloria. Oratio.

ecc. 15.

pſa. 91.

EXaudi q̃s dñe p̃ces noſtras: quas in beati Athanaſij cõfeſſoris tui atq; põtificis ſollẽnitate deferimus: & q̃ tibi digne meruit famulari, eius intercedẽtibus meritis, ab oĩbus nos abſolue peccatis. Per dominum.

Lec. epl'ę B. Pauli ap̃li, ad Corĩthios.

FRatres: Nõ noſmetipſos p̃dicam⁹, ſed Ieſum Chriſtũ dñm nr̃m: nos autẽ, ſeruos veſtros ꝑ Ieſum: q̃m deus, q̃ dixit de tenebris lucẽ ſplẽdeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationẽ ſciẽ claritatis dei, in facie Chriſti Ieſu. Habemus autẽ theſaurũ iſtũ in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei, & nõ ex nobis. In oĩbus tribulationẽ patimur, ſed nõ anguſtiamur: aporiamur, ſed nõ deſtituimur: pſecutionẽ patimur, ſed nõ derelinquimur: humiliamur, ſed nõ confundimur: deijcimur, ſed nõ perimus: ſem ꝑ mortificationẽ Ieſu Chriſti in corpore nr̃o circũferẽtes, vt & vita Ieſu manifeſtet in corporibus nr̃is. Semper enĩ nos q̃ viuimus, ĩ mortẽ tradimur ꝑpter Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtet in carne nr̃a mortali. Ergo mor in

2. c. 4.

in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, credidi ꝓpter quod locut⁹ ſum: & nos credimus, propter quod & loq̃mur: ſcientes q̃m qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum. Alleluia alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Alleluia. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.

pſa. 109.

Iac. 1.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum perſequẽtur vos in ciuitate iſta: fugite in aliã. Amen dico vobis, non cõſumabitis ciuitates Iſrael, donec veniat filius hoĩs. Nõ eſt diſcipulus ſup magiſtrum: nec ſeruus ſup dñm ſuũ. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo, ſicut dñs eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quãto magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enĩ eſt opertum, quod non reueletur: & occultum, quod non ſciatur. Quod dico vobis ĩ tenebris, dicite in lumine & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos q̃ occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere. Sed potius timete eũ, q̃ poteſt, & animã, & corpus perdere in gehennam. Dicitur. Credo. Offert. Inueni Dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eum: manus enĩ mea auxiliabiť ei: & brachium meum confortabit eum, Alleluia. Secreta.

ca. 10.

pſa. 88.

SAncti Athanaſij confeſſoris tui atq; põtificis, quęſumus dñe annua ſollemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc pię placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuę dona conciliet. Per dominum. Commu. Quod dico vobis in tenebris, dicite ĩ lumine, dicit dñs: & quod in aure auditis, p̃dicate ſup tecta, Allã. Poſtcom.

ma. 10.

DE⁹ fideliũ remunerator aĩarũ p̃ſta: vt btĩ Athanaſij cõfeſſoris tui atq; põtificis, cuius venerãdã celebramus feſtiuitatẽ, precibus indulgentiam conſequamur. Per dñm.

IN FESTO INVENTIOnis ſanctæ Crucis. Introitus. 4.

Die 3.



NOs autẽ gloriari oportet in cruce dñi nr̃i Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita & reſurrectio nr̃a ꝑ quẽ ſaluati: & liberati ſumus, Allã, allã. ps Deus miſereať nr̃i, & bñdicat nobis: illuminet vultum ſuũ ſup nos, & miſereatur nr̃i. ℣. Gloria. Oratio

gal. 6.

pſa. 66.

DEus, qui in præclara ſalutiferæ crucis Inuentione, paſſionis tuæ miracula ſuſcitaſti: concede

cede: vt vitalis ligni pretio, æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui viuis, & regnas, in vnitate.

Pro commemoratione sanctorum martyrũ Alexandri, Euentij, & theodoli, ac Iuuenalis episcopi, & confessoris. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens deus: vt qui sanctorum tuorum Alexandri, Euentij Theodoli, atque Iuuenalis natalitia colimus: a cũctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per dominũ.

Lec. epl'e B. Pauli apl'i ad Philippen. c. 2.

FRatres: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cũ in forma dei esset: non rapinam arbitrarus est esse se æqualem deo. Sed semet ipsũ exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediẽs vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super oẽ nomen: vt in nomine Iesu, Hic genuflectitur, oẽ genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorũ Et omnis lingua confiteatur: q̃a dñs Iesus Christus in gloria est dei p̃ris. Alleluia, alleluia, ℣. Dicite in gentibus, q̃a dñs regnauit a ligno. Alleluia. (psa. 95.) ℣. Dulce lignũ dulces clauos, dulcia ferẽs põdera: q̃ sola fuisti digna sustinere regem cœlorum, & dominum. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem. c. 3.

IN illo tẽpore. Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte: & dixit ei. Rabbi, scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei. Amen, amen dico tibi, nisi q̃s renatus fuerit denuo, non potest videre regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomo potest homo nasci, cum sit senex? Nũquid potest in vẽtrẽ matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit Iesus. Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natũ est ex carne, caro est: & quod natũ est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei. Quomodo possunt hæc fieri? Respõdit Iesus, & dixit ei. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen, amẽ dico tibi: quia quod scimus loquimur: & quod vidimus testamur: & testimonium nostrum nõ accipitis. Si terrena dixi vobis, & nõ creditis: quo modo, si dixero vobis cœlestia, credetis? Et nemo ascendit in cœlum: nisi qui descendit de

cœlo filius hominis qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto: ita exaltari oportet filiũ hominis: vt omnis qui credit in ipsũ non pereat: sed habeat vitam æternam. Credo. Offertorium.

(psa. 117) Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera dñi fecit virtutem: non moriar, sed viuam & narrabo opera dñi, All'a. Secreta.

SAcrificium dñe, quod tibi ĩmolamus, placatus intende: vt ab omni nos eruat bellorũ nequitia, & per vexillũ sanctæ crucis filij tui, ad cõterendas aduersariorum insidias, nos in tuæ protectionis securitate constituat. Per eundem dominum.

Pro commemoratione sanctorum martyrũ, Alexãdri, Euentij, & Theoduli, ac Iuuenalis episcopi, & confessoris. Secreta.

SVper has hostias, q̃s dñe, benedictio copiosa descendat: quæ & sanctificationem nobis clemẽter operetur, & de sanctorum nos solemnitate lætificet. Per dominum.

Præfatio de Cruce. Communio.

Per signum crucis, de inimicis nostris libera nos deus noster All'a. Postcõ.

REpleti alimonia cœlesti, & spiritali poculo recreati, q̃sumus oĩpotens deus: vt ab hoste maligno nos defendas, quos per lignum sanctæ crucis, filij tui armis iustitiæ, pro salute mũdi triũphare iussisti. Per eũ.

Pro commemoratione sanctorum martyrum, Alexandri, Euentij, & Theoduli, ac Iuuenalis episcopi, & confessoris. Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus, domine deus noster: vt cuius exequimur cultum, intercedentibus sanctis tuis Alexandro, Euentio. Theodulo & Iuuenale sentiamus effectum. Per dominum.

SANCTÆ MONICÆ viduæ. Introitus. 3. (die. 4.)



COgnoui dñe, quia æq̃tas iudicia tua, & ĩ veritate tua humiliasti me, confige timore tuo carnes meas: a mãdatis enim tuis timui. All'a, all'a. (psa. 118.) Psalm. Beati immaculati in via qui ambulãt in lege dñi. (ibidẽ.) ℣. Gloria patri. Oratio.

EXaudi nos deus salutaris noster, vt sicut de beatę Monicæ festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dñm. Epistola. Viduas honora. de cõi nec virginũ, nec martyrum. fol. 267.

Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna, All'a. (psa. 44.) ℣. Propter veritatẽ, & mansuetudinem, & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua, all'a.

Euangelium. Ibat Iesus in ciuitatẽ, quæ vocatur Naim. vt habet in Dominica xv. post Pentecostẽ. f. 173.

Offert. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus ĩ æternũ, & in sæculum sæculi. Alleluia. (psa. 44.) Secr.

ACcepta tibi sit dñe sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorũ: quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum.

psa. 44.

Communio. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortib⁹ tuis: Alleluia. Postcommunio.

SAtiasti dñe familiã tuam muneribus sacris: eius quæsumus semp interuentione nos refoue: cuius solẽnia celebramus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Die 6.

IN FESTO SANCTI Ioãnis ante portã latinã. Intro. 7

psa. 63.

PRotexisti me deus a conuentu malignãtiũ, allã: a multitudine operãtiũ iniqtatẽ, allã, allã. ps Exaudi de⁹ orationẽ meã cum deprecor: a timore inimici eripe aĩam meã. ℣. Glã. Oratio.

ibidẽ.

DEus, q̃ conspicis, q̃a nos vndique mala nostra pturbãt: p̃sta, q̃sumus: vt beati Ioãnis apostoli tui, & euangelistæ intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum.

Epistola S tabunt iusti. de cõi mart. tempore paschali. folio. 253.

psa. 91. ose. 14.

Alleluia, alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedr⁹ Libani, multiplicabit. Allã. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante dominum, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mathæum.

ca. 20.

IN illo tpe. Accessit ad Iesũ mater filiorũ Zebedæi cũ filijs suis, adorãs, & petens aliq̃d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? At illi. Dic, vt sedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuã, & vnus ad sinistram in regno tuo. R̃ndẽs autẽ Ies⁹, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sũ? Dicũt ei. Possumus. Ait illis. Calicẽ q̃dẽ meũ bibetis: sedere autẽ ad dexterã meã, & sinistrã, nõ est meũ dare vobis, sed quibus paratũ est a patre meo. Dicitur. Credo. Offertor.

psa. 88.

Confitebũtur cœli mirabilia tua dñe & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. Secreta.

MVneribus nr̃is, q̃s dñe, p̃cib⁹ q̃; susceptis, & cælestib⁹ nos mũda mysterijs: & clemẽter exaudi. Per.

Præfatio de apostolis. Communio.

psa. 63.

Lætabitur iustus in domino: & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, Alleluia. Postcommun.

REfecti dñe pane cælesti: ad vitã q̃s nutriamur æternã. Per dñm.

Die 8.

¶ In Apparitione sancti Michaelis fit officiũ: sicut in Dedicatione eiusdẽ: sed p̃termisso graduali, dicuntur Alleluia cum suis versibus, vt ibi.

Die 9.

¶ In festo sancti Gregorij Naziãzeni Epi, & cõfessoris, Missa. In medio ecclesiæ de cõi doctorum. fol. 260.

Episto. Iust⁹ cor suũ tradidit. f. 261.

Et dicitur. Credo.

Die 10.

SANCTORVM GORdiani, & Epimachi mart. Intro. 3

psa. 144 ibidẽ.

SAncti tui dñe benedicẽt te: gloriã regni tui dicẽt. Alleluia, allã. Psalmus. Exaltabo te deus meus rex, & benedicã noĩ tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. ℣. Gloria. Oratio.

DA quæsumus oĩpotẽs deus: vt q̃ beatorũ martyrũ tuorũ Gordiani, & Epimachi solẽnia colimus, eorũ apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrum.

Epistola. Post hæc ego Ioannes. de cõi martyrũ tpe paschali. fol. 255.

psa. 115

Alleluia, allã. ℣. Sancti tui dñe florebunt sicut lilium: & sicut odor balsami erunt ante te, Allã. ℣. Pretiosa in conspectu dñi mors sanctorum eius, Allã.

Euangelium. Ego sum vitis: vos palmites. de eodem cõi. f. 254. Offert.

psa. 31.

Lætamini in domino, & exultate iusti & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

HOstias tibi dñe beatorum martyrum tuorũ Gordiani, & Epimachi dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue puenire subsidium. Per dñm. Cõm.

psa. 32.

Gaudete iusti in dño, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. Postcõ.

QVæsumus omnipotens deus: vt qui cælestia alimenta percepimus, intercedẽtib⁹ sanctis tuis Gordiano, & Epimacho, p hæc contra oĩa aduersa muniamur. Per.

Die 12.

SANCTORVM NEREI, Archillei, atq; Pancratij mart. Introitus. 3

psa. 32.

ECce oculi domini super timentes eũ & sperãtes ĩ misericordia eius, allã: vt eripiat a morte animas eorũ, quoniam adiutor, & protector noster est, Alleluia. Psalmus. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ibidẽ.

SEmper nos domine sanctorum martyrum tuorũ, Nerei, Archillei, atq; Pancratij foueat quæsumus beata sollemnitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per dominum.

Epistola. Stabunt iusti. de communi mart. tempore paschali. fol. 253.

Alleluia, alleluia. ℣. Hæc est vera fraternitas, quę vicit mũdi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cælestia. Allã. ℣. Te martyrum cãdidatus laudat exercitus dñe, Allã. Euãg.

Amen amen dico vobis, quia plorabitis. de eodem cõi. f. 255. Offert.

psa. 88.

Confitebuntur cæli mirabilia tua dñe & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia. Secreta.

SAnctorum martyrum tuorum, quæsumus dñe, Nerei, Archillei atq; Pãcratij sit tibi grata confessio: quæ & munera nostra commendet: & tuam nobis indulgẽtiam semper imploret. Per dominum nostrum.

psa. 32.

Communio. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. Postcommunio.

QVæsumus dñe, vt beatorũ martyrum tuorum Nerei, Archillei atq; Pãcratij deprecationibus, sacramẽta sancta quæ sumpsimus, ad tuæ nobis proficiant placationis augmentum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

die. 14.

¶ Sancti Bonifacij mart. Missa. Protexisti me deus. de communi tẽporis paschalis. Oratio.

DA, quęsumus, omnipotẽs deus vt q̃ beati Bonifacij martyris tui natalitia colimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrum. Secreta.

MVneribus nostris, quæsumus dñe, p̃cibusq; susceptis, & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per dñm. Postcom.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus dñe: vt cuius exequimur cultũ, intercedente beato Bonifacio martyre tuo, sentiam⁹ effectum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Die 19.

¶ Sanctæ Pudẽtianę virginis, Missa. Dilexisti iustitiam. de communi virginum. folio. 265.

¶ Si aliquod festum ex sequentibus venerit tẽpore paschali, missa dicitur, vt in communi temporis paschalis. Si autem venerit post octauam Pentecostes, dicitur, vt infra assignatur.

SANCTI VRBANI PAPÆ & martyris. Introitus. 3.

Die 25.

psa. 131.



SAcerdotes tui domine induant iustitiam, & sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuũ non auertas faciẽ Christi tui. Psalmus. Memento domine Dauid, & omnis mãsuetudinis ei⁹. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ibidẽ.

DA quæsumus omnipotẽs deus vt qui beati Vrbani martyris tui atque pontificis sollemnia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dñm. Epistola.

Benedictus deus. de communi vnius marty. pontificis. folio. 251.

psa. 88.

Graduale. Inueni Dauid seruum meũ oleo sancto meo vnxi eũ: manus enĩ mea auxiliabitur ei, & brachium meũ cõfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, alleluia. Euangelium.

psa. 131.

Homo quidã peregre. de cõi vnius confessoris pontificis. fol. 259.

psa. 88.

Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HÆc hostia, quæsumus domine emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum subditorũ tibi corpora, mentesque sanctificet. Per dominum nostrum Iesum.

ma. 24.

Communio. Fidelis seruus & prudẽs quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus domine deus noster, vt cuius exequimur cultũ, intercedente beato Vrbano martyre tuo atq; põtifice, sentiamus effectũ. Per dominum nostrum.

Die 26.

¶ Sancti Eleutherij Papę, & marty. Missa. Statuit ei dñs. vt in cõi vnius marty. pontifi. f. 263. nisi venerit tempore paschali.

Die 27.

¶ Sancti Ioãnis Papæ, & martyr. Missa. Sacerdotes dei. vt in communi vnius marty. pontifi. fol. 251.

Die 30.

¶ Sancti Felicis Papæ & martyris; Missa. Statuit ei dominus. vt in communi vnius marty. pont. fol. 259.

Die 31.

¶ Sanctæ Petronillæ virginis, Missa Vultum tuum. de communi virgin. non martyrum. fol. 265.

FESTA IVNII.

Die 2.

SANCTORVM MARTYrum Marcellini, Petri, atque Erasmi. Introitus. 2

psa. 33.



CLamauerũt iusti, & dñs exaudiuit eos, & ex oĩb⁹ tribulationibus eorũ liberauit eos. Psalm⁹. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

ibidẽ.

DEus q̃ nos annua beatorũ martyrũ tuorũ Marcellini, Petri, atque Erasmi solẽnitate lętificas: p̃sta, quæsumus: vt quorũ gaudemus meritis, prouocemur exẽplis. Per dñm.

Epistola. Non sunt cõdignæ. de cõi plurimorum martyrum. folio. 257.

psa. 33.

Graduale. Clamauerunt iusti, & dñs exaudiuit eos: & ex oĩbus tribulationibus eorũ liberauit eos. ℣. Iuxta est dñs his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Alleluia, allá. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat, Alleluia. Euangelium.

io. 15.

Cum audieritis pręlia: de eodem cõmuni. fol. 256. Offertorium.

psa. 31.

Lętamini in domino & exultate iusti & gloriamini omnes recti corde. Sec.

HÆc hostia, q̃s dñe, quã in sanctorũ martyrũ tuorũ natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuę nobis misericordię dona cõciliet. Per dñm

sap. 3.

Communio. Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormẽtum malitiæ: visi sunt oculis insipiẽtiũ mori: illi autẽ sunt in pace. Postcom.

SAcro munere satiati, supplices te dñe dep̃camur: vt q̃d debitæ seruitutis celebram⁹ officio, saluationis tuę sentiamus augmẽtũ. Per dñm.

Die 9.

SANCTORVM MARTYrum Primi & Feliciani. Intro. 1.

eccl 44.



SApientiã sanctorum narrẽt populi, & laudes eorum nũciet ecclesia: noĩa autẽ eorũ viuẽt in sæculum sęculi. Psalm. Exul-

spal 32.

tate iusti in dño:rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

FAc nos, q̃sumus domine, sanctorum martyrum tuorum Primi,& Feliciani semper festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuæ dona sentiamus. Per dominum.

Epistola. Iusti autem in perpetuum viuent. de communi plurimorum martyrum. f.256. Graduale.

psa. 88. Cõfitebuntur cœli mirabilia tua dñe etenim veritatẽ tuã in ecclesia sanctorum. ℣. Misericordias tuas dñe ĩ ęternum cãtabo, in gñatione, & progenie. Alla, alla. ℣. Hæc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, ĩclita tenẽs regna cęlestia. Al.

Euangelium. Confiteor tibi pater. de eodem communi. fol. 258.

psa. 67. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutẽ & fortitudinem plebi suæ: benedictus deus, Alleluia. Secreta.

FIat tibi, quæsumus dñe, hostia sacrãda placabilis, ꝑtiosi celebritate martyrij: quæ, & peccata nr̃a purificet, & tuorũ tibi vota cõciliet famulorum. Per dominum. Communio.

ioã. 15. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Postcommunio.

QVæsumus, oĩpotens deus: vt sanctorũ martyrum tuorũ Primi, & Feliciani cęlestibus mysterijs celebrata sollemnitas ĩdulgẽtiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per dominum nostrum.

IN FESTO SANCTI Barnabæ apostoli. Introitus. 2

Die 11.



psa. 138. MIhi autẽ nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis confortatus est principatus eorum. Psal. ibidẽ. Domine probasti me: & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam: & resurrectionem meã. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos beati Barnabæ apostoli tui meritis, & intercessione lætificas: cõcede propitius: vt qui tua per eum beneficia poscimus dono tuæ gratiæ consequamur. Per.

Lectio Actuum Apostolorum.



ca. 11 IN diebus illis. Multus numerus credentium, Antiochiæ, cõuersus est ad dñm. Peruenit autẽ sermo ad aures ecclæ, quæ erat Hierosolymis, sup istis: & miserunt Barnabam vsq; ad Antiochiã. Qui cũ peruenisset, & vidisset gratiã dei: gauisus est. Et hortabat̃ omnes in ꝓposito cordis manere ĩ dño: quia erat vir bonus, & plen⁹ spiritu sancto, & fide. Et apposita est multa turba domino. Profectus est autem Tharsum, vt quæreret, & Saulum, quẽ cum inuenisset, perduxit Antiochiã. Et annum totũ conuersati sunt ibi ĩ ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primũ Antiochiæ discipuli, Christiani. Erãt autẽ in ecclesia quæ erat Antiochiæ,

prophetæ

prophetę & doctores: in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus: dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunãtes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Graduale.

psa. 18. In omnem terram exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum ℣. ibidẽ. Cœli enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annunciat firmamẽtum Alleluia, alleluia. ℣. ioã. 15. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.



ca. 15. IN illo tempore. Dixit Ies⁹ discipulis suis. Hoc est pcẽptum meum: vt diligatis ĩuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animã suam ponat quis ꝓ amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos: vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: vt quodcũque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. dicitur. Credo.

psa. 45. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terrã: memores erũt nominis tui dñe, in omni progenie, & generatione. Secreta.

MVnera domine oblata sanctifica: & intercedẽte beato Barnaba apostolo tuo, nos ꝑ hæc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum.

Præfatio de apostolis: Communio.

ma. 19. Vos, qui secuti estis me, sedebitis sup sedes: iudicãtes duodecĩ tribus Israel. Postcommunio.

SVpplices te rogamus oĩpotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Barnaba apostolo tuo, tibi etiam placitis morib⁹ dignãter tribuas deseruire. Per.

SANCTORVM MARTYrum Basilidis, Cyrini, Naboris & Nazarij: Introitus. 3

Die 12.

psa. 78. INtret in cõspectu tuo dñe gemitus compeditorũ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sãguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Psalmus. ibidẽ. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt tẽplum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri. Oratio.

SAnctorum, martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quæsumus

 domine

domine, natalitia nobis votiua resplendeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ deuotionis accrescat. Per dominũ. Epistola. Rememoramini pristinos dies. de communi plurimorum martyrum. folio. 256. Graduale. Vindica domine sanguinem sanctorũ tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum, escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Alleluia, al'a. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuẽt in generatione, & generationẽ. Alleluia. Euangeliũ. Sedente Iesu sup montẽ Oliueti. de eodem cõi. fol. 257. Offertoriũ. Exultabunt sancti in gloria, lætabunt in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

PRo sanctorum tuorũ Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij sanguine venerãdo, hostias tibi dñe sollemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quẽ talis est pfecta victoria. Per dñm. Cõmunio. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ, domine escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: secundum magnitudinẽ brachij tui posside filios morte punitorum. Postcomm.

SEmper domine sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij, sollemnia celebrantes, præsta quæsumus: vt eorũ patrocinia iugiter sentiamus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

psa. 78. psa. 44. psa. 149. psa. 78.

13: S: Antony de Padua: caret: officio: hic: sed commune: supplet:

Quis

IN FESTO SANCTI Basilij epi, & confess. Introitus. 6.

Die 14.



IN medio ecclesiæ apuit os eius, & impleuit eũ dñs spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriæ induit eũ. Psa. Bonũ est cõfiteri dño: & psalle re noĩ tuo altissime. ℣. Gloria. Oratio.

EXaudi qs dñe pces nostras, quas in beati Basilij confessoris tui atque pontificis sollẽnitate deferimus & q tibi digne meruit famulari eius intercedentibus meritis ab oĩb' nos absolue peccatis. Per dñm. Epistola Testificor coram. de communi Doctorum. fol. 260. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. All'a, all'a. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Alleluia. Sequẽtia sancti euãgelij sm Lucam.



IN illo tpe: Dixit Iesus turbis. Siqs venit ad me, & nõ odit patrẽ suũ, & matrẽ, & vxorẽ & filios, & fratres, & sorores, adhuc autẽ & animã suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suã, & venit post me non potest meus esse discipulus.

ecc. 15. psa. 91. psa. 36. psa. 88. ca. 14.

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens, computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne, postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cępit ædificare, & non potuit cõsummare? Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus alium regẽ, non sedens prius cogitat, si possit cũ decem millibus occurrere ei, qui cũ viginti millibus venit ad se? Alioquĩ adhuc illo longe agẽte, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo, oĩs ex vobis, qui non renũciat oĩbus quæ possidet: non potest me' esse discipulus. Bonum est sal. Si autẽ sal quoq; euanuerit: in quo condiet? Neq; in terram, neq; in sterquiliniũ vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. Dicitur, Credo. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.


SAncti Basilij confessoris tui atq; pontificis, qsumus domine, annua sollemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt p hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuę dona conciliet. Per dominum. Commu. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

psa. 88. ma. 24.

DEus, fidelium remunerator aĩarum, præsta: vt beati Basilij cõfessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem precibus indulgentiam consequamur. Per dominum nostrum.

SANCTORVM MARTYrum Viti, Modesti, atq; Crescẽtiæ. Introitus. 2.

Die 15.



MVltæ tribulatiões iustorum, & de his omnibus liberauit eos dominus: dñs custodit omnia ossa eorũ: vnum ex his non conteretur. Psalmus. Benedicã dñm in oĩ tẽpore: semper laus eius in ore meo ℣. Gloria. Oratio.

DA ecclesiæ tuæ, quæsumus domine, sanctis martyribus tuis Vito, Modesto, atq; Crescentia intercedentibus, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate proficere: vt proterua despiciens, quæcunq; matura sunt libera exerceat charitate. Per dominum. Epistola. Iustificati ex fide. de communi plurimorum marty. fol. 257. Gradua. Exultabunt sancti in gloria: lętabunt in cubilibus suis. ℣. Cantate domino cãticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. All'a, all'a. ℣. Sãcti tui dñe benedicent te: gloriã regni tui dicent. Alleluia. Euangelium. Qui vos audit. de eodẽ cõi. f. 258. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis

psa. 33. ibidẽ. psa. 149. psa. 144. psa. 67.

ctis suis: deus Israel ipse dabit virtutẽ, & fortitudinem plebi suæ, benedictus deus. Secreta.

Sicut gloriã diuinæ potentiæ munera pro sanctis oblatis testãtur, sic nobis effectum dñe tuæ saluationis impendant. Per dñm. Comm. Iustorum animæ in manu dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcomm.

Refecti, domine, benedictione sollemni, quæsumus, vt per intercessionem sanctorum martyrum tuorum Viti, Modesti, & Crescentię, medicina sacramenti, & corporibus nostris prosit, & mẽtibus. Per dñm.

SANCTORVM MARTYrũ Marci, & Marcelliani. Intro. I



Salus iustorum a dño & protector eorum est in tẽpore tribulationis. Psalmus. Noli ęmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria. Oratio.

Præsta quæsumus, omnipotens deus: vt qui sanctorum martyrũ tuorum Marci, & Marcelliani natalitia colimus: a cunctis malis imminẽtibus, eorum intercessionibus liberemur. Per dominum. Epistola. Iustorum animæ. de cõi plurimorũ martyrum. fol. 255. Graduale. Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. ℣. Visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sunt in pace. A lla, alla. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę nunquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt dñm. Alla. Euang. Væ vobis, qui ædificatis. de eodem communi. fol. 258. Offertor. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

Mvnera tibi dñe dicata sanctifica: & intercedẽtibus sanctis martyribus tuis Marco & Marcellino, per eadem nos placatus intẽde. Per dominum. Communio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis oĩa, & secuti estis me: centuplũ accipietis, & vitã ęternã possidebitis. Postcommunio.

Salutaris tui dñe munere satiati, supplices exoramus: vt cuius lætamur gustu, intercedẽtibus sanctis martyribus tuis Marco, & Marcellino renouemur effectu. Per dominũ.

SANCTORVM MARTYrũ Geruasij & Protasij. Intro. 3



Loquet dñs pacẽ ĩ plebẽ suã, & sup sanctos suos: & in eos q cõuertunt ad ipsum. ℣. Bñdixisti dñe terrã tuã, auertisti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorũ martyrum tuorum Geruasij, & Protasij sollẽnitate lætificas: concede propitius: vt quorũ gaudemus meritis, accẽdamur exẽplis. Per do. Epistola. Communicantes Christi passionibus. fol. 253. de communi vnius martyris. Graduale. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. A lleluia, alleluia. ℣. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina, Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Alleluia. Euãg. Descendens Iesus de monte. de cõi plurimorum martyrum. fol. 256. Offertorium. Lętamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Oblatis, quæsumus dñe placare muneribus: & intercedẽtibus sanctis tuis, a cũctis nos defende periculis. Per dominum. Commun. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ domine escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. Postcom.

Hæc nos communio dñe purget a crimine: & intercedentib' sanctis martyribus tuis Geruasio & Protasio, cœlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

SANCTI SILVERII Papæ, & martyris. Introitus. I



Statuit ei dñs testamentum pacis: & prĩcipem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Psalm'. Memento dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: & quia pondus ꝓpriæ actionis grauat, beati Siluerij martyris tui atq; pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dñm. Lectio epistolę B. Iudæ Apostoli.

Carissimi: Memores esto te verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis dñi nostri Iesu Christi: qui dicebant vobis. Quoniam in nouissimis tẽporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sũt q segregãt semetipsos, aĩales spiritũ nõ habẽtes. Vos autem carissimi, superędificantes vosmetipsos sanctissimæ nostræ fidei, in Spiritu sancto orãtes, vosmetipsos ĩ dilectione dei seruate: expectãtes misericordiã dñi nri Iesu Christi ĩ vitã ęternã. Grad. Inueni Dauid seruũ meũ: oleo sancto meo vnxi eũ: man' enĩ mea auxiliabit ei, & brachiũ meũ cõfortabit eũ. ℣. Nihil ꝓficiet inimic' ĩ eo, & fili' iniqtatis nõ nocebit ei. A lla, alla. ℣. Tu es sacerdos ĩ æternum scdm ordi-

Marginalia: sap. 3. — Die 18. — psa. 36. — ibidẽ. — sap. 3. — psa. 113 — ma. 19. — Die 19. — psa. 84. — ibidẽ. — exo 15. — psa. 31. — psa. 78. — Die 20. — ecc. 45. — psa. 131 — psa. 88. — psa. 109

nem Melchisedec. Alleluia. Euang. Si quis venit ad me. de cõi vnius martyris pont. fol. 250. Offertor. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hostias tibi domine, beati Siluerij martyris tui atq; pontificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominũ. Comm. Semel iuraui in sancto meo: semẽ ei⁹ in æternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quæsumus domine deus noster: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Siluerio martyre tuo atque pontifice sentiamus effectum. Per dominum nostrum.

SANCTI PAVLINI episcopi, & confess. Introitus. I.



Statuit ei dominus testamẽtum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Ps. Memẽto dñe Dauid: & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Da, q̃s ops deus, vt beati Paulini confessoris tui atq; pontificis veneranda sollẽnitas, & deuotionẽ nobis augeat, & salutẽ. Per dñm.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.



Fratres: Scitis gratiã dñi nostri Iesu Christi: q̃m ꝓpter vos egenus factus est cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Et cõsiliũ in hoc do. Hoc enim vobis vtile est: qui nõ solũ facere, sed & velle cœpistis ab anno priore. Nunc vero, & facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis: ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim volũtas prompta est: secundũ id quod habet accepta est, non secundum id quod nõ habet. Nõ enim vt alijs sit remissio, vobis autẽ tribulatio, sed ex æqualitate. In præsenti tp̃e, vestra abundãtia, illorũ inopiã suppleat: vt & illorum abundãtia vestræ inopiæ sit supplemẽtũ, vt fiat æqualitas, sicut scriptũ est. Qui multũ, nõ abũdauit, & q̃ modicũ, non minorauit. Graduale. Ecce sacerdos magnus, q ĩ dieb⁹ suis placuit deo. ℣. Nõ est inuẽtus similis illi, q cõseruaret legẽ excelsi. Alla, alleluia. ℣. Tu es sacerdos ĩ æternum s̃m ordinẽ Melchisedec. Alla. Euãgeliũ. Nolite timere pusillus grex. de cõi confess. non pont. folio 262. Offer. Inueni Dauid seruũ meũ: oleo sãcto meo vnxi eũ: man⁹ enĩ mea auxiliabit ei, & brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secr.

Sancti tui, quæsumus domine, nos vbique lætificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum.

Communio.

Communio. Fidelis seruus & prudẽs quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Præsta, quæsumus, omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedẽte beato Paulino confessore tuo atq; pontifice beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum.

IN VIGILIA SANCTI Ioannis Baptistæ. Introitus.



Ne timeas Zacharia, exaudita est oratio tua, & Elisabeth vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomẽ ei⁹ Ioannem: & erit magnus corã domino: & spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris suæ: & multi in natiuitate eius gaudebũt. Psalmus. Dñe in virtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Præsta q̃s oĩpotẽs deus: vt familia tua ꝑ viã salutis incedat: & beati Ioannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit, secura perueniat, Dñm nostrũ Iesũ. Secũda orõ de S. Maria. Cõcede. tertia. Ecclesiæ. vel ꝓ papa. Deus oĩm

Lectio Hieremiæ prophetæ.



In diebus illis. Factum est verbum dñi ad me, dicens Priusq̃ te formarẽ ĩ vtero, noui te, & anteq̃ exires de vulua, sanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi a, a, a, dñe deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sũ. Et dixit dñs ad me. Noli dicere, puer sum: q̃m ad oĩa quæ mittam te, ibis: & vniuersa q̃ mãdauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum: qa ego tecum sum, vt eruam te dicit dñs. Et misit dñs manum suam, & tetigit os meum: & dixit dominus ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: Ecce, constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Dicit dñs oĩpotens. Grad. Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Ioannes. ℣. Hic venit vt testimoniũ perhiberet de lumine, parare dño plebem perfectam.

Initium sancti euãgelij secũdũ Lucã.



Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ, sacerdos quidã nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aarõ, & nomen illius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela: & nõ erat illis filius: eo quod Elisabeth esset sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem: cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret, ingressus in templum domini. Et omnis

multi-

multitudo populi erat orans foris, hora incensi. Apparuit autem illi Angelus domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Ioannem. Et erit tibi gaudium, & exultatio: & multi ĩ natiuitate eiꝰ gaudebunt. Erit enim magnus corã domino: vinum & siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris suę: & multos filiorum Israel conuertet ad dominũ deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios: & incredulos ad prudentiam iustorum parare domino plebem perfectam. Offertorium. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum sup opera manuum tuarum domine. Secreta.

ps. 8.

Mvnera domine oblata sanctifica: & intercedẽte beato Ioãne Baptista, nos per hæc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum. Commun.

ps. 20.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorẽ impones super eum domine. Postcom.

Beati Ioannis Baptistæ nos dñe, pclara comitetur oratio: & quẽ venturum esse prædixit, poscat nobis fore placatum dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum.

IN NATIVITATE sancti Ioann. Baptistæ. Introi. I

die. 24.



De vẽtre mr̃is meę vocauit me dominus nomine meo: & posuit os meũ vt gladium acutum: & sub tegumẽto manus suæ protexit me: & posuit me quasi sagitam electã. Psal. Bonũ est confiteri dño, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. dr Gloria in excelsis deo. Oratio.

Isa. 49.

ps. 91.

Deus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Ioãnis Natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per dominum.

Lectio Isaiæ prophetæ.

ca. 49.

Audite insulæ, & attendite populi de lõge. Dominus ab vtero vocauit me: de vẽtre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutũ. In vmbra manꝰ suæ ꝓtexit me: & posuit me quasi sagittam electam. In pharetra sua abscõdit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu, Israel: quia in tẽ gloriabor. Et nunc hæc dicit dominus, formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gẽtium: vt sis salus mea vsq; ad

ad extremum terræ. Reges videbũt, & consurgent principes, & adorabunt dominum deum tuum, & sanctum Israel, qui elegit te. Graduale.

hie. 1.

Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, sanctificaui te. ℣. Misit dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit mihi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis ante dominum parare vias eius. Alla.

lu. 1.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c. 1.

Elisabeth impletum est tẽpus pariendi: & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: & congratulabantur ei. Et factum est: in die octauo venerunt circuncidere puerum: & vocabant eũ nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, dixit. Nequaquam: sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua, qui vocet hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulãs pugillarem, scripsit, dicens. Ioannes est nomẽ eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius, & lingua eius: & loquebatur, benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et posuerunt omnes, qui audierant, in corde suo, dicentes. Quis putas, puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens. Benedictus dominus deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Non dicitur. Credo. nisi venerit in Dominica: aut infra octauam corporis Christi: vel in ecclesia propria sed in octaua dicitur, propter octauam apostolorum. Offertorium.

Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur.

psa. 91.

Secreta.

Tva domine muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatẽ honore debito celebrantes: q̃ saluatorem mundi, & cecinit affuturum, & adesse monstrauit, dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum. Communio.

Tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini, parare vias eius. Postcommunio.

lu. 1.

Svmat ecclesia tua deus beati Ioãnis Baptistæ generatione lætitiam: per quem suæ regenerationis cognouit auctorem, dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

¶ Infra octauam sancti Ioannis Baptistæ, & in ipso die octauæ fit idẽ officiũ, quod in die. Sed infra octauam post orationem diei, dicitur secunda oratio de S. Maria. Concede. tertia contra persecutores ecclesiæ, vel pro Papa.

In

Die 26.

IN FESTO SANCTORVM martyrũ Ioãnis,& Pauli. Intr. 2.

psa 33.



MVltæ tribulationes iustorũ: & de his omnibus liberauit eos dominus: dominus custodit omnia ossa eorum: vnum ex his non cõteretur. Psalmus. Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius ĩ ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibidẽ.

QVæsumus, omnipotens deus: vt nos geminata lętitia hodiernæ festiuitatis excipiat, quę de beatorum martyrum Ioannis, & Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides,& passio, vere fecit esse germanos. Per dominum. Secunda oratio de sancto Ioãne, tertia de S. Maria. Concede. Epistola. Hi sunt viri misericordię. vt in octaua apostolorũ Petri,& Pauli. f.220. Graduale. Ecce quam bonum,& quã iucundum, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia,alleluia. ℣. Hæc est vera fraternitas,q̃ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cœlestia. Allã. Euangelium. Attendite a fermento phariseorum. de cõi plurimorũ martyrum. f.258.

psa. 132

Offertorium. Gloriabũtur in te oẽs, q diligũt nomẽ tuum: qm̃ tu dñe bñdices iusto: dñe: vt scuto bonæ volũtatis tuæ, coronasti nos. Secreta.

psa. 9.

HOstias tibi dñe, sanctorũ martyrum tuorum Ioãnis & Pauli dicatas meritis benignus assume: & ad ꝑpetuũ nobis tribue ꝑuenire subsidium. Per dominum. Communio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit eos: tanquã aurũ in fornace probauit eos: & quasi holocausta accepit eos. Postcomm.

sap. 3.

SVmpsimus dñe sanctorũ martyrũ tuorũ Ioannis, & Pauli solemnia celebrantes, sacramẽta cœlestia: ꝓsta q̃sumus: vt qđ tẽporaliter gerimus, æternis gaudijs cõsequamur: Per dominum nostrum.

¶ Si sequens festum sancti Leonis venerit in Dñica trãsfert post octauam Apostolorũ: & Missa dr̃ de Dñica cũ cõmemoratione sancti Ioãnis: & vigilia apostolorum fit in sabbat. Quocunque vero alio die venerit, fit de festo cum commemoratione sancti Ioãnis, & vigiliæ. In ecclesijs autem collegiatis dicunt duę missę, vna de Festo, cum cõmemoratione sancti Ioãnis; & sanctæ Mariæ: alia de vigilia cum commemoratione sanctæ Mariæ. Concede & Ecclesiæ. Vel pro Papa. Deus.

Die 28.

¶ In festo sancti Leonis Papæ & cõfessoris, Missa Sacerdotes tui. de cõmuni. fol. 259. ꝓ ter orõnẽ, q̃ dr̃, vt infra. Et Euãgelium. Homo qdã peregre proficiscens. vt in communi confessoris Pontificis. fol. 259. Oratio.

DEus, qui beatum Leonem Põtificem tuum, sanctorum tuorum meritis coęquasti: concede propitius: vt qui commemorationis eiꝰ festa percolimus, vitæ quoq; imitemur exempla. Per dñm. Secreta.

ANnue nobis, quæsumus domine, vt intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dñm. Postcom.

DEus, q animæ famuli tui Leonis æternæ beatitudinis ꝑmia contulisti: concede ꝓpitius: vt q pec catorũ nr̃orũ põdere ꝑmimur, eius apud te ꝓcibus subleuemur. Per do.

Die 28.

IN VIGILIA APOstolorum Petri,& Pauli. Intro.

ioã. 21.

DIcit dñs Petro: cum esses iunior cingebas te,& ambulabas vbi volebas: cũ autẽ senueris, extendes manus tuas,& alius te cinget,& ducet quo tu non vis: hoc autẽ dixit significãs, qua morte clarificaturus eẽt deũ. Psalmus. Cæli enarrant gloriã dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri. non dicitur Gloria in excelsis deo. Oratio.

psa. 18.

PRæsta, quæsumus, omnipotens deus: vt nullis nos permittas ꝑturbationibus cõcuti: quos ĩ apostolicæ confessionis petra solidasti. Per. Secunda oratio de S. Maria. Cõcede. tertia, Ecclesiæ tuæ. Vel pro Papa. Lectio Actuum Apostolorum.

c. 3.

IN diebus illis. Petrꝰ & Ioãnes ascẽdebãt in templum ad horam orationis nonã. Et quidã vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebãt quotidie ad portam templi, q̃ dr̃ Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeũtibus ĩ tẽplũ. Is cũ vidisset Petrũ,& Ioãnẽ incipiẽtes introire in tẽplũ: rogabat vt eleemosinã acciperet. Intuẽs autẽ ĩ eũ Petrus cũ Ioãne, dixit. Respice in nos. At ille ĩtẽdebat in eos, sperãs se aliqd accepturũ ab eis. Petrus autẽ dixit. Argentũ & aurũ nõ est mihi: qđ autẽ habeo, hoc tibi do. In noĩe Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehẽsa manu eius dextra, alleuauit eũ: & ꝓtinꝰ cõsolidatæ sunt bases eius, & plãtæ. Et exiliẽs stetit,& ambulabat: & ĩtrauit cũ illis ĩ tẽplũ ambulãs,& exiliẽs, & laudãs deũ. Et vidit oĩs populꝰ eũ ambulãtẽ,& laudãtẽ deũ. Cognoscebãt aũt illũ, qm̃ ipse erat qui ad eleemosynã sedebat ad Speciosam portã tẽpli: & repleti sunt omnes stupore & extasi, in eo quod cõtigerat illi. Graduale. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ: & ĩ fines orbis terrę verba eorũ. ℣. Cęli enarrant gloriã dei: & opera manuum eius annunciat firmamentũ. Sequẽtia sancti euãgelij sm̃ Ioãnem.

psa. 18.

IN illo tempore: dixit Iesus Simoni Petro. Simon Ioannis diligis me plus his? Di-

ca. 21.

dicit ei. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me: & dixit ei. Domine tu omnia nosti: tu scis, quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: Cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte esset clarificaturus deum.

Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. psa. 138.

Secreta.

Munus populi tui, quæsumus domine, apostolica intercessione sanctifica, nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate. Communio.

Simon Ioannis diligis me plus his? Domine, tu omnia nosti, tu scis domine, quia amo te. Postcommu.

Quos cœlesti domine alimento satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

IN FESTO APOSTOLORUM Petri, & Pauli. Introitus. 3 Die 29.



Nunc scio vere, quia misit dominus angelum suum & eripuit me, de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Psalmus. act. 12.

Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio. psa. 138

Deus, qui hodiernam diẽ apostolorũ tuorũ Petri, & Pauli martyrio consecrasti: da ecclesiæ tuæ, eorũ in oĩbus sequi pceptũ: p quos religionis sumpsit exordiũ. Per dñm.

Et nõ fit commemoratio de sancto Paulo, quia oratio est cõmunis: nec octauæ sancti Ioannis Baptistæ.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit aũt Iacobũ fratrẽ Ioãnis gladio. Vidẽs aũt quia placeret Iudęis, apposuit vt apphẽderet & Petrũ. (Erãt aũt dies Azymorũ.) Quẽ cũ apphẽdisset misit in carcerẽ: tradẽs quatuor quaternionibus militũ custodiẽdũ: volẽs post Pascha pducere eũ populo. Et Petrus quidẽ seruabat in carcere. Oro autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad deum pro eo. Cum autẽ producturus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostiũ custodiebãt carcerẽ. Et ecce, angelus dñi astitit: & lumen refulsit in habitaculo. Percussoq; latere Petri, excitauit eũ dicens. Surge velociter. Et ceciderũt catenæ de manibus eius. Dixit autẽ angelus ad eũ. Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic: & dixit illi. Circunda tibi vestimentũ tuũ, & sequere me. Et exiens sequebatur eũ: & nesciebat, quia verũ est quod fiebat p angelũ. Existimabat autẽ se visum videre. Transeuntes autẽ primã, & secundã custodiã, venerũt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatẽ: q vltro aperta est eis. Et exeuntes, pcesserunt vicũ vnũ: & cõtinuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit. Nũc scio vere, quia misit dñs angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Graduale. ca. 12.

Constitues eos principes super omnẽ terram: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebunt tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus: & sup hãc petrã ędificabo eccl'iam meã. Alleluia. psa. 44. ma. 16.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

In illo tẽpore: Venit Iesus in partes Cæsareę Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens. Quẽ dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam: alij autem Eliam: alij vero Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei. Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non pręualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutũ, & in cœlis. Credo. Offertorium. ca. 16.

Constitues eos principes super omnẽ terram: memores erunt noĩs tui dñe ĩ oĩ progenie, & generatione. Secreta.

Hostias domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quã nos expiari tribuas, & defendi. Per dominum nostrum.

Præfatio de apostolis. Et dicitur per totam octauam. Communio.

Tu es Petrus, & sup hãc petrã ędificabo ecclesiam meam. Postcomm. ma. 16

Quos cœlesti dñe alimẽto satiasti: apostolicis intercessionib' ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostrum.

Die 30.

IN COMMEMORATIONE sancti Pauli. Introitus.



Scio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem, iustus iudex. ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui multitudinem gentium, beati Pauli apostoli prędicatione docuisti: da nobis, quæsumus: vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum.

Et fit commemoratio de beato Petro. Oratio.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni cœlestis, animas ligandi, atque soluendi pontificium tradidisti: concede, vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis.

Deinde fit commemoratio sancti Ioannis prærterquam in ecclesia propria sancti Pauli. Oratio.

Deus qui præsentem diem. f. 215.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Galathas.



Fratres: Notum vobis facio euangelium, quod euangelizatum est a me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei: & expugnabam illam: & proficiebam in Iudaismo supra multos coętaneos meos, in genere meo: abundantius ęmulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni & sanguini. Neque veni Hyerosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hyerosolymam videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi neminem: nisi Iacobum fratrem domini. Quæ autem scribo vobis: ecce coram deo, quia non mentior. Grad.

Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam dei, quæ data est mihi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Paule apostole, prędicator veritatis: & doctor gentium: intercede pro nobis. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.



In illo tempore: dixit Iesus discipulis suis. Ecce, ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus: Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præsides & reges ducemini propter me, in testimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem & pater filium. Et insurgent filij in parentes: & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Dicitur, Credo. Offertor.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus domine plebis tuæ dona sanctifica: vt, quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per dominum nostrum.

Pro beato Petro. Secreta.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus domine, preces & hostias beati Petri apostoli tui commendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dominum.

Pro sancto Ioanne. Secreta.

Tua domine. Præfatio de apostolis

Communio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Postcommu.

Perceptis domine sacramentis, beato Paulo apostolo tuo interueniente deprecamur: vt quæ pro illius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per dominum.

Pro beato Petro. Postcomm.

Lætificet nos domine munus oblatum: vt sicut in apostolo tuo Petro te mirabilem prędicamus: sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per.

Pro sancto Ioanne. Postcomm.

Sumat ecclesia. folio. 216.

FESTA IVLII.

Die 1.

¶ In octaua sancti Ioannis Baptistæ dicitur Missa, vt in die cum commemoratione apostolorum, vt supra, & in ea dicitur. Credo.

Die 2.

IN FESTO VISITATIONIS B. Mariæ virginis. Introitus.





Salue sancta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum terramque regit in sęcula sęculorum. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Marginalia: 2. ti 1. — psa 47. — c. 1. — gal. 1. — 1. c. 15. — ca. 10 — psa. 138 — ma. 19. — sedulius. — psa. 44.

FAmulis tuis, quæsumus domine cœlestis gratiæ munus impertire, vt quibus beatæ virginis partus extitit salutis exordium, visitationis eius votiua sollẽnitas, pacis tribuat incrementum. Per dominum.

Pro commemoratione sanctorum, apostolorum Petri, & Pauli. Oratio.

DEus, qui hodiernam diem apostolorum tuorũ Petri, & Pauli martyrio consecrasti: da ecclesię tuę eorum in omnibus sequi præceptũ, ꝑ quos religionis sumpsit exordiũ.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Processi, & Martiniani. Oratio.

DEus, qui nos sanctorum martyrum tuorũ Processi, & Martiniani gloriosis confessionibus circundas, & protegis: da nobis, & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

[c. 2.] ECce iste venit saliẽs in mõtibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciẽs per fenestram, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iã enĩ hyems transijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerũt in terra nostra tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vineæ florẽtes dederunt odorem suum. Surge, ꝓpera amica mea, speciosa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Graduale.

Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quẽ totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

[c. 1.] INillo tempore: Exurgens Maria, abijt in mõtana cũ festinatione in ciuitatẽ Iuda: & intrauit in domum Zachariæ: & salutauit Elisabeth. Et factum est: vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sãcto Elisabeth & exclamauit voce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedict⁹ fructus vẽtris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata q̃ credidisti: q̃m ꝑficientur ea, quę dicta sũt tibi a dño. Et ait Maria. Magnificat aĩa mea dñm. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo.

Dicitur, Credo. Offertorium.

Beata es virgo Maria, quę omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in ęternũ ꝑmanes virgo. Secre.

Vnigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: vt qui nat⁹ de virgine matris integritatem non minuit, sed sacrauit, in Visitationis eius sollemnijs nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam Iesus Christus dominus noster. Qui tecum viuit.

Pro commemorat. sanctorum apostolorum Petri, & Pauli. Secreta.

HOstias domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quã nos expiari tribuas, & defendi.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Processi, & Martiniani. Secreta.

SVscipe domine preces & munera: quæ vt tuo sint digna conspectu, sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per dominum. Commu.

Beata viscera Marię virginis: q̃ portauerunt ęterni patris filium. Postcom.

SVmpsimus domine celebritatis annuæ votiua sacramenta: ꝑsta, quæsumus: vt temporalis vitæ nobis remedia præbeant, & æternæ. Per.

Pro commemoratione sanctorum apostolorum Petri, & Pauli. Postc.

QVos cœlesti domine alimento satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Processi, & Martiniani. Postcommunio.

COrporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine, quæsumus, domine deus noster, vt quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per eũdem dñm.

INFRA OCTAVAM sanctorum apostolorum Petri & Pauli.

Introitus.



[ps. 138.] MIhi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. ps. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. [ibidẽ.] ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, q. hodiernã diẽ apostolorũ tuorũ Petri, & Pauli martyrio consecrasti: da ecclesiæ tuæ, eorũ in omnibus sequi præceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum nostrum.

Secũda oratio de S. Maria. Concede tertia, Ecclesiæ tuę. vel pro Papa.

Lectio Actuum apostolorum.



[act. 5.] IN dieb⁹ illis: Per man⁹ apostolorũ fiebãt signa, & ꝓdigia multa ĩ plebe. Et erant vnanimiter oẽs ĩ porticu Salomonis. Cæterorũ aũt nemo audebat se cõiũgere illis: sed magnificabat eos ppl's. Magis autẽ augebatur credentium in domino, multitudo virorum ac

mulierum: ita vt in plateis eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, & grabatis: vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquã illorum: & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autẽ, & multitudo vicinarum ciuitatum, Hierusalem: afferentes ægros, & vexatos a spiritibus immũdis: q curabant oẽs. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alla. ℣. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, cõfirma fratres tuos, Alleluia. Euang. Ecce nos reliquimus omnia. de cõi pro Abbatibus. fol. 263. Dicitur. Credo. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum.

psa. 44. — psa. 18. — ma. 19.

Secreta.

Hostias dñe, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica ꝓsequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. Per dñm. Scda oro. I ua dñe. tertia. Protege. Præfatio de apostolis. Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis sup sedes: iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

Quos cœlesti domine alimento satiasti, apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostrum. Secunda oratio. Sumptis domine. tertia. Quęsumus. vel Hæc nos qs.

IN OCTAVA APOSTOLORUM Petri, & Pauli. Introit⁹. I



Sapientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nũciet ecclesia: nomina autẽ eorum viuent in sæculum sæculi. Psalmus. Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Die 6. — ecc. 44. — psa. 32.

Deus cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctib⁹, ne mergeretur, erexit, & coapostolũ eius Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede: vt amborum meritis, æternitatis gloriam cõsequamur. Qui viuis, & regnas.

Lectio libri Sapientiæ.



Hi sũt viri misericordię quorum iustitiæ obliuionẽ nõ acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hæreditas sancta nepotes eorum. Et in testamẽtis stetit semen eorum: & filij eorũ propter eos in æternum manent. Generatio eorum, & gloria eorum, nõ derelinquetur. Corpora eorum ĩ pace sepulta sunt: & nomina eorum viuent in sęcula. Sapiẽtiam eorum narrent omnes populi: & laudem eorũ pronũciet omnis ecclesia sanctorũ. Graduale. Iustorum animæ in manu dei sunt: & non tanget illos tormẽtum

ecc. 44. — sap. 3.

malitiæ. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Vos estis, qui ꝑmansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis regnum, vt sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel, Alleluia.

luc. 3.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore. Iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in mõtem solus orare. Vespere autẽ facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos, ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulãtem, turbati sunt dicentes: quia phantasma est. Et prę timore clamauerunt. Statimq; locutus est eis Iesus, dicens. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Respõdens autem Petrus dixit. Domine, si tu es, iube me venire ad te sup aquas At ipse ait. Veni. Et descendens Petr⁹ de nauicula, ambulabat sup aquã vt veniret ad Iesum. Videns vero vẽtum validum, timuit. Et cum cępisset mergi, clamauit dicens. Dñe, saluum me fac. Et continuo extendens Iesus manum, apprehendit eum. & ait illi. Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cũ ascendisset in nauiculam, cessauit vẽtus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es. Dicit. Credo. Offertorium. Exultabũt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secr.

ca. 14. — psa. 149.

Offerimus tibi domine præces, & munera: quæ, vt tuo sint digna cõspectu, apłorũ tuorũ Petri, & Pauli precibus adiuuemur. Per do. Præfatio de apostolis. Communio. Iustorum animæ in manu dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcom.

sap. 3.

Protege domine populum tuũ: & apostolorum tuorum Petri, & Pauli patrocinio confidentem, ꝑpetua defensione cõserua. Per dñm.

IN FESTO SANCTORUM martyrum Septem fratrum, ac Ruffinæ, & Secũdæ virginũ & martyrum. Introitus. I

D. 10.



Laudate pueri dominũ, laudate nomen domini: q habitare facit sterilẽ in domo, matrem filiorum lætãtem. Psalmus. Sit nomen domini benedictum, ex hoc, nunc, & vsq; in sæculum. ℣. Gloria patri. Oratio.

psa. 112. — ibidẽ.

Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt qui gloriosos martyres fortes in sua cõfessione cognouim⁹, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum. Epistola.

Mulierem fortem. de cõmuni nec virginum nec martyrum. fol.267. Graduale. Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est,& nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini,qui fecit cœlum,& terram. Alleluia,alleluia. ℣. Hæc est vera fraternitas,quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cœlestia. Alleluia.

psa. 123.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 12.

IN illo tempore. Loquente Iesu ad turbas ecce mater eius, & fratres stabãt foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum suam in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea,& fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est. Offertorium.

psa. 123.

Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est,& nos liberati sumus. Secr. SAcrificijs præsentibus, quæsumus domine, intende placatus: & intercedentibus sanctis tuis, deuotioni nostrę proficiant,& saluti. Per. Communio. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est: ipse meus frater,& soror,& mater est, dicit

ma. 12.

dominus. Postcomm. QVæsumus, omnipotens deus: vt intercedẽtibus sanctis tuis, illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Die 11.

¶ Sancti Pij papæ,& martyris. Missa. Statuit ei dominus. vt in communi vnius marty. pont. fol.250.

Die 12.

¶ Sanctorum martyrum Naboris, & Felicis. Missa. Intret in conspectu tuo. de communi plurimorum martyrum fol.255. præter orationem, quæ dicitur, vt infra. Oratio. PRæsta quæsumus domine: vt, sicut nos sanctorum martyrum tuorum Naboris,& Felicis natalitia celebranda non deserũt: ita iugiter suffragijs comitentur. Per dominũ nostrum Iesum Christum. Secreta. MVnera plebis tuæ, quæsumus domine, sanctorum martyrum tuorum Naboris,& Felicis fiãt grata suffragijs: & quorum triũphis tuo nomini offeruntur, ipsorum digna pficiãtur & meritis Per dominũ nostrum Iesum Christum. Postcõ. NAtalitijs sanctorum tuorum, quæsumus domine, & sacramenti munere vegetati; bonis, quibus per tuam gratiam nũc fouemur, perfruamur æternis. Per dominum.

Die 13.

¶ In festo sancti Anacleti Papæ, & martyris, Missa. Sacerdotes dei. de communi vnius martyris pontificis. folio.251.

Die 14.

IN FESTO SANCTI Bonauenturæ episcopi,& confessoris. Introitus. 3



psa. 131.

SAcerdotes tui domine induant iustitiam, & sancti tui exultent propter Dauid seruum tuum, non auertas faciẽ Christi tui. ps. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

ibidẽ.

EXaudi qs dñe pces nostras, quas in beati Bonauenturæ confessoris tui atq; pontificis sollẽnitate deferimus, & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab oĩbus nos absolue peccatis. Per. Epistola. Testificor coram deo. de communi Doctorum. fol.260.

psa. 36.

Graduale. Os iusti meditabitur sapiẽtiam,& lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eiꝰ ĩ corde ipsius: & nõ supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit dñs,& non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, Alla. Euangelium. Homo quidam peregre. de cõi confess. pontifi. fol.259.

psa. 88.

Offertor. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso,& in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta. SAncti Bonauenturæ confessoris tui atq; pontificis, quæsumus dñe, annua sollemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur,& nobis gratiæ tuę dona conciliet. Per dñm. Commu.

ma 24.

Beatus seruus, quem cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcomm. DEus, fidelium remunerator aĩarum, præsta, vt beati Bonauenturæ confessoris tui atq; pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam cõsequamur. Per dominum.

Die 17.

SANCTI ALEXII confessoris. Introitus. 6.

psa. 36.



OS iusti meditabitur sapiẽtiã: & lingua eius loquetur iudicium, lex dei eiꝰ in corde ipsius. Psalmus Noli ęmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri,& filio. Oratio.

ibidẽ.

DEus, qui nos beati Alexij cõfessoris tui annua solẽnitate lętificas: cõcede propitius: vt cuiꝰ natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum nostrum.

Lec. eplę B. Pauli apłi ad Timotheũ

1 c. 6.



CArissimæ. Est quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus ĩ hunc mundum: haud dubium. quia nec auferre quid possumus. Habentes

bentes autem alimenta, & quibus tegamur: his contenti ſimus. Nam q̃ volunt diuites fieri: incidunt in tētationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quę mergunt homines in interitum, & ꝑditionem. Radix enim omnium malorum, eſt cupiditas. Quam quidam appetentes, errauerunt a fide: & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem o homo dei, hęc fuge: ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam. Grad. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus libani: multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam ꝑ noctem. Alleluia, alleluia: ℣. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronã vitæ. Alleluia. Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia. de cõi Abbatum. fol. 263. Offertor. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Pſa. 91. — Iac. 1. — Pſa. 88.

LAudis tibi domine hoſtias īmolamus, in tuorum commemoratione ſanctorum: quibus nos & præſentibus exui malis confidimus, & futuris. Per dominum. Commun. Beatus ſeruus, quem cum venerit dñs inuenerit vigilantē: amen dico vobis ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum. Ma. 24.

Poſtcommunio.

REfecti cibo potuq; cęleſti deus noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus, eius muniamur, & ꝑcibus. Per.

SANCTÆ SYMPHOROſæ cum ſeptem filijs martyribus. Introitus. 2

Die 18. — Pſa. 33.



CLamauerunt iuſti, & dñs exaudiuit eos: & ex oĩbus tribulationibus eorũ liberauit eos. pſ. Benedicam dñm ĩ omni tempore: ſemper laus eius ĩ ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

Ibidē.

DEus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorum, Symphoroſæ & filiorum natalitia colere da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dñm. Epiſtola. Sancti per fidem vicerunt regna. de cõi plurim. marty. f. 257. Graduale. Ecce q̃ bonũ, & q̃ iucũdũ habitare fratres ĩ vnũ. ℣. Sicut vnguẽ tũ ĩ capite, qđ deſcẽdit ĩ barbã, barbã Aarõ. Alľa, alľa. ℣. Hęc eſt vera fraternitas: q̃ vicit mũdi crĩna: Chriſtũ ſecuta ẽ, ĩclyta tenẽs regna cęleſtia. Alľ. Euang. Attẽdite a fermẽto phariſęorũ. de eodẽ cõi. f. 258. Offertor. Lętamini in dño, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secr.

Pſa. 132. — Pſa. 31.

MVnera tibi domine noſtræ deuotionis offerimus, quæ & ꝑ tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominum noſtrum.

Communio. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt, dicit dominus. Poſtcommu.

PRæſta nobis q̃ſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Symphoroſa & filijs: vt q̃ ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Die 20. ¶ Sãctæ Margaritæ virginis & martyris, Miſſa. Me expectauerũt. de cõi virginum & martyrum. folio. 264.

SANCTÆ PRAXEDIS virginis. Introitus. 1

Die 21. — Pſa. 118.



LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & non confundebar: & meditabor ĩ mãdatis tuis, quæ dilexi nimis. Pſalmus: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini ℣. Gloria patri. Oratio.

Ibidē.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter vt ſicut de beatæ Praxedis virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per. Epiſtola. De virginibus præceptum dñi non habeo. de cõi virg. fol. 265 Graduale. Dilexiſti iuſtitiã: & odiſti iniq̃tatem. ℣. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo lętitię Alľa, alľa. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna. Alleluia. Euangelium. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. de eodem communi. fol. 264. Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum, & in ſæculum ſæculi. Sec.

Pſa. 44. — Ibidē. — Pſa. 44.

ACcepta tibi ſit dñe ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis ꝑcepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum. Communio. Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inuenta vna pretioſa margarita, dedit omnia ſua, & comparauit eam. Ma. 23.

Poſtcommunio.

SAtiaſti dñe familiam tuã muneribus ſacris: eius, quæſumus, interuentione nos refoue, cuius ſolemnia celebramus. Per dominum.

IN FESTO SANCTÆ Mariæ Magdalenæ. Introitus.

Ie 2. — Pſa. 118.



ME expectauerunt peccatores, vt ꝑderent me: teſtimonia tua dñe intellexi: oĩs conſummationis vidi finẽ: latum mãdatum tuum nimis. Pſalmus. Beati immaculati ĩ via q̃ ambulãt in lege dñi. ℣. Glā. Oro. Ibidē.

BEatæ Mariæ Magdalenæ, q̃s domine, ſuffragijs adiuuemur: cuius ꝑcibus exoratus, quatriduanum

fratrem Lazarum viuum ab inferis resuscitasti. Qui viuis & regnas.

Lectio libri Sapientiæ.

SVrgam, & circuibo ciuitatẽ: per vicos & plateas, q̃rã quem diligit anima mea. Quæsiui illum: & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quẽ diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domũ matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Adiuro vos filiæ Hierusalem ꝑ capreas, ceruosq; camporum: ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectã donec ipsa velit. Pone me vt signaculũ super cor tuum, vt signaculum super brachium tuũ: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, ęmulatio. Lampades eius, lampades ignis, atq; flammarum. Aquę multæ non potuerunt extinguere charitatẽ nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione: quasi nihil despiciet eam. Graduale.

Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tu⁹ oleo lætitiæ. Alleluia, all'a. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternũ. Alleluia. Euang. Rogabat Iesũ q̃dã Pharise⁹. in feria v. Dñicę passionis. dicitur. Credo. Offertorium. Filiæ regum in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Secreta.

MVnera nostra, q̃s dñe, beatæ Mariæ Magdalenæ gloriosa merita tibi reddãt accepta: cui⁹ oblationis obsequium vnigenitus filius tuus clementer suscepit impensum. Qui tecum viuit & regnat. Cõmu.

Feci iudicium & iustitiã dñe, nõ calũnientẽ mihi superbi, ad oĩa mãdata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui. Postcomm.

SVmpto, q̃s dñe, vnico ac salutari remedio, corpore scilicet, & ꝓtioso sanguine tuo: ab omnibus malis, sanctę Marię Magdalenę patrocinijs eruamur. Qui viuis.

IN FESTO SANCTI Apollinaris episcopi, & martyris. Introitus. 6

SAcerdotes dei benedicite dñm: sancti, & humiles corde laudate deum. ps. Benedicite oĩa op̃a dñi dño, laudate, & superexaltate eum in sęcula. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus fideliũ remunerator aĩarũ quiq; hũc diẽ beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti tribue, q̃sumus, nobis famulis tuis vt cuius venerãdã celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per dominum.

Lectio epistolæ B. Petri Apostoli.

CArissimi: Seniores, q̃ in vobis sunt obsecro, cõsenior, & testis Christi passionum, qui & eius quę in futuro reuelanda est, gloriæ cõmunicator. Pascite qui in vobis est gregẽ dei, prouidentes non coacte, sed spõtanee secundum deum: neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie: neq; vt dominãtes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis ĩmarcescibilem gloriæ coronã. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humilitatẽ insinuate. Quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Humiliamini igitur sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis: oẽm solicitudinem vestrã ꝓijcientes in eũ, q̃m ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, & vigilate: q̃a aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiens circuit, q̃rẽs quem deuoret. Cui resistite fortes in fide, scientes eã dẽ passionẽ ei q̃ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus aũt omnis gratię, q̃ vocauit nos ĩ ęternã suã gloriã in Christo Iesu, modicũ passos ipse ꝑficiet cõfirmabit, solidabitq;: Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen. Graduale.

Inueni Dauid seruũ meũ: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enĩ mea auxiliabitẽ ei, & brachiũ meũ cõfortabit eum. ℣. Nihil ꝓficiet inimicus in eo, & fili⁹ iniq̃tatis nõ nocebit ei. Alla, alla. ℣. Iurauit dñs, & nõ pęnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, Alleluia.

Sequẽtia sancti euãgelij sm Lucam.

IN illo tẽpore. Facta est cõtentio inter discipulos, q̃s eorũ videretur esse maior. Dixit aũt eis Iesus. Reges gẽtiũ dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos benefici vocãtur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis, q̃ permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo: & sedeatis super thronos, iudicãtes duodecĩ tribus Israel. Offerrorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso, & in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

REspice domine propitius super hæc munera: quæ pro beati sacerdotis, & martyris tui Apollinaris cõmemoratione deferimus, & pro nostris offensionibus immolamus. Per dominum. Communio.

Domine quinque talẽnta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

TVa sancta sumentes, quæsumus dñe: vt beati Apollinaris

nos foueant continuata præsidia: qui non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs cōcesseris adiuuari. Per dominum nostrum.

Die 24. ¶ Missa vigiliæ sancti Iacobi dicat de communi in vigilia vnius Apostoli. Et pro commemoratio. sanctæ Christinæ virginis, & martyris, dicitur oratio. Indulgentiam. cum sua secreta, & post communione de cōi virg. & mart. fol. 264. Et tertia oratio dicitur de sancta Maria. Concede quæsumus.

¶ Si festum sancti Iacobi venerit feria ij. de vigilia fit commemoratio in Missa sancti Apollinaris, & de sancta Christina in Dominica.

Die 25.

IN FESTO SANCTI Iacobi apostoli. Introitus. 2.



psa. 138 Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus, nimis cōfortatus est prīcipatus eorum Psalmus. Dñe probasti me, & cognouisti me tu cognouisti sessionem meā, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

Esto domine plebi tuæ sanctificator, & custos: vt apostoli tui Iacobi munita præsidijs, & conuersatione tibi placeat, & secura mente deseruiat. Per dominum.

In missis priuatis pro commem. sancti Christophori martyris, Oratio. Præsta quæsumus omnipotēs de⁹: de cōmuni vnius martyris. f. 252. In Missa sollemni nulla commemoratio, fit de eodem.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. C. 4. Fratres: Puto, qđ deus nos apostolos nouissimos ostēdit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hoībus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autē fortes. Vos nobiles: nos aūt ignobiles Vsq; in hāc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sum⁹, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, & laboramus operātes manib⁹ nřis. Maledicimur: & bñdicimus. Persecutionē patimur: & sustinemus, Blasphemamur, & obsecramus. Tanq̃ purgamēta huius mūdi facti sumus, oīum peripsema vsq; adhuc. Nō vt cōfundā vos, hæc scribo: sed vt filios meos carissimos moneo. Nā si decē millia pędagogorum habeatis in Christo: sed non multos prēs. Nam in Christo Iesu, per euangelium ego vos genui. Graduale.

psa. 44. Constitues eos prīcipes sup oēm terrā memores erūt noīs tui dñe. ℣. Pro prībus tuis nati sunt tibi filij, ꝓpterea ppłi cōfitebunt tibi. Allā, allā. ℣. Ego vos elegi de mūdo, vt eatis & fructū afferatis, & fructus vester maneat. Allā.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

ca 20. In illo tēpore: Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeāt hi duo filij mei, vnus ad dexterā tuā, & vnus ad sinistrā in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, nō est meum dare vobis: sed quibus paratū est a patre meo. Dicit. Credo.

psa. 18. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Oblationes populi tui, q̃sumus domine, beati apostoli tui Iacobi passio beata conciliet: & q̃ nostris non apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per dñm.

Præfatio de apostolis. Communio.

ma. 19. Vos, qui secuti estis me, sedebitis sup sedes, iudicātes duodecī tribus Israel.

Postcommunio.

Beati apostoli tui Iacobi, quæsumus dñe, intercessione nos adiuua pro cuius festiuitate percepimus tua sancta lætantes. Per dominum.

Die 27. ¶ Sancti Pantaleonis martyris, Missa. Lætabitur iustus. de communi vnius martyris. fol. 252.

Die 28. ¶ In festo sanctorum Nazarij, Celsi, & Victoris martyrum, & Innocentij Papę, & confessoris, Missa. Intret in conspectu tuo. cū Epistola. Reddidit deus mercedem. de communi plurimorum martyrum. folio. 257. pter orōnes, q̃ dicunt vt infra. Orō.

Sanctorum tuorum nos dñe Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocētij confessio beata communiat: & fragilitati nostræ subsidium dignāter exoret. Per dominum. Secreta.

Concede nobis omnipotēs de⁹ vt his muneribus, quæ pro sanctorum tuorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij honore deferimus: & te placemus exhibitis, & nos viuificemur acceptis. Per. Postcom.

Sanctorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij dñe intercessione placatus, præsta quæsumus, vt qđ temporali celebramus actione, perpetua salutatione capiam⁹. Per dñm.

Die 29.

IN FESTO SANCTÆ Marthæ virginis. Introitus. 8.



psa. 44. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te de us, de⁹ tu⁹ oleo lętitiæ, præ cōsortibus tuis. Psalm⁹. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster, vt sicut de beatæ Marthæ virginis festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per do. Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Oratio.

Præsta, quæsumus domine: vt sicut populus Christianus martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis temporali sollemnitate congaudet, ita perfruatur æterna: & quod votis celebrat, comprehendat effectu. Tertia oro. A cunctis. Epistola. Qui gloriatur in domino glorietur. de communi virg f. 265. Graduale. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere, procede, & regna. ℣ Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, al'a. ℣. Adducetur regi virgines post eam: proximæ eius offerentur tibi in lętitia Alleluia. Euangelium.

Intrauit Iesus in quoddam castellū. vt in festo Assumptionis B. Mariæ. Offertorium. Filiæ regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Secreta

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat.

psa. 44. ibidē. vtf. ibidē.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Secreta.

Hostias tibi domine pro sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis commemoratione deferimus suppliciter deprecantes: vt indulgentiam nobis pariter conferant, & salutem. Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleū in vasis suis cum lāpadibus: media autē nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam Christo domino.


Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Postcommun.

Præsta quæsumus omnipotens deus: vt sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis cęlestibus mysterijs celebrata sollemnitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat.

ma. 25.

SANCTORVM MARTYrum Abdon, & Sennen. Intro. 3

Die 30.



Intret in cōspectu tuo dn̄e gemit⁹ cōpeditorū: redde vicinis nr̄is septuplū in sinu eorū: vindica sanguinē sāctorū tuorū, q̄ effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri. Oratio.

psa. 78. ibidē.

Deus qui sanctis tuis Abdon, & Sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratię contulisti: da famulis tuis suorum veniā peccatorum, vt sanctorum tuorum intercedētibus meritis, ab omnibus mereantur aduersitatibus liberari. Per dominum. Epistola.

Exhibeamus nosmetipsos. de cōi plurimorum martyrum. fol. 257. Graduale. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens ꝓdigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Iustorum animæ in manu dei sunt: & non tanget illos tormētum malitię. Alleluia. Euangelium.

ex. 15.

Videns Iesus turbas. de eodem com muni. folio. 258. Offertor. Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suę benedictus deus. Secr.

psa. 67.

Hæc hostia, quæsumus domine quam in sanctorum martyrū tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordię dona conciliet. Per dominum. Communio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinē brachij tui posside filios morte punitorum. Postcommunio.

psa. 78.

Per huius domine operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & intercedētibus sanctis tuis Abdon, & Sennen, iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum.

FESTA AVGVSTI.

Die 1.

IN FESTO SANCTI Petri ad vincula. Introitus. 3.



Nunc scio vere, q̄a misit dominus angelum suum & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudęorum. Psalmus. Domine ꝓbasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

act. 12. ps. 138.

Deus, qui beatum Petrum apostolum, a vinculis absolutum, illęsum abire fecisti: nostrorū, q̄sum⁹ absolue vicula peccatorū: & oīa mala a nobis ꝓpitiatus exclude. Per do. Deinde fit commemoratio de sancto Paulo. Oratio.

Deus, qui multitudinem gētiū beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus, vt cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Machabeorum. Oratio.

FRaterna nos domine martyrũ tuorum corona lætificet: quę & fidei nostræ præbeat incrementa vir tutũ, & multiplici nos suffragio con soletur. Per dominum. Epistola. Misit Herodes rex manus. vt in festo apostolorũ Petri, & Pauli. Grad. Constitues eos principes super omnẽ terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebunt̃ tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Solue iubẽte deo terrarum Petre catenas: q̃ facis vt pateant cœlestia regna beatis, Alla. Euangelium. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. ibidem vbi Epistola. Et dicitur. Credo. Offertor. Constitues eos principes super omnẽ terram: memores erunt nominis tui dñe in oĩ progenie, & gñone. Secreta.

psa. 44. — ibidem.

OBlatum tibi dñe sacrificiũ, intercedẽte beato Petro apostolo tuo, viuificet nos semper, & muniat. Per dominum nostrum.

Pro sancto Paulo. Secreta.

APostoli tui Pauli precibus dñe plebis tuæ dona sanctifica: vt q̃ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Machabęorum. Secreta.

ITerata mysteria domine, pro sanctorum martyrum tuorum commemoratione deuota, mente tracte mus: quibus præsidium nobis crescat, & gaudium. Per dominum.

Præfatio de apostolis. Communio. Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. Postcom.

ma. 16.

COrporis sacri, & p̃tiosi sanguinis repleti libamine, quęsumus dñe de⁹ noster, vt quod pia deuotione gerimus, certa redẽptione capiamus. Per dominum.

Pro sancto Paulo. Postcommunio.

PErceptis domine sacramentis, beatis apostolis interuenientib⁹ deprecamur: vt quæ pro illorum celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Pro commemoratione sanctorum Machabęorũ. Postcõ.

PRæsta, quæsumus, omnipotens deus: vt quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidẽ quoq; p̃ficiẽdo sectemur. Per.

SANCTI STEPHANI Papæ, & martyris. Introitus. 2.

Die 2.



SAcerdotes eius iduãt salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Psalm⁹. Memento dñe Dauid, & oĩs mãsuetudinis, ei⁹. ℣. Gl. Oro.

psa. 131. — ibidé.

DE⁹, q̃ nos beati Stephani martyris tui atq; pontificis annua solẽnitate lętificas: concede p̃pitius

vt cuius natalitia colimus, de eiusdẽ etiam protectione gaudeamus. Per.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 20.

IN diebus illis. A Mileto Paulus mittens Ephesum vocauit maiores natu ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tẽpus fuerim, seruiens domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum: quomodo nihil sub traxerim vobis vtilium, quominus annũciarem vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Iudæis atque gentilibus in deum pęnitentiam, & fidem in dominum nostrum Iesum Christum. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Alleluia. Euangelium. Si quis vult venire post me. de cõi vnius martyris pontificis. fol. 251. Offertorium. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meũ confortabit eum. Secre.

ecc. 44. — psa. 109 — psa. 88.

MVnera tibi dñe dicata sanctifica: & intercedente beato Stephano martyre tuo atq; pontifice, p̃ eadẽ nos placatus intende. Per dñm Communio. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te con stituã: intra in gaudiũ dñi tui. Postcõ.

ma. 25.

HÆc nos communio dñe purget a crimine: & intercedente beato Stephano martyre tuo atque pontifice, cœlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum.

¶ In inuentione sancti Stephani p̃tomartyris, ad Missam omnia dicuntur de natali eius. fol. 26. Et vbi dicitur in oratione Natalitia celebramus. dicat Inuẽtionem celebram⁹.

Die 3.

IN FESTO SANCTI Dominici confessoris. Intr. 6.

Die 4.



OS iusti meditabitur sapientiã & lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei ei⁹ in corde ipsius Psalmus. Noli ęmulari in malignãtibus: neque zelaueris facientes iniquitatẽ. ℣. Gloria. Oro.

psa. 36. — ibidé.

DEus, q̃ ecclesiã tuã, beati Dominici cõfessoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: cõcede: vt eius intercessione, t̃palib⁹ nõ destituatur auxilijs, & spiritualib⁹ semper proficiat incrementis. Per. Epistola. Testificor coram deo. de cõi Doctorum. fol. 28. Graduale. fol. x

*ut in festo S. Sylvestri Ep. Con. post Domin. Natiuitatis Christi Domini.

psa. 91. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alle. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante dominum. Alleluia. Euãg. Sint lumbi vestri præcincti. de communi cõfessorum non pont. et f. 18

in Festo S. Syluestri Papæ confess: ...

Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Mvnera tibi domine dicata sanctifica: vt meritis beati Dominici confessoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Communio. Fidelis seruus, & prudẽs quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Concede, quæsumus omnipotens deus: vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Dominici confessoris tui patrocinio subleuemur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secla.

¶ In dedicatione sanctæ Mariæ ad Niues, Missa. Salue sancta parens. vt in missis votiuis beatæ Mariæ virginis a Pentecoste vsque ad Aduentum. folio. 265. Et dicitur, Credo. Præfatio de sancta Maria. Et te in festiuitate beatæ Mariæ.

IN FESTO TRANSFIGVrationis Domini nostri Iesu Christi. Introitus.



Illuxerũt coruscationes tuæ orbi terræ commota est, & contremuit terra. Psalmus Quam dilecta, tabernacula tua dominevirtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui fidei sacramẽta, in vnigeniti tui gloriosa Transfiguratione patrum testimonio roborasti: & adoptionem filiorum perfectã, voce delapsa in nube lucida, mirabiliter præsignasti: concede propitius: vt ipsius regis gloriæ nos cohæredes efficias, & eiusdem gloriæ tribuas esse consortes. Per eundem.

Pro commemoratione sanctorum martyrũ Xisti, Felicissimi, & Agapiti. Oratio.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorũ Xisti, Felicissimi, & Agapiti natalitia colere: da nobis ĩ æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominũ, Lectio epistolæ B. Petri apostoli.



Charissimi: Non doctas fabulas secuti, notũ fecimus vobis dñi nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem & gloriam, voce ad eum delapsa huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam: cũ essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticũ sermonem: cui bene facitis attendẽtes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

Graduale. Speciosus forma præ filijs hominũ: diffusa est gratia in labijs tuis ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Alleluia, alleluia. ℣. Candor est lucis æternæ: speculum sine macula: & imago bonitatis illius. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum seorsum: & trãsfiguratus est ante eos Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum. Domine bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus, hic tria tabernacula: tibi vnũ, Moysi vnũ, & Eliæ vnũ. Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicẽs. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suã: & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos dixitque eis Surgite, & nolite timere: Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, pcepit eis Iesus, dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Dicitur. Credo.

Offertorium. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi, Alleluia. Secreta.

Oblata, quæsumus domine, munera, gloriosa vnigẽiti tui Trãsfiguratione sanctifica: nosq; a peccatorum maculis, splendoribus ipsius illustrationis emunda. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Xisti, Felicissimi, & Agapiti. Secreta.

Mvnera tibi domine nostræ deuotionis offerimus, quæ pro tuorum grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrum.

Præfatio de natiuitate Domini.

Communio. Visionem quam vidistis nemini dixeritis: donec a mortuis resurgat filius hominis. Postcomm.

Præsta quæsumus, omnipotens deus: vt sacrosancta

Transfigurationis mysteria, quæ sollẽni celebramus officio, purificatæ mẽtis intelligẽtia cõsequamur. Per.
Pro commemoratione sanctorum martyrum Xisti, Felicissimi, & Agapiti. Postcommunio.
PRæsta nobis, quæsumus domine, intercedentibus sanctis tuis Xisto, Felicissimo, & Agapito, vt quę ore contingimus: pura mente capiamus. Per dominum nostrum Iesum

SANCTI DONATI episcopi, & martyris. Introit⁹. 6.

Die 7. Da. 3.



SAcerdotes dei benedicite dominum sancti & humiles corde laudate deum. ps. Benedicite oĩa opera dñi dño laudate & superexaltate eum ĩ sæcula. ℣. Gloria patri. Oratio.
ibi dẽ.
DEus tuorum gloria sacerdotũ: præsta q̃sumus: vt sancti martyris tui, & episcopi Donati, cuius festa gerimus, sentiamus auxiliũ. Per.
Epistola. Omne gaudium existimate fratres mei. de communi vnius martyris. fol. 253. Graduale.
Os iusti meditabitur sapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplãtabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus non conturbabitur: quia dominus firmat manum eius. Alleluia. Euangelium.
psa. 35.
Videte, & vigilate. de communi cõfessorum pontificum. folio 260.
Offertorium. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secr.
psa. 88.
PRæsta, quæsumus domine: vt sancti martyris tui, & episcopi Donati intercessione, quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, piæ nobis fructus deuotionis accrescat. Per dominũ. Comm.
Fidelis seruus & prudens: quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mẽsurã. Postcommunio.
ma. 24.
OMnipotens, & misericors de⁹, qui nos sacramentorum tuorũ, & participes efficis, & ministros: præsta quæsumus: vt intercedente beato Donato martyre tuo atq; põtifice, eiusdem proficiamus, & fidei consortio, & digno seruitio. Per do.

IN FESTO SANCTORVM martyrum Cyriaci, Largi, & Smaragdi. Introitus. 3.

Die 8.



TImete dominũ omnes sancti ei⁹, q̃m nihil deest timentibus eum: diuites eguerunt, & esurierunt: inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Psalmus. Benedicam dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Oratio.
psa. 33.
DEus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi sollemnitate lætificas, concede propitius: vt quorum natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per dominum nostrum Iesum Christum.
Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.
1. c. 2.
FRatres: Gratias agim⁹ deo sine intermissione: quoniã cum accepissetis a nobis verbum auditus dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum dei quę sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos a cõtribulib⁹ vestris, sicut & ipsi a Iudęis qui & dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persequuti sunt & deo non placent: & omnibus hominibus aduersantur. Prohibentes nos gentibus loqui, vt salui fiant: vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira dei super illos vsque in finem. Graduale.
TImete dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominum, non deficient omni bono. Alleluia, alleluia. ℣. Fulgebunt iusti: & tanquam scintillæ in arundineto discurrent in æternum. Alleluia.
psa. 33.
sap 3.
Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.
IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Euntes in mundum vniuersum, p̃dicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizat⁹ fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint: hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.
ca. 16.
Offertorium. Lętamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.
psa 31
ACcepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio: & eorum nobis fiat supplicatione salutaris, p̃ quorum sollemnitate defertur. Per dominum nostrum. Communio.
Signa autem eos qui in me credunt, hæc sequentur: dæmonia eijcient: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Postcommunio.
mar 16.
REfecti participatione muneris sacri, quæsumus, domine deus noster, vt cuius exequimur cultum, intercedentibus sanctis Martyribus tuis Cyriaco, Largo, & Smaragdo, sentiamus effectum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia &c.

Die 9.

IN VIGILIA SANCTI Laurentij martyris: Introitus.



psa. 111

Isperſit dedit pauperibus: iuſtitia ei⁹ manet in ſæculum ſæculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Pſalmus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

ibidē.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: & ĩterceſſione beati Laurentij martyris tui: cuius præuenimus feſtiuitatem, perpetuã nobis miſericordiam benignus impende. Per dominum noſtrum.

Pro commemoratione ſancti Romani martyris. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt intercedente beato Romano martyre tuo, & a cũctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum noſtrum.

Tertia oratio de ſancta Maria. Concede. Si feſtum ſancti Laurentij venerit feria ſecunda de vigilia fit commemoratio in ſabbatho, & de ſãcto Romano in Dominica. Vbi autem fuerit eccleſia collegiata ĩ ſabbatho dicatur etiam miſſa de vigilia.

Lectio libri Sapientiæ.

eccl. 51.



Onfitebor tibi domine rex & collaudabo te deum ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor, & protector factus es mihi: & liberaſti corpus meũ a ꝑditione: a laqueo linguæ iniquæ, & a labijs operantiũ mendacium: & in conſpectu perſequentium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundum multitudinẽ miſericordiæ nominis tui a rugienti bus præparatis ad eſcam, de manibus quærentium animam meam: & deportis tribulationum, quæ circundederunt me: a preſſura flammæ, q̃ circũdedit me: & in medio ignis nõ ſum æſtuatus. De altitudine ventris inferi: & a lingua coinquinata, & a verbo mendacij: a rege iniquo: & a lingua iniuſta. Laudabit vſq; ad mortem anima mea dominum: quoniã eruis ſuſtinentes te: & liberas eos de manu anguſtię, domine deus noſter.

psa. 11.

Graduale. Diſperſit dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

Euangelium. Si q̃s vult venire poſt me. de cõi vnius martyris. fol. 251.

Offertorium. Oratio mea munda eſt: & ideo peto, vt detur locus voci meæ in cœlo: quia ibi eſt iudex meus, & cõſcius meus, in excelſo aſcendat ad dominum deprecatio mea. Secreta.

HOſtias domine, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe: & intercedente beato Laurentio martyre tuo, vincula peccatorum noſtrorum abſolue. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro commemoratione ſancti Romani martyris. Secreta.

ACcepta ſit in cõſpectu tuo domine noſtra deuotio: & ei⁹ nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſollemnitate defertur.

Tertia de S. Maria. Communio.

ma. 16.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſnam, & ſequatur me. Poſtcommunio.

DA, quæſumus, dñe deus noſter vt ſicut beati Laurentij martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aſpectu. Per dominum noſtrũ

Pro commemoratione ſancti Romani martyris. Poſtcomm.

REfecti participatione muneris ſacri, quæſumus, domine deus noſter: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Romano martyre tuo, ſentiamus effectum.

Tertia de ſancta Maria.

Die 10.

IN FESTO SANCTI Laurentij martyris. Introit⁹. 3.

psa. 95.



COnfeſſio & pulcritudo in cõſpectu eius: ſanctitas & magnificentia in ſãctificatione eius. Pſalmus. Cãtate dño cãticũ nouũ: cantate dño oĩs terra. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibidē.

DA nobis, quæſumus omnipotens deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorũ incendia ſuperare. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1 c. 9.

FRatres: Qui parce ſeminat parce & metet Et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens eſt autem deus omnẽ gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abũdetis in omne opus bonum: ſicut ſcriptum eſt. Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti & panem ad manducandum præſtabit. Et multiplicabit ſemen veſtrum: & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Graduale.

psa. 16.

Probaſti domine cor meum: & viſitaſti nocte. ℣. Igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas. Alla, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt: qui per ſignum crucis cęcos illuminauit, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

ca. 12.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amẽ amẽ dico vobis niſi gra-

num frumenti cadēs in terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suā, perdet eam: & qui odit animam suā in hoc mundo, in vitam æternā custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit, Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus, qui est in cœlis. non dicitur, Credo. nisi in ecclesia propria, & nisi venerit in Dominica. Offertor. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. Secreta.

psa. 95.

Accipe, quęsumus domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per dominum nostrum Iesum Christum. Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit.

ioā. 12.

Postcommunio.

Sacro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt, quod debitæ seruitutis celebramus officio intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per dominum nostrū Iesum Christum filium tuum. Infra octauam sancti Laurentij fit idem officium quod in die: & post orationem diei dicitur oratio de festo simplici occurrente, tertia dē S. Maria. Concede.

Die 11.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Tyburtij, & Susannæ. Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum Tyburtij, & Susannæ nos domine foueant continuata præsidia: qa non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per dominum nostrum.

Tertia oratio de sancta Maria. Concede. nisi venerit in Dominica: tunc enī tertia oratio erit de sanctis. Secr.

Adesto domine precibus populi tui: adesto muneribus: vt quę sacris sunt oblata mysterijs, tuorum tibi placeant intercessione sanctorū. Per dominum. Postcomm.

Sumpsimus domine pignus redēptionis æternæ: quod sit nobis, quæsumus, interuenientibus sanctis martyribus tuis, vitæ præsentis auxilium, pariter, & futuræ. Per dominū nostrum Iesum Christum filium tuū qui tecum viuit & regnat.

Die 12.

Pro commemoratione sanctæ Claræ virginis. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster vt sicut de beatæ Claræ virginis festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Tertia oratio de sancta Maria. Concede. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium.

Postcommunio.

Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris, eius q̄sumus semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus.

Die 12.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Hyppolyti, & Cassiani. Oratio.

Da, quęsumus omnipotens de⁹ vt beatorum martyrum tuorū Hippolyti, & Cassiani veneranda solemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Tertia oratio de sācta Maria. Concede. Secreta.

Respice domine munera populi tui sanctorum festiuitate votiua: & tuæ testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Postcom.

Sacramentorum tuorum domine communio sumpta nos saluet: & in tuæ veritatis luce cōfirmet.

Die 14.

IN VIGILIA ASSUMPTIONIS beatæ Mariæ virginis. Introitus. 2.

psa. 44.



Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis adducent̄ regi virgines post eam: ꝓximæ eius adducētur tibi, in lætitia, & exultatione. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Non dicitur. Gloria in excelsis deo.

ibidē

Oratio.

Deus, qui virginalem aulā beatæ Mariæ virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da quęsumus: vt sua nos defensione munitos, iucundos facias suæ interesse festiuitati. Qui viuis & regnas cū deo patre in vnitate.

Pro commemoratione sancti Laurentij. Oratio.

Da nobis, quæsumus omnipotens deus, vitiorum nostrorū flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorū incendia superare.

Deinde pro sancto Eusebio confessore. Oratio.

Deus, qui nos beati Eusebij cōfessoris tui annua sollemnitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium.

Lectio libri sapientiæ.

ecc. 24.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei, fructus honoris, & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me omnis gratia vię, & veritatis: in me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: & hæreditas mea super mel, & fauum. Memoria mea in generatione sæculorum. Qui edunt me adhuc esurient:

& qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audiunt me, non confundentur: & q operantur in me, non peccabũt. Qui elucidant me, vitã æternã habebũt. Graduale. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 11.

IN illo tempore: Loquente Iesu ad turbas: extollẽs vocem quædã mulier de turba dixit illi. Beatus venter, qui te portauit: & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiũt verbum dei, & custodiunt illud. Offer. Beata es virgo Maria, quæ omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo.

Secreta.

MVnera nostra, domine, apud clementiam tuam dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de præsenti sæculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eũdẽ dñm nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

Pro S. Laurentio. Secreta.

ACcipe, quęsumus domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede.

Pro commemoratione sancti Eusebij. Secreta.

LAudis tibi domine hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum, quibus nos, & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per dominum.

Præfatio communis. Communio. Beata viscera Mariæ virginis: quæ portauerunt æterni patris filium.

Postcommunio.

COncede misericors deus fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ dei genitricis festiuitatem ꝓuenimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat.

Pro sancto Laurentio. Postcomm.

SAcro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt quod debitæ seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo saluationis tuæ sentiamus augmentum.

Pro commemoratione sancti Eusebij. Postcommunio.

REfecti cibo potuque cœlesti, deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur, & precibus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Die 15.

IN ASSVMPTIONE B. Mariæ virginis. Introitus. I





GAudeamus omnes in domino, diem festum celebrãtes sub honore beatæ Marię virginis: de cuius Assumptione gaudent Angeli: & collaudant filiũ dei. Psalmus. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

psa. 44.

FAmulorum tuorum, quæsumus domine, delictis ignosce: vt, qui tibi placere de actibus nostris nõ valemus, genitricis filij tui domini nostris intercessione saluemur. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Lectio libri Sapientiæ.

ecc. 24.

IN omnibꝰ requiẽ q̃siui: & in hęreditate dñi morabor. Tũc ꝓcepit, & dixit mihi creator oĩum: & q creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi. In Iacob inhabita: & in Israel hæreditare: & in electis meis mitte radices. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei, hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano: & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades: & quasi plantatio rosæ in Iericho. Quasi oliua speciosa in campis: & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis, sicut cinnamomum, & balsamum aromatizãs, odorem dedi. Quasi myrra electa, dedi suauitatem odoris. Graduale. Propter veritatẽ, & mansuetudinẽ, & iustitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide: & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Assumpta est Maria in cœlum, gaudet exercitus angelorum. Alleluia.

psa. 44.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 10.

IN illo tempore: Intrauit Iesus in quoddam castellum & mulier quædã Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria: quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequẽs ministerium. Quæ

stetit,& ait. Domine non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respõdens dixit illi domin⁹. Martha Martha, solicita es,& turbaris erga plurima. Porro, vnum est necessarium Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea. Dicitur. Credo. Offertorium. Assumpta est Maria in cœlum: gaudẽt angeli: collaudantes benedicunt dominum Alleluia. Secreta.

Subueniat dñe plebi tuæ dei genitricis oratio, quam etsi pro cõditione carnis migrasse cognoscimus, in cœlesti gloria apud te ꝓ nobis intercedere sentiamus. Per eũdẽ.

Præfatio de beata Maria.

Communio. Optimam partem elegit sibi Maria: quæ non auferetur ab ea in æternum. Postcommun.

Mensæ cœlestis participes effecti, imploramus clementiam tuam domine deus noster: vt qui assumptionem dei genitricis colimus a cunctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per eundẽ dominum nostrum Iesum.

Infra octauam Assumptionis beatæ virginis,& in eius octaua fit idem officium quod in die. Et infra octauã post orationem diei dicitur oratio de Spiritu sancto. Deus qui corda fidelium. tertia. Ecclesiæ. vel pro Papa. Et non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autem fit tantum commemoratio.

IN OCTAVA SANCTI Laurentij. Introitus. 7.

Die 17.



Probasti dñe cor meum,& visitasti nocte: igne me examinasti,& non est inuenta in me iniquitas. Psalmus. Exaudi domine iustitiam meam, intẽde deprecationem meam. ℣. Gloria patri,& filio. Oratio.

psa. 8. ibidẽ.

Excita dñe, in ecclesia tua spiritum, cui beatus Laurentius leuita seruiuit: vt eodem nos repleti, studeamus amare, quod amauit,& opere exercere quod docuit. Per dominum in vnitate eiusdem.

Et fit commemoratio de octaua Assumptionis beatæ Mariæ. Epistola. Qui parce seminat. vt ĩ festo eiusdẽ. Graduale. Gloria & honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cęcos illuminauit, alleluia. Euange. Nisi granum frumenti. vt in eius festo. Et dicitur. Credo. Offertor. In virtute tua domine lætabitur iustus,& super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei. Secreta.

psa. 8. psa. 20.

Sacrificium nostrum tibi domine, quæsumus, beati Laurentij precatio sancta conciliet: vt cuius honore sollemniter exhibetur, eius

meritis efficiatur acceptum. Per dominum nostrum Iesum Christum.

ma. 16.

Cõmunio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum,& tollat crucem suam,& sequatur me. Postcomm.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis cœlestibus satiasti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione custodias. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Die 18.

Pro commemoratione sancti Agapiti martyris. Oratio.

Lætetur ecclesia tua deus, beati Agapiti martyris tui confisa suffragijs: atque eius precibus gloriosis & deuota permaneat,& secura consistat. Tertia de Spiritu sancto. Deus qui corda fidelium. Secreta.

Suscipe domine munera, quæ in eius tibi sollemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam, muneribus sacris: eius quæsum⁹ semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus.

Die 20.

¶ In festo sancti Bernardi abbatis, Missa. Os iusti medita. de communi vnius Abbatis. fol. 263. Epistola. Iustus cor suum. in communi Doctorum. fol. 261. fit commemoratio de octaua Assumptionis beatæ Mariæ: & dicitur, Credo.

Die 22.

¶ In octaua Assumptionis beatæ Mariæ missa vt in die, cum commemoratione sanctorum martyrum Timothei, Hippolyti,& Symphoriani. Oratio.

Auxilium tuum nobis domine quæsumus, placatus impende & intercedentibus beatis martyrib⁹ tuis Timotheo, Hippolyto,& Symphoriano dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuum, qui tecum viuit,& regnat. Secreta.

Accepta tibi sit, domine sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit,& regnat in vnitate. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati quæsumus domine deus noster: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto,& Symphoriano, in eius semper participatione viuamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ qui tecum viuit,& regnat.

Die 23. vel 24.

Missa vigiliæ sancti Bartholomæi dicatur de communi vnius apostoli. Ego autem sicut oliua. Sequens festum sancti Bartholomæi celebretur secũdum consuetudinem locorum, vel 24 vel 25. Augusti. Romæ autem celebratur 25 cum commemoratione sancti Ludouici in missis tantum priuatis.

Die 24. vel 25. psa. 138

IN FESTO SANCTI Bartholomęi apsi. Introitus. 2.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est prīcipatus eorum Psalmus. Dñe probasti me, & cognouisti me tu cognouisti sessionē meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui huius diei venerandā sanctam que lętitiam, in beati apostoli tui Bartholomæi festiuitate tribuisti da ecclesiæ tuæ, quæsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per dominum nostrum.

ibidē.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.c. 12.



Ratres: Vos estis corpus Christi, & membra de mēbro. Et quosdam quidē posuit deus in ecclesia: primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? nūquid oēs prophetæ? nunq̄d oēs doctores? nunq̄d oēs virtutes? nunq̄d oēs gratiam habent curationū? nūq̄d oēs linguis loquunt? nunquid omnes interpretantur? Æmulamini autē charismata meliora. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alla. ℣. Te gloriosus apostolorum chorus laudat domine, Alleluia.

psa. 44.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c. 6.

In illo tempore: Exijt Iesus in montem orare: & erat p̄ noctās in oratione dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis quos & Apostolos nominauit. Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius: Iacobum & Ioannem, Philippum, & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphęi, & Simonem, qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscarioten, qui fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudęa, & Hierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerāt vt audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere quia virtus de illo exibat, & sanabat oēs. dicitur, Credo. Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

psa. 138.

Beati apostoli tui dñe Bartholomæi sollemnia recensentes, quę sumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis immolamus. Per dominum.

Præfatio de Apostolis. Communio. Vos qui secuti estis me, sedebitis sup sedes, iudicātes duodecim tribus Israel, dicit dominus. Postcomm.

ma 19.

Sumptum domine pignus redēptionis æternæ sit nobis, quæsumus, interueniente beato Bartholomæo apostolo tuo, vitę præsentis auxiliū pariter & futuræ. Per dominū.

Die 25.

SANCTI LVDOVICI confessoris. Introitus. 6.

psa. 36.



Os iusti meditabit sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsi. Psalm. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

ibidē.

Deus, qui beatum Ludouicum confessorem tuum, de terreno regno ad cœlestis regni gloriam trāstulisti: eius quæsumus meritis, & intercessione, regis omnium Iesu Christi filij tui nos cohęredes efficias. Per Epistola. Iustum deduxit dominus. de communi vnius martyris non pōtificis. folio. 252. Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam p̄ noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir qui suffert tētationē: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, Alleluia. Euangelium. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam. de communi confessorum non pontificū. f. 262. Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

psa. 91. iac. 1. psa. 88.

Præsta, quæsumus, omnipotens deus: vt sicut beatus Ludouicus cōfessor tuus, spretis mundi oblectamentis, soli regi Christo placere studuit, ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per dominum nostrum.

Communio. Beatus seruus, quem cū venerit dominus, inuenerit vigilantē amē dico vobis, super oīa bona sua cōstituet eum: Postcommunio.

ma. 24.

Deus, qui beatum confessorem tuum Ludouicum mirificasti in terris: quæsumus, vt quem in cœlis gloriosum fecisti, ecclesiæ tuæ cōstituas defensorem. Per dominum.

¶ Sancti Zephyrini Papæ & martyris, Missa. Sacerdotes dei. de cōmuni vnius martyris pontificis. f. 251. p̄ter orōnē, q̄ dr̄ vt infra. Oratio.

Die 26.

Præsta quæsumus omnipotens deus: vt beati Zephyrini martyris tui atque pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostrum.

Secreta.

MVnera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Zephyrino martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum. Postcommun.

HÆc nos communio, domine, purget a crimine: & intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, cœlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum.

Die 28.

IN FESTO SANCTI Augustini episcopi, & confessoris, ac Doctoris ecclesiæ. Introitus. 6.



ccc. 15. IN medio ecclesiæ aꝑuit os eius, & iple uit eum dominus spiritu sapiẽtiæ & intellectus: stolam gloriæ induit eum. Psalmus. psa. 91. Bonum est cõfiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

ADesto supplicationibꝰ nostris omnipotens deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, intercedente beato Augustino cõfessore tuo atq; pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectũ. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione S. Hermetis martyris. Oratio.

DEus, qui beatũ Hermetẽ martyrẽ tuũ virtute cõstãtiæ ĩ passione roborasti: ex eius nobis imitatiõe tribue, ꝓ amore tuo ꝓspera mũdi despicere, & nulla eiꝰ aduersa formidare. Per dominum. Epistola. Testificor. de cõi Doc. f. 260. Gra. psa. 36. Os iusti meditabiť sapiẽtiã: & lingua eius loqueť iudiciũ. ℣. Lex dei eius ĩ corde ipsius: & nõ supplãtabunť gressus eius. Alla, alla. ℣. Inueni Dauid psa. 88. seruũ meũ, oleo sãctomeo vnxi eũ Al. Euang. Vos estis sal terrę. de eodem cõi. fol. 261. Et dr. Credo. Offer. psa. 91. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in libano est, multiplicabiť. Secr.

SAncti confessoris tui Augustini nob is, dñe, pia nõ desit oro, q̃ & munera nr̃a cõciliet, & tuã nobis indulgentiã semꝑ obtineat. Per dñm.

Pro comm. S. Hermetis. Secreta

SAcrificiũ tibi dñe laudis offerimus in tuorũ cõmemoratione sanctorũ: da q̃s: vt quod illis cõtulit ad gloriã, nobis ꝓsit ad salutẽ. Per.

ma. 24. Comm. Fidelis seruus & prudẽs, quẽ cõstituit dñs suꝑ familiã suã, vt det illis in tp̃e tritici mensuram. Postc.

VT nobis dñe tua sacrificia dẽt salutẽ: beatus cõfessor tuus Augustinus & põtifex, q̃sumus, p̃cator acce dat. Per dominũ. Pro commemoratione S. Hermetis. Postcom.

REpleti benedictione cœlesti, quæsumus clementiam tuam, vt intercedente beato Hermete martyre tuo, quæ humiliter gerimus, salubriter

salubriter sentiamus. Per dominum.

Die 29.

IN DECOLLATIONE sancti Ioannis Baptistæ. Intr. 5.



psa. 118. LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar, & meditabar in mãdatis tuis, quæ dilexi nimis. ps. psa. 91. Bonum est cõfiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

SAncti Ioannis Baptistæ præcursoris, & martyris tui, quæsumus domine, veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis præstet effectum. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione sanctæ Sabinę martyris. Oratio.

DEus, qui inter cætera potẽtiæ tuæ miracula, etiã in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: cõcede propitius, vt qui beatę Sabinæ martyris tuæ natalitia colimus, ꝑ eiꝰ ad te exempla gradiamur. Per dñm.

Lectio Hieremiæ prophetæ.

ca. 1 IN diebus illis. Factum est verbum dñi ad me, dicens. Accinge lũbos tuos, & surge, & loquere ad Iudã omnia q̃ ego p̃cipio tibi. Ne formides a facie eorũ nec enim timere te faciam vultũ eorũ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum ęreum suꝑ oẽm terrã, regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & omni populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, ait dñs, vt liberem te. Graduale.

psa. 91. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciãdum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alla. ℣. Iustus germi- osee 14. nabit sicut lilium: & florebit in æternũ ante dominum, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

c 6. IN illo tempore. Misit Herodes, ac tenuit Ioannem: & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioãnem, sciẽs eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cęnam fecit principibus, & tribunis & primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herod, simulq; recũbentibus: rex ait puellę. Pete a me quod vis: & dabo tibi. Et iurauit illi: q̃a quicq̃d petieris dabo

tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset: dixit matri suę. Quid petam? At illa dixit. Caput Ioãnis Baptistæ. Cumq; introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit, dicens. Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iusiurandũ, & ꝑpter simul discumbẽtes, noluit eam contristare: sed misso spiculatore pręcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius ĩ disco: & dedit illud puellæ: & puella dedit matri suæ. Quo audito: discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento. Offertorium.

psa. 20. In virtute tua domine lętabitur iustus & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei. Secreta.

MVnera, quæ tibi, dñe, pro sancti martyris tui Ioãnis Baptistæ passione deferimꝰ, quæsumus, vt eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione sanctæ Sabinæ. Secreta:

HOstias tibi dñe beatæ Sabinæ martyris tuæ dicatas, meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribuæ ꝑuenire subsidiũ. Per.

ibidẽ. Cõmunio Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide pretioso. Postcõ.

COnferat nobis dñe sancti Ioannis Baptistę vtraq; solẽnitas: vt & magnifica sacramẽta q̃ sumpsimꝰ significata veneremur, & ĩ nobis potius edita gaudeamus. Per dominũ,

Pro comme. S. Sabinæ. Postcom.

DIuini muneris largitate satiati, quæsumus dñe deus noster: vt intercedẽte btã Sabina martyre tua, ĩ eiꝰ sẽp participatione viuamꝰ. Per.

SANCTORVM FELICIS & Adaucti martyrũ. Introitus. I. Die 30.



ecc. 44. SApientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nũciet ecclesia: nomina autem eorũ viuent in sæculum sæculi. Psalmus. Exultate iusti in dño rectos d̃cet collaudatio. ℣. Gła. Oro.

psa 32. MAiestatem tuã dñe supplices exoramus: vt sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas. Per dñm. Epistola. Reddidit deus iustis mercedem. cõmuni plur. martyr. f. 257. Grad.

sap. 3. Iustorũ animę in manu dei sunt: & nõ tanget illos tormentũ malitiæ. ℣. Visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sunt in pace. Alła, alła. ℣. Fulgebunt iusti, & tanquã scintillæ in arundineto discurrent in æternum, Alła. Euang.

ibidẽ. Qui vos audit: de communi plurimorum martyrum. fol. 258. Offer.

psa. 31. Lætamini in domino & exultate iusti & gloriamini omnes recti corde. Sec.

HOstias domine plebis tuæ intẽde: & quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrãt proficere sibi sentiant ad salutẽ. Per.

ma. 10. Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dñs: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Postcommunio.

REpleti domine muneribus sacris, quæsumus: vt intercedentibus sanctis tuis, in gratiarum tuarũ semper actione maneamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecũ viuit, & regnat.

FESTA SEPTEMBRIS.

Die I. ¶ Sancti Ægidij Abbatis. Missa. Os iusti medi. vt in communi Abbatis fol. 263. cum commemoratione sanctorum martyrum duodecim Fratrum. Oratio.

FAterna nos domine martyrum tuorum corona lætificet: quę & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio cõsoletur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Secreta.

ITerata mysteria, domine, pro sanctorum martyrum tuorum commemoratione deuota mente tractemus: quibus nobis & præsidium crescat, & gaudium. Per dominum nostrum Iesum Christum. Postcomm.

PRæsta quæsumus, omnipotens deus: vt quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiẽdo sectemur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate.

IN NATIVITATE SANCTÆ Mariæ virginis. Introitus. Die 8.





sedu-liꝰ. SAlue sancta parẽs enixa puerpera regẽ: q coelũ terrãq; regit in scła sclorũ ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. ℣. Gl. Oratio.

psa 44. FAmulis tuis, q̃s dñe, cęlestis grãæ munꝰ ĩptiræ: vt qbus beatę Virginis partus extitit salutis exordiũ, Natiuitatis eius votiua sollẽnitas pacis tribuat incrementum. Per dñm.

In missis priuatis ꝑ cõm. S. Adriani mar. Oro. Pręsta q̃s ops deus, vt qui: de communi vnius martyr. f. 251.

Lectio libri Sapientiæ.

pu. 8. DOminꝰ possedit me ĩ initio viarũ suarũ, anteq̃ q̃cq̃ faceret a prĩcipio. Ab ęterno ordinata sum, & ex antiquis, antequã terra fieret. Nõdum erant abyssi: & ego iã concepta eram. Necdum fontes aquarum eru-

perant: necdum montes graui mole constiterãt. Ante oẽs colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cęlos, aderam. Quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Quãdo ęthera firmabat sursum: & librabat fontes aquarũ. Quãdo circundabat mari terminum suũ: & legem ponebat aquis, ne transirẽt fines suos. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cũcta cõponens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tpe ludẽs in orbe terrarũ: & delicię meę esse cũ filijs hoĩum. Nũc ergo filij audite me. Beati q custodiũt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes: & nolite abijcere eã. Beatus homo qui audit me: & qui vigilat ad fores meas quotidie: & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem a dño.

Graduale. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria, quæ sine tactu pudoris, inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, fact⁹ homo. Alla, alla. ℣. Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ. Alleluia.

Initium sancti euangelij secundum Matthæum.

Math. 1.



Iber generatiõis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã, Abrahã genuit Isaac. Isaac aũt genuit Iacob. Iacob aũt, genuit Iudã, & fratres eius. Iudas autem, genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem, genuit Esron. Esrõ autem, genuit Aram. Aram autem, genuit Aminadab. Aminadab autẽ, genuit Naason. Naason autem, genuit Salmon. Salmõ autem genuit Booz de Raab. Booz autẽ, genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem, genuit Iesse. Iesse autem, genuit Dauid regẽ. Dauid autem rex, genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vrię. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem, genuit Abiam. Abias autem, genuit Asa. Asa autem, genuit Iosaphat. Iosaphat autem, genuit Ioram. Ioram autem, genuit Oziam. Ozias autem, genuit Ioathan. Ioathan autem, genuit Achaz. Achaz autẽ, genuit Ezechiam. Ezechias autem, genuit Manassen. Manasses autem, genuit Amon. Amon autem, genuit Iosiam. Iosias autem, genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem, genuit Zorobabel. Zorobabel autẽ, genuit Abiud. Abiud autem, genuit Eliachim. Eliachim autem, genuit Azor. Azor autem, genuit Sadoc. Sadoc autem, genuit Achim. Achim autẽ, genuit Eliud. Eliud autem, genuit Eleazar. Eleazar autem, genuit Mathan. Mathan autem, genuit Iacob. Iacob autẽ, genuit Ioseph virũ Marię, de qua nat⁹ est Ies⁹ q vocãt Christ⁹. Credo.

Offertorium.

Offertorium. Beata es virgo Maria, q̃ omnium portasti creatorem: genuisti, qui te fecit: & in æternum permanes virgo. Secreta.

VNigeniti tui dñe nobis succurrat humanitas: vt, qui natus de virgine, matris integritatem non minuit, sed sacrauit: ĩ Natiuitatis ei⁹ solemnijs, nostris nos piaculis exuẽs oblationem nostram sibi faciat acceptam Iesus Christus domin⁹ noster. Qui tecum viuit, & regnat.

Præfatio de beata Virgine. Comm. Beata viscera Mariæ virginis, quę portauerunt æterni patris filium. Postcõ.

SVmpsimus domine celebritatis annuæ votiua sacramenta: p̃sta quæsumus: vt temporalis vitæ nobis remedia præbeãt, & æternæ. Per dominum nostrum.

Infra octauã Natiuitatis beatę Mariæ, & in die octaua, dicitur Missa sicut in die, sed infra octauam dicitur secunda oratio de Spiritu sancto. Deus qui corda fidelium. tertia. Ecclesiæ. vel pro Papa. Deus omnium fidelium. & non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autem fit tãtum commemoratio.

Die 9.

Pro commemoratione S. Gorgonij martyris. Oratio.

SAnctus tuus domine Gorgoni⁹ sua nos intercessione lætificet, & pia faciat sollemnitate gaudere.

Tertia oratio de Spiritu sancto. De⁹ qui corda fidelium. nisi venerit ĩ Dñica: tũc n. tertia orõ erit đ Sãctis. Sec.

GRata tibi sit dñe nostræ seruitutis oblatio: p qua sanctus Gorgonius martyr interuentor existat. Per dominum. Postcommunio.

FAmiliã tuã deus suauitas ęterna contingat, & vegetet: q̃ in martyre tuo Gorgonio, Christi filij tui bono iugiter odore pascat̃. Qui tec.

Pro commemor. sanctorum martyrum Proti, & Hyacinthi. Oratio.

BEatorum martyrum tuorũ Proti, & Hyacinthi nos domine foueat pretiosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur.


Tertia de spiritu sancto. Secreta.

PRo sanctorum martyrum tuorum Proti, & Hyacinthi commemoratione, munera tibi domine, quæ debemus, exoluimus: præsta, q̃sumus: vt remedium nobis perpetuę salutis operentur. Per dñm. Postcõ

VT pcepta nos dñe tua sãcta purificẽt, beatorũ martyrũ tuorũ Proti, & Hyacĩti, q̃s ĩploret orõ. Per.

IN EXALTATIONE S. Crucis. Introitus. 4.

Die 14.



NOs autẽ gloriari oportet in cruce dñi nostri Iesu Christi: in quo est sal⁹, vita: & resurrectio nr̃a p quẽ saluati, & liberati sumus. ps

gal. 6.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis illuminet vultum suum sup nos & misereatur nostri. ℣. Gl'a. Oratio.

DEus, q nos hodierna die exaltationis sanctæ Crucis annua sollemnitate lætificas, præsta, quæsumus: vt, cuius mysterium in terra cognouimus, eius redemptionis pmia in cœlo mereamur. Per eundem.

Et fit commemoratio de Natiuitate sanctæ Mariæ.

Lec. epl'e B. Pauli apl'i ad Philippēses

FRatres: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortē autem Crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomē quod est super omne nomē: vt in nomine Iesu omne Hic genuflectitur genu flectatur cęlestiū, terrestriū, & īferno rū. Et omnis lingua confiteatur: qa dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Graduale.

Christus factus est pro nobis obediēs vsq; ad mortem: mortem autem Crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod est sup oē nomen. Alleluia, all'a. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pōdera: quæ sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, & dominum. Alleluia.

Sequētia sancti euāgelij fm Ioānem.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudęorum: Nunc iudicium est mundi: nūc prīceps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, oīa traham ad meipsum. Hoc autē dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in ęternū. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumē in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebræ vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. dicitur, Credo. Offertorium.

Protege domine plebem tuam per signum sanctæ Crucis, ab insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, & acceptabile fiat sacrificium nostrum, All'a. Secreta.

IEsu Christi domini nostri corpore & sanguine saginandi, p quē Crucis est sanctificatum vexillum, q̄sumus domine deus noster: vt sicut illud adorare meruimus, ita perenniter eius gloriæ salutaris potiamur effectu. Per eundem dominum.

Præfatio de Cruce. Communio.

Per signū Crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Postcomm.

ADesto nobis domine deus noster: & quos sanctæ Crucis lætari fecisti honore, eius quoq; perpetuis defende subsidijs. Per dominū nostrum Iesum Christum filiū tuū.

¶ In octaua Natiuitatis B. Mariæ, Missa vt in die, cū cōmemoratione sancti Nicomedis martyris. Oratio.

ADesto dn̄e populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita præclara suscipiens, ad impetrandā misericordiā tuā semper eius patrocinijs adiuuetur. Per dn̄m. Secr.

SVscipe dn̄e munera, ppitius oblata: quę maiestati tuæ, beati Nicomedis martyris tui commendet oratio. Per dominum. Postcommun.

PVrificent nos dn̄e sacramenta q̄ sumpsimus & intercedente beato Nicomede martyre tuo, a cunctis efficiant vitijs absolutos. Per dn̄m.

¶ In festo sanctorum Pontificū, & martyrū Cornelij, & Cypriani, Missa. Intret in conspe ctu tuo. de communi plurimorum martyr. fol. 255. cum commemoratione aliorū martyrum, vt infra, nisi fuerit Dominica quia tunc commemoratio sequens fit in Dominica, & festum pdictum transfertur in secundam feriam.

¶ Pro commemoratione SS. martyrum Euphemię, Lucię, & Geminiani. Oratio.

PRæsta dn̄e precibus nostris cum exultatione, puētū: vt quorū diē passionis annua deuotione recolim⁹ etiā fidei cōstātiā subsequamur. Tertia oratio A cunctis. Secreta.

VOta populi tui, quæsum⁹ dn̄e, propitiatus intende: & quorū nos tribuis sollemnia celebrare, fac gaudere suffragijs. Per dn̄m. Postc.

EXaudi domine preces nostras, & sanctorum martyrum tuorū Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani, quorum festa sollemniter celebram⁹ continuis foueamur auxilijs. Per do.

IN VIGILIA SANCTI Matthęi apl'i, & euangelistę. Intro.



EGo autē sicut oliua fructificaui ī domo dn̄i: speraui in misericordia dei mei, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. ps. Quid gloriaris in malitia? q potēs es in iniquitate. ℣. Gloria patri. Oratio.

DA, q̄s omnipotens deus: vt beati Matthæi apostoli tui, & euāgelistæ quam præuenimus venerāda solemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per dominum,

Pro commemo. sanctorum martyru Eustachij, & sociorū. Oratio.

DEus, q nos cōcedis SS. martirū tuorū Eustachij, & sociorū ei⁹ natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine d eorū societate gaudre

Tertia orōo de S. Maria. Cōcede. nisi festū sācti Matthęi venerit feria ij. qa. tūc de sāctis fit cōm. in Dn̄ica, & sabbatho fit de vigilia cū orone de sancta Maria, & Eccl'iæ, Vel pro Papa; Episto. Benedictio dn̄i sup caput iusti. vt in cōi, ī vigilia vnius apl'i. Gradua.

Iustus, vt palma florebit: sicut cedr⁹ Libani, multiplicabit ī domo dn̄i. ℣. Ad annunciādum mane misericordiā tuā & veritatem tuam per noctem.

Sequentia sancti euangelij sm Lucā.

ca. 5.

In illo tēpore: Vidit Iesus publicanum nomine Leui sedentem ad telonium: & ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illis erāt discumbētes. Et murmurabant pharisæi, & scribæ eorum dicentes ad discipulos eius. Quare cū publicanis, & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respōdens Iesus, dixit ad illos. Non egēt qui sani sunt, medico: sed qui male habent. Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Offertorium. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuū tuarum domine. Secreta.

psa. 88

Apostoli reuerentia culminis offerimus tibi Domine munera sacris mysterijs imbuenti, præsta, q̄sumus: vt beati apostoli tui, & euangelistæ Matthæi suffragijs, cuius natalitia præuenimus, hæc plebs tua semper & sua vota depromat, & desiderata percipiat. Per dominum.

Pro commemo. SS. martyrum Eustachij, & sociorum. Secreta.

Munera tibi domine nostræ deuotionis offerimus quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorū, & nobis salutaria te miserāte reddant. Tertia oro de S. Maria. Cōm.

psa. 20.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorē impones super eum, domine. Postcomm.

Sancti apostoli tui, & euangelistæ Matthæi quæsumus domine supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia sempiterna cōcede. Per dominum nostrum.

Pro commemo. sanctorum martyr. Eustachij, & sociorum. Postcō.

Præsta nobis quæsumus domine, intercedentibus sanctis tuis Eustachio & socijs: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus.

Tertia de sancta Maria.

IN FESTO SANCTI Matthæi apl'i, & euang. Intr. 6.

Die 21.



Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. Psalmus. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

psa. 36. ibidē.

Beati Apostoli, & euangelistæ Matthæi dn̄e pcib' adiuuemur: vt qd possibilitas nr̄a non obtinet, eius nobis intercessione donet. Per.

Lectio Ezechielis prophetæ.

c. 1.



Similitudo vultus quatuor animaliū, facies hominis: & facies leonis a dextris ipsorum quatuor: facies aūt bouis a sinistris

nistris

nistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorū iūgebantur, & duæ tegebant corpora eorum. Et vnumquodq; eorum, corā facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebātur: nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium, & aspect' eorum quasi carbonum ignis ardētiū, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrēs in medio animaliū: splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibāt, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Graduale.

psa. 111.

Beatus vir qui timet dominum, in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorū benedicetur. Alleluia, alleluia. ℣. Te gloriosus apostolorum chorus laudat domine, Alleluia.

Sequentia sancti euāgelij sm Matth.

c. 9

In illo tempore: vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine & ait illi. Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est: discūbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. Et videntes pharisæi, dicebāt discipulis eius. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem, discite quid est, Misericordiam volo & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Credo

Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petijt a te, & tribuisti ei, Alleluia. Secreta.

psa. 20.

Supplicationib' apostolicis beati Matthæi euangelistæ, quæsumus domine, ecclesiæ tuæ commendetur oblatio: cuius magnificis prædicationibus eruditur. Per dominū nostrum Iesum Christum filium tuū qui tecum viuit & regnat.

Præfatio de Apostolis. Communio

ibidē.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones super eum domine. Postcomm.

Perceptis domine sacramentis, beato Matthæo apostolo tuo & euangelista interueniente, deprecamur: vt quæ pro eius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelā. Per dominum nostrum.

¶ Sanctorum martyrum Mauritij, & sociorum eius, Missa. Intret in cōspectu tuo. folio. 255. cum Epistola. Respōdit vnus de senioribus. de cōi plurimorum martyrū. fol. 258. præter orationem q̄ dr̄ vt infra. Oratio.

Die 22.

Annue, quæsumus, omnipotēs deus: vt sanctorum martyrum tuorum Mauritij & sociorū eius, nos lætificet festiua sollemnitas, vt quorū suffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per dominum. Secreta

Respice

Respice, quæsumus domine, munera, quæ in sanctorum martyrum tuorum Mauritij, & sociorū ei⁹ commemoratione deferimus: & pręsta: vt quorū honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessione perpetua. Per dominum. Postcommu.

Cælestibus refecti sacramentis, & gaudijs, supplices te rogam⁹ domine: vt quorum gloriamur triūphis, protegamur auxilijs. Per dn̄m.

Die 23.

¶ In festo sancti Lini Papæ, & martyris, Missa, Sacerdotes dei: De cōi vnius martyris pontificis. fol. 251. cum commemoratione sanctæ Theclæ virginis, & martyris, vt infra: nisi fuerit Dominica, quia tunc commemoratio sequens fit in Dominica & festum prædictum transfertur in secundam feriam.

Pro commemoratione sanctæ Theclæ virginis, & martyris. Oratio.

Da, quæsumus, omnipotēs de⁹: vt qui beatæ Theclæ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, & annua sollemnitate lætemur, & tātæ fidei proficiamus exēplo. tertia orō. A cunctis nos. Secreta.

Suscipe dn̄e munera, quæ in beatæ Theclæ virginis, & martyris tuæ sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Postcommunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beata Thecla virgine, & martyre tua sēpiterna faciāt ptectione gaudere.

Die 26.

¶ Sanctorum martyrū Cypriani, & Iustinæ. Missa, Salus autem iustorū. de cōi plurimo. martyrum. fol. 256. pter orōnem, quæ dr̄, vt infra. Orō.

Beatorum martyrum tuorū Cypriani, & Iustinę nos domine foueant cōtinuata præsidia: quia non desinis ppitius ītueri quos talib⁹ auxilijs concesseris adiuuari. Per. Sec.

Mvnera tibi domine nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum. Postcom.

Præsta nobis, quæsumus dn̄e, intercedētibus sanctis tuis Cypriano, & Iustina: vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per do.

Die 27.

IN FESTO SANCTOrum Cosmę, & Damiani. Intr. 1



Sapiētiam sanctorum narrent populi & laudes eorū nunciet eccl'a: noīa autē eorū viuēt in sęculū sęculi. ps. Exultate iusti ī dn̄o rectos dcet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

ecc. 44.

psa. 30

Præsta, quæsumus, omnipotens deus: vt, qui sanctorum martyrum tuorum Cosmæ, & Damiani, natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus libere-

liberemur. Per dominum. Epistola. Iusti autem in perpetuum viuent. de cōi plurimo. martyrum. fol. 266. Graduale. Clamauerunt iusti, & dn̄s exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iusta est dominus his qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Hæc est vera fraternitas: quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cœlestia, alleluia. Euangelium. Descendens Iesus de monte: de eodem communi. fol. 256. Offertor. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto: dn̄e, vt scuto bonæ volūtatis tuæ coronasti nos. Secr.

psa. 33.

psa. 5.

Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio: q̄ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgētiā semp obtineat. Per dn̄m. Communio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorū bestijs terræ: s̄m magnitudinē brachij tui posside filios morte punitorū. Postc.

psa. 78.

Protegat q̄s dn̄e, populum tuū, & participatio cœlestis indulta conuiuij, & deprecatio collata sanctorum. Per dominum nostrum.

Die 29.

IN FESTO DEDICATIONIS sancti Michaelis Archāgeli. Intr. 3.

psa. 102

Benedicite dominū omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius Psalmus. Benedic anima mea dn̄o, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibidē.

Deus, qui miro ordine, angelorum ministeria, hominumq; dispensas: concede propitius: vt qui bus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis apostoli.

ca. 1.

In diebus illis. Significauit de⁹ quæ oportet fieri cito, loquens per angelum suū seruo suo Ioanni: qui testimonium phibuit verbo dei, & testimonium Iesu Christi, quęcunq; vidit. Beatus, q legit, & qui audit verba pphetiæ huius: & seruat ea quę in ea scripta sūt. Tempus enim prope est. Ioannes septem ecclesijs quæ sunt in Asia, gratia vobis, & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est: & a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & a Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorū, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Graduale.

Benedicite dominum omnes angeli eius, potētes virtute, qui facitis verbū eius. ℣. Benedic aīa mea dn̄m, & oīa interiora mea nomē sanctū eius. Alleluia. ℣. Sancte Michael archangele defende nos ī plio, vt nō peamus in tremendo iudicio, Alleluia.

psa. 102.

In Apparitione sancti Michaelis mense Maij, omisso graduali additur sequens. ℣. Concussum est mare, & cõtremuit terra, vbi archangelus Michael descendit de cœlo. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

In illo tẽpore: Accesserũt discipuli ad Iesum, dicẽtes. Quis, putas, maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno cœlorum: Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credũt: expedit ei vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in ꝓfundum maris. Væ mundo a scandalis. Necesse est enĩ, vt veniant scandala: veruntamen vę homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & ꝓijce abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum & proijce abs te. Bonum est tibi cũ vno oculo in vitã intrare, quã duos oculos habentem mitti in gehẽnam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis: q̃a angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Credo.

Offertorium. Stetit angelus iuxta aram templi, habens turibulum aureũ in manu sua, & data sunt ei incẽsa multa: & ascendit fumus aromatum in cõspectu dei, Alleluia. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus, suppliciter deprecãtes: vt easdem angelico pro nobis intercedente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominũ. Comm.

Benedicite omnes angeli domini dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula. Postcomm.

Beati archangeli tui Michaelis intercessione suffulti, supplices te domine deprecamur: vt quod ore ꝓsequmur, cõtingamus, & mẽte. Per

ca. 18. — Ap. 8. — Da. 3.

IN FESTO SANCTI Hieronymi presbyteri confessoris, & Doctoris ecclesię. Introitus. 6.

Die 30.



In medio ecclesiæ apuit os eius, & ĩpleuit eũ dñs spiritu sapiẽtiæ: & ĩtellectus: stolã gloriæ ĩduit eũ. Psalm⁹. Bonũ est confiteri domino, & psalle

ecc. 15. — psa. 91.

re nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Deus, qui ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis beatũ Hieronymum cõfessorem tuum, doctorem maximum, prouidere dignatus es: præsta, quæsumus: vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per dominũ. Epistola. Testificor coram deo. de communi doctorum. folio. 260. Graduale. Os iusti meditabitur sapiẽtiam, & lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia ℣. Amauit eum dominus, & ornauit eum: stolã glorię induit eum. Alleluia. Euangel. Vos estis sal terræ. de eodem communi. fol. 261. Et dicitur, Credo. Offertorium. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabit̃. Sec.

Donis cęlestibus, quęsumus domine, libera nos tribue mente inseruire: vt munera quæ deferimus, intercedente beato Hieronymo cõfessore tuo, & medelã nobis operentur, & gloriam. Per dominũ. Cõm. Fidelis seruus, & prudens: quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis ĩ tp̃e tritici mẽsurã. Postc.

Repleti alimonia cœlesti quęsumus, dñe: vt interueniente beato Hieronymo cõfessore tuo, misericordiæ tuæ gratiam consequi mereamur. Per dominum nostrum.

psa. 36. — ecc. 45. — psa. 91. — ma. 24.

FESTA OCTOBRIS.

¶ Sancti Remigij Episcopi, & Confessoris, Missa. Statuit ei dominus. de cõi confessorũ põtificũ. f. 259.

IN FESTO SANCTI Francisci confessoris. Intro. 2.

Die 4.



Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: ꝑ quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Psalmus. Voce mea ad dñm clamaui voce mea ad dominũ deprecatus sum. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuam beati Francisci meritis fętu nouę ꝓlis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione, terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per dominum.

psa. 141.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galathas.



Fratres: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce dñi nr̃i Iesu Christi: ꝑ quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo In Christo enĩ Iesu, neq; circuncisio aliquid valet, neq; p̃putiũ: sed noua creatura. Et q̃cũq; hãc regulã secuti fuerĩt. pax sup illos, & misericordia, & sup Israel dei. De cętero nemo mihi molestus sit. Ego enĩ stigmata dñi Iesu ĩ corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro fratres, Amen. Graduale.

c. 6.

psa. 36. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabunt gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Franciscus pauper & humilis, cęlũ diues ingreditur, hymnis cęlestibus honoratur, Alleluia. Euangelium. Confiteor tibi pater. de communi plurimorũ martyrũ. f. 258. Offert.

psa. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta:

Mvnera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Francisco, ab omni nos culparum labe purifica. Per dñm. Communio.

mat 24. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dñs super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Ecclesiam tuam quæsumus dñe, gratia cęlestis amplificet: quam beati Frãcisci illuminare voluisti gloriosis meritis, & exemplis. Per dñm.

Die 7. SANCTI MARCI PAPÆ & confessoris. Introitus. 3.



psa. 131 Sacerdotes tui dñe induãt iustitiam: & sãcti tui exultent: ꝓpter Dauid seruum tuũ non auertas faciẽ Christi tui. ibidẽ. ps. Memento dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. &c. Oratio.

Exaudi domine preces nostras: & intercedẽte beato Marco cõfessore tuo atq; pontifice, supplicationes nostras placatus intẽde. Per. Pro cõmemoratione SS. martyrum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Oratio.

Sanctorum martyrum tuorũ nos dñe Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij beata merita ꝓsequãt, & tuo sp faciãt amore feruẽtes. Per do. Epistola. Plures facti sũt sacerdotes. de cõi confessorũ pontificũ. f. 259. Graduale. Sacerdotes eius induant salutare: & sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc ꝓducã cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo, Alla, alla. ℣. Iurauit dñs, & non pęnitebit eum: tu es sacerdos in æternum ſm ordinem Melchisedec, Alla. Euangel. Vigilate, quia nescitis. de eodem cõmuni. folio. 260. Offertoriũ.

psa. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & ĩ nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacratæ plebis oblatio, ꝓ tuorũ honore sãctorũ: quorũ se meritis ꝑcepisse đ tribulatione cognoscit auxiliũ. Per do. Pro cõm. SS. martyrũ Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Secreta.

Maiestatẽ tuã nobis dñe, q̃sumus, hæc hostia reddat ĩmolãda placatam tuorũ digna postulatione sanctorum. Per dominum.

Communio.

mat. 24. Communio. Beatus seruus, quem cũ venerit dominus, inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis: sup omnia bona sua constituet eum. Postcommu.

Da, quæsumus domine, fidelibꝰ populis sanctorum tuorũ semper veneratione lætari, & eorum perpetua supplicatione muniri. Per do. Pro commemoratione sanctorum martyrum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Postcommunio.

Sacramentis domine muniamur acceptis, & sanctorum martyrũ tuorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij intercessione, contra omnes nequitias irruentes, armis cęlestibus protegamur. Per dominum.

Die 3. IN FESTO SANCTORVM martyrum Dionisij, Rustici, & Eleuterij. Introitus. 1.



ecc. 45. Sapientiam sanctorum narrent populi: & laudes eorum nũciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in sęculum sa culi. ps. Exultate iusti ĩ dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. Oro.

psa. 32. Deus, qui hodierna die beatum Dionysium martyrẽ tuũ atq; pontificem, virtute constãtiæ in passione roborasti: quiq; illi ad prædicandum gentibus gloriã tuã, Rusticũ, & Eleutheriũ sociare dignatus es tribue nobis, q̃s eorũ imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per dominum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 17. In diebus illis. Stãs Paulus in medio Areopagi, ait. Viri Atheniẽses, per oĩa quasi superstitiosos vos video. Præteriens enim & vidẽs simulacra vestra, inueni, & aram in qua scriptũ erat. Ignoto deo. Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annũcio vobis. Deꝰ q fecit mũdũ, & oĩa, q̃ in eo sunt, hic cęli & terræ cũ sit dñs, nõ in manufactis tẽplis habitat, nec manibus humanis colit, indigẽs aliquo, cũ ipse det oĩbꝰ vitã, & inspirationẽ & oĩa: fecitq; ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terrę, definiẽs statuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere deũ si forte attrectent eum aut inueniãt, q̃uis non longe sit ab vnoquoq; nr̃m. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsius enĩ & genus sumus. Genus ergo cũ simus dei non debemus ęstimare auro & argẽto, aut lapidi sculpturæ artis & cogitationis hoĩs, diuinũ esse simile. Et tẽpora q.dẽ huius ignorãtiæ despiciẽs deus, nũc annũciat hoĩbꝰ, vt oẽs vbique poenitentiã agant: eo quod statuit diẽ in quo iudicaturus est orbẽ in ęquitate in viro in quo statuit, fidẽ ꝑbẽs oĩbus, suscitãs eũ a mortuis. Cum audissent autem resurrectionẽ mortuorum, quidam quidem irridebant

bant, quidam vero dixerunt. Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt: in q̃bus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cũ eis. Graduale. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venātium. ℣. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terram. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti epulentur, & exultent in conspectu dei, & delectent in lætitia. Alleluia. Euangelium. Descendens Iesus de monte. de cōi plurimorum martyrum. folio. 256. Offertorium. Exultabūt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis: exultationes dei ĩ faucib⁹ eorũ. Allã. Secr.

psa. 123 · psa. 67. · psa. 149

Oblata tibi dñe munera populi tui, ꝓ tuorũ honore sanctorũ martyrũ Dionysij, Rustici, & Eleutherij, suscipe ꝓpiti⁹, q̃s: & eorũ nos intercessione sanctifica. Per. Comm. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, q̃ vos ꝑsequũt. Postc.

luc. 12.

Sumptis dñe sacramẽtis, q̃s: vt intercedẽtibus beatis martyribus tuis Dionysio, Rustico, & Eleutherio, ad redemptionis æternæ proficiamus augmentum. Per dominum.

IN FESTO SANCTI Calisti Papę, & mart. Intro. 6.

Die 14. · Da. 3.

Sacerdotes dei benedicite dñm: sancti & humiles corde laudate deum. Psalmus. Benedicite omnia opera domini domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibidē.

Deus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer ꝑ sanctorum tuorum exempla restaura. Per dominum. Epistola. Omnis pontifex. de communi confessorũ pontificũ. fol. 260. Gradu. Inueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cõfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum. Alleluia. Euang. Si quis venit ad me. de communi martyr. pontifi. fol. 250. Offerto. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabiť cornu eius. Secreta.

psa. 88. · ecc. 45.

Mystica nobis domine prosit oblatio: quæ nos: & a reatibus nostris expediat, & perpetua saluatione confirmet. Per dominum. Communio Beatus seruus, quem cũ venerit dominus inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio

psa. 88.

Quæsumus omnipotens deus: vt reatum nostrum munera sacra purificent, & recte viuẽdi nobis operentur effectum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecũ viuit & regnat.

IN FESTO SANCTI Lucæ euangelistæ. Intro. 2.

Die 18. · psa. 13.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est prĩcipatus eorũ. Psal. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

ibidē.

Interueniat pro nobis quæsumus dñe, sanctus tu⁹ Lucas euãgelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominum,

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

2.c. 8.

Fratres: Gratias ago deo, q̃ dedit eandem solicitudinẽ pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidẽ suscepit: sed cũ solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misim⁹ etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Nõ solũ autẽ: sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ, in hãc gratiã, quæ ministratur a nobis ad dñi gloriã, & destinatã voluntatẽ nostrã. Deuitantes hoc, ne q̃s vos vituperet in hac plenitudine, q̃ ministrať a vobis ĩ dñi gloriã. Prouidemus enim bona nõ solũ corã deo, sed etiã corã hoĩbus. Misimus autẽ cũ illis, & fratrẽ nostrum quẽ probauimus in multis sępe solicitum esse, nunc autem multo solicitiorem, confidentia multa in vos: siue pro Tito qui est socius meus, & ĩ vobis adiutor: siue fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostẽsionem ergo quæ est charitatis vr̃æ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarũ. Grad. In omnem terram exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terrę verba eorum. ℣. Cęli enarrãt gloriam dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. Allã. allã. ℣. Ego vos elegi de mundo vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Alleluia.

psa. 18. · ibidē. · ioã. 15.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 10.

In illo tẽpore. Designauit dñs, & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidẽ, multa: operarij autem, pauci. Rogate ergo dñm messis, vt mittat operarios in messem suã. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calceamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quamcunq; domum intraueritis: primum dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit fili⁹ pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autẽ,

ad vos reuertetur. In eadem autẽ domo manete: edentes, & bibentes, q̃ apud illos sunt. Dignus est enĩ operarius mercede sua. Nolite trãsire de domo in domum. Et in quamcunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos: manducatæ, quæ apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa sunt: & dicite illis. Appropinquauit in vos regnum dei. Credo. Offert.

psa. 138

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

DOnis cœlestibus da nobis, q̃sumus, dñe, libera tibi mente seruire: vt munera quæ deferimus, ĩterueniente beato euangelista tuo Luca, & medelã nobis operenĩ, & gloriam. Per dominum nostrum.

Præfatio de apostolis. Communio.

ma. 19.

Vos, qui secuti estis me sedebitis sup sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens de⁹: vt quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati euangelistæ tui Lucæ sanctificet animas nostras: ꝑ quod tuti esse possimus. Per.

Die 21.

¶ Sancti Hilarionis Abbatis, Missa. Os iusti meditabitur. de communi vnius Abbatis fol. 263. Et pro commemoratione sanctæ Vrsulæ, & sociarum. Oratio.

DA nobis, q̃s dñe, sanctarũ virginum, & martyrũ tuarũ Vrsulæ, & sociarũ eius, palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dominum. Secreta.

INtende, q̃s dñe, munera altaribus tuis, pro sanctarum martyrum, & virginum tuarum Vrsulæ, & sociarũ eius festiuitate proposita: vt sicut, ꝑ hæc beata mysteria illis gloriam cõtulisti, ita nobis indulgentiam largiris. Per dominum. Postcommunio.

PRæsta nobis, q̃s dñe, intercedentibus sanctis martyribus, & virginibus tuis: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per do.

Die 25.

¶ Sanctorum martyrum Chrisanti, & Dariæ, Missa. Intret in conspectu tuo. de cõi plurimor. mart. fol. 255. excepta oratione quæ dicitur, vt infra. Oratio.

BEatorum martyrũ tuorũ, domine, Chrysanti, & Dariæ, q̃sumus adsit nobis oratio: vt quos veneramur obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxiliũ. Per dñm. Secr.

POpuli tui, q̃s dñe, tibi grata sit hostia: quæ in natalitijs sanctorum martyrum tuorum Chrisanti, & Dariæ sollemniter immolatur. Per dominum nostrum. Postcommu.

MYsticis domine repleti sumus votis & gaudijs, præsta, quæsumus: vt intercessionibus sanctorũ martyrum tuorũ Chrysanti, & Dariæ, quæ temporaliter agimus, spiritualiter consequamur. Per dominũ.

Die 26.

¶ Sancti Euaristi Papæ, & martyris Missa. Statuit ei dominus. de communi

muni vnius martyris pont. fol. 250.

Die 27.

IN VIGILIA APOSTOLOrum Simonis, & Iudæ. Introitus.

psa. 78.



Intret in cõspectu tuo domine gemitus compeditorũ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica domine sanguinem sanctorũ tuorũ, qui effusus est. Psalm. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibidẽ.

COncede, quæsumus, omnipotens deus: vt sicut apostolorũ tuorum Simonis, & Iudæ gloriosa natalitia præuenimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuã pro nobis ipsi præueniãt. Per dñm. Secunda oratio de sancta Maria. Cõcede. & tertia. Ecclesiæ. vel pro Papa, Epistola. Spectaculum facti sum⁹ mundo. de communi confessorum non pontificum. f. 262. Grad.

psa. 78.

Vindica domine sanguinem sanctorũ tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum dñe escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Euangelium. Ego sum vitis vera, & pater vt in cõmuni martyrũ tpe pasch. fol. 253. Offertorium.

psa. 149

Exultabunt sancti ĩ gloria: lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum. Secr.

MUneribus nostris domine sanctorum apostolorum tuorũ Simonis & Iudæ festa præcedimus, te suppliciter deprecantes: vt q̃ conscientiæ nostræ præpediuntur obstaculis, illorum meritis grata reddantur. Per dominum nostrum. Secunda oratio. Tua domine. tertia Protege. vel Oblatis. Comm.

psa. 78.

Posuerunt mortalia seruorum tuorũ domine escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. Postcõ.

SVmpto dñe sacramento suppliciter deprecamur: vt intercedentibus beatis apostolis tuis Simone, & Iuda, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus æternã. Per do. Secunda oratio. Sumptis domine. tertia. Quæsumus domine. vel Hæc nos quæsumus.

Die 28.

IN FESTO APOSTOLORVM Simonis, & Iudæ. Introitus. I.

psa. 138



MIhi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est prĩcipatus eorũ. ps. Dñe ꝓbasti me: & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

ibidẽ.

DEus, qui nos per beatos apostolos tuos Simonem, & Iudã, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriã sempiternam, & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per dñm.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 4.

FRatres: Vnicuiq; nostrũ data est gratia secundũ mẽsuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descẽdit: ipse est & qui ascẽdit super omnes cœlos, vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidẽ apostolos: quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas: alios aũt pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. **Graduale.**

psa. 44.

Constitues eos principes super omnẽ terrã, memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia.

psa. 138.

Sequẽtia sctĩ euãgelij sm Ioãnem.

ca. 15.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Hæc mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote: quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mũdus quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo nõ estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quẽ ego dixi vobis. Nõ est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persequẽtur. Si sermonẽ meum seruauerunt: & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis ꝓpter nomen meum, quia nesciunt eum q̃ misit me. Si nõ venissem, & locutus eis fuissem: peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autẽ & viderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis. **dicitur.** Credo. **Offertorium.**

psa. 18.

In oẽm terrã exiuit sonus eorum, & ĩ fines orbis terrę verba eorũ. **Secreta.**

GLoriam domine sanctorũ apostolorum tuorum perpetuã venerantes, quæsumus: vt eam sacris misterijs expiati dignius celebremus. Per dominum nostrum Iesum.

Præfatio de apostolis. Commun.

mat 19.

Vos, qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudicãtes duodecĩ tribus Israel.

Postcommunio.

PErceptis domine sacramẽtis suppliciter exoramus: vt intercedẽtibus beatis apostolis tuis Simone & Iuda, quæ pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per dominum nostrum.

Die 31.

IN VIGILIA OMNIVM Sanctorum. Introitus.

sap. 3.

IVdicant sancti gẽtes, & dominantur populis, & regnabit dominus deus illorum in perpetuũ. **Psalm⁹.** Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. ¶ Non dr̃ Gloria in excelsis deo. **Oratio.**

psa. 32.

DOmine deus noster, multiplica super nos gratiam tuam: & quorum præuenimus gloriosa sollẽnia, tribue subsequi in sancta ꝓmissione lætitiam. Per dominum.

Secunda oratio de Spiritu sancto. Deus qui corda fidelium. **tertia,** Ecclesiæ. **vel pro Papa.** Deus omniũ fidelium.

Lectio libri Apocalypsis, beati Ioannis apostoli.

c. 5.

IN dieb⁹ illis: Ecce ego Ioãnes vidi in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septẽ: qui sunt septem spiritus dei, missi in omnem terram. Et venit, & accepit librum de dextera sedentis in throno. Et cum aperuisset librum: quatuor animalia & vigitiquatuor seniores ceciderũt coram agno: habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum: quæ sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum nouum, dicentes. Dignus es domine accipere librum, & soluere signacula eius: quoniam occisus es: & redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua & populo & natione & fecisti nos deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia milliũ voce magna dicentium. Dignus est agnus, q̃ occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionẽ, in sc̃la sæculorũ Amẽ. **Graduale.** Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilib⁹ suis. ℣. Cãtate domino cãticum nouum: laus ei⁹ in ecclesia sanctorum. **Euangelium.**

psa. 149.

Descendens Iesus de monte. **de cõmuni plurimorum martyru.** f. 256.

Offertorium. Exultabunt sancti ĩ gloria: lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum. **Secr.**

psa. 149.

ALtare tuum dñe deus muneribus cumulamus oblatis: da q̃s vt ad salutem nostram oĩum sanctorũ tuorũ ꝑcatione ꝓficiãt, quorũ sollemnia vetura ꝓcurrimus. Per dñm.

Sap. 3. Communio. Iustorum animę in manu dei sunt: & non tanget illos tormentum malitię: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Postcom.

SAcramentis domine & gaudijs optata celebritate expletis, quesumus: vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibentur. Per dominum nostrum.

Die 1.

FESTA NOVEMBRIS.

¶ IN FESTO OMNIVM Sanctorum Introitus. 1.



Ecl. GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes, sub honore sanctorum omnium: de quorum sollemnitate gaudent angeli, & collaudant filium dei. psalmus. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri.

Psal. 31.

Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus, q nos omnium Sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quesumus, vt desideratam nobis tuę ꝓpitiationis abūdantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum nostrum. Iesum Christum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis apost.

c. 7. IN dieb⁹ illis. Ecce, ego Ioānes vidi alterū angelū ascendentē ab ortu solis, habentem signum dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terrę & mari, dicens. Nolite nocere terrę & mari, neque arboribus: quoadusque signem⁹ seruos dei nostri in frontibus eorū. Et audiui numerum signatorū, centū quadragin ta quatuor millia signati ex omni tribu filiorū Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Rubē duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephtalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hęc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnib⁹ gentibus, & tribubus, & populis & linguis

linguis, stantes ante thronū: & incōspectu agni, amicti stolis albis, & palmę in manibus eorū: & clamabant voce magna, dicentes. Salus deo nostro qui sedet super thronū, & agno. Et oēs Angeli stabant in circuitu throni & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo deo nrō, in sęcula sęculorū. Amē. Grad.

Ps. 32. Timete dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominum, non deficient oī bono. Alleluia, alleluia. ℣. Venite ad me oēs q laboratis, & onerati estis: & ego reficiā vos: Alleluia.

Ma. 11.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum.

c. 5.



IN illo tempore. Videns Iesus turbas, ascendit in montem: Et cū sedisset accesserūt ad eū discipuli eius & aperiens os suū, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnū cœlorum. Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi cōsolabuntur. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiā: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā cōsequētur. Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabūtur. Beati, q persecutionem patiuntur ꝓpter iustitiam: quoniam ipsorū est regnum cęlorū. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint: & dixerint omne malum aduersum vos mētientes, ꝓpter me. Gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Dicitur. Credo. Offertorium. Iustorum animę in manu dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Secreta.

Sa. 3.

MVnera tibi domine nrę deuotionis offerim⁹: quę & ꝓ cunctorū tibi grata sint honore iustorū & nobis salutaria te miserāte reddātur. Per dominum.

Ma. 5. Communio. Beati mūdo corde, quoniam ipsi deum videbunt: beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur: beati qui persecutionem patiuntur ꝓpter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Post com.

DA q̄sum⁹ domine, fidelib⁹ populis, omniū sanctorū semper veneratione lętari: & eorū ꝑpetua supplicatione muniri. Per dominū.

Infra octauam omniū Sanctorū, & in die octaua. Missa dicit̄ sicut in die sed infra octauā secūda orō dicit̄ de sācto spiritu. Deus qui corda fidel. iii. tertia, Ecclesię vel ꝓ Papa. De festis duplicib⁹ & semiduplicibus infra eā occurrētibus, fit cū cōmemoratione octauę. de sīplicib⁹ autē fit tātū cōm.

2. ¶ Secunda die fit Commemoratio omnium fidelium defunctorum: & dicitur, Missa. R equiē æternā dona. quæ loco suo circa finē Missalis habetur. fol. 287 Si autem secūda dies fuerit Dominica, dicta commemoratio defunctorum fit feria secunda.

Die 4. Pro commemoratione sanctorum martyrum Vitalis, & Agricolæ. Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens deus, vt qui sanctorum martyrū tuorum Vitalis, & Agricolæ sollemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur.

Tertia oratio de Spiritu sancto. Nisi venerit in Dominica, quia tunc tertia erit de sanctis. Secreta.

OBlatis, quæsumus dn̄e placare muneribus: & intercedētibus sanctis martyribus tuis Vitale, & Agricola, a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Postcomm.

HÆc nos cōmunio dn̄e purget a crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis Vitale, & Agricola, cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per dominum nostrum.

Die 8. ¶ In die octaua omnium Sanctorū dicitur Missa, vt in die cum commemoratione sanctorum martyrū quatuor Coronatorum. Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominū. Secr.

BEnedictio tua domine larga descendat: quæ & munera nostra, deprecantibus sanctis martyribus tuis, tibi reddat accepta, & nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per dominum. Postcommunio.

CÆlestibus refecti sacramentis, & gaudijs, supplices te dn̄e deprecamur, vt quorū gloriamur triūphis, protegamur auxilijs. Per dn̄m.

Die 9. ¶ In dedicatione Basilicæ Saluatoris dicitur Missa. Terribilis est locus iste. de communi Dedicationis ecclesiæ. fol. 267. & pro commemoratione S. Theodori martyris. Oratio.

DEus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circundas, & protegis, præsta nobis, ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū

Secreta.

SVscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum, & intercedente beato Theodoro martyre tuo, per hæc piæ deuotionis officia, ad cœlestem gloriam transeamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum.

Postcommunio.

PRæsta nobis quæsumus domine, intercedente beato Theodoro martyre tuo: vt quod ore contingimus, pura mēte capiamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Die 10. SANCTORVM MARTYRVM Tryphonis, Respicij & Nymphæ. Introitus. 2.



psa. 33. CLamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Psalmus.

ibidē. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius ī ore meo. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

HAc nos, quęsumus dn̄e sanctorum martyrum tuorum Tryphonis, Respicij, & Nymphę, semp festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuæ dona sētiam⁹. Per dn̄m.

Epistola. Non sunt condignę. de cō muni plurimorum martyrū. f. 257.

psa. 78. Graduale. Vindica domine sanguinē sanctorum tuorum qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorū tuorum bestijs terrę. Alleluia, alleluia

psa. 115 ℣. Pretiosa in cōspectu domini, mors sanctorum eius, Alleluia. Euangeliū. Attendite a fermento pharisæorū. de eodem communi. f. 258. Offer.

psa. 32. Lętamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini oēs recti corde. Secre.

MVnera tibi domine nostrę deuotionis offerimus: quæ & ꝓ tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum. Comm.

mat 12. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit dn̄s. Postc.

PRæsta nobis, quęsumus domine intercedentibus sanctis martyribus tuis Tryphone, Respicio, & Nīpha: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum.

Die 11. IN FESTO SANCTI Martini epi, & confess. Intro. 1.



ecc 45. STatuit ei dominus testamentū pacis: & principē fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ī ęternum. Psalmus.

psa. 131 Memento dn̄e Dauid, & oīs māsuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio

DEus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius: vt intercessione beati Martini confessoris tui atq; pōtificis, contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione sancti Mēnę martyris. Oratio.

PRæsta quæsumus, omnipotens deus: vt, qui beati Mēnę martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum nostrum.

Epistola. Ecce sacerdos magnus. de cōi confessorum pōtificum. f. 259.

ecc. 44. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui

in diebus suit placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui cōseruaret legem excelsi. Alleluia, alla. ℣. Beatus vir sanctus Martinus, vrbis Turonis episcopus, requieuit: quem susceperunt angeli atque archangeli, throni, dominationes, & virtutes. Alla. Euangel. Nemo accendit lucernam. de eodē communi. fol. 260. Offertoriū. Veritas mea, & misericordia mea cū ipso, & in nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta.

DA, misericors deus: vt hæc nos salutaris oblatio, & a proprijs reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per dn̄m.

Pro commemoratione Sanctæ Mennæ martyris. Secreta.

MVneribus nostris, quæsumus domine, precibusq; susceptis & cœlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per dominum.

Communio. Beatus seruus, quem cū venerit dominus inuenerit vigilātem amen dico vobis, sup omnia bona sua constituet eum. Postcommun.

PRæsta quæsumus, domine deus noster: vt quorum festiuitate votiua sunt sacramenta, eorum nobis salutaria intercessione reddant. Per.

Pro commemoratione sancti Mennæ. Postcommunio.

DA, quæsumus, dn̄e deus noster vt sicut tuorum commemoratione sanctorum, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lætemur aspectu. Per dominum nostrum.

¶ In festo sancti Martini Papæ, & martyris, Missa. Sacerdotes dei. cōmuni vnius marty. pont. f. 251.

SANCTI GREGORII Thaumaturgi Episcopi, & cōfessoris. Introitus. 1.



STatuit ei dominus testamētum pacis: & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. ps. Memē to domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DA, quæsumus omnipotēs de⁹, vt beati Gregorij confessoris tui atque pontificis veneranda sollē nitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per dominū. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de communi confessorum pontific. fol. 259. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alla, alla. ℣. Tu es sacer dos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Alleluia.

Sequentia sancti euāgelij sm̄ Marcū.



IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Habete fidē dei. Amē dico vobis, quia quicunq; dixerit huic monti, tollere & mittere in mare: & nō hæsitauerit in corde suo, sed crediderit qa quod cunq; dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quæcunq; orātes petitis, credite qa accipietis, & euenient vobis. Offertorium.

Inueni Dauid seruum meū: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cō fortabit eum. Secreta.

SAncti tui, q̄sumus dn̄e, nos vbique lætificēt: vt dū eorū merita recolimus: patrocinia sētiamus. Per. Communio. Fidelis seruus, & prudēs quem constituit dn̄s sup familiam suā vt det illis ī tp̄e tritici mēsurā. Postc.

PRæsta, q̄s, op̄s deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Gregorio cō fessore tuo, atq; pontifice, beneficia potiora sumamus. Per dominum.

¶ In dedicatione Basilicæ sanctorū apl̄orum Petri, & Pauli, Missa. Terribilis est. de communi dedicationis ecclesię folio 267.

¶ Sancti Pōtiani Papæ, & martyris, Missa. Statuit ei dn̄s. de cōi vnius martyris pontificis. fol. 250.

IN FESTO SANCTÆ Cęciliæ virginis & marty. Intr. 5.



LOquebar dē testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis, ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dn̄i. ℣. Glo ria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui nos annua beatæ Cæciliæ virginis, & martyris tuæ sollemnitate lætificas: da, vt quā veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exēplo. Per dn̄m. Epistola. Domine deus meus. de cō muni virginis & martyris. fol. 264. Graduale. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuā. ℣. Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Alla, alla. ℣. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autē nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam Christo dn̄o. Alla Euangelium. Simile est regnum cœlorum decem virginibus. de eodem communi. folio. 264. Offertor. Offerentur regi virgines post eam: p ximæ eius offerentur tibi. Secreta.

HÆc hostia dn̄e placationis, & laudis, q̄s: vt intercedente beata Cęcilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos semp efficiat. Per. Communio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego aūt in mādatis tuis exercebor & meditabor in tuis iustificationibus, vt non confundar. Postcomm.

SAtiasti domine familiam tuam, muneribus sacris: eius quæsum⁹ semper interuentione nos refoue, cu ius sollemnia celebramus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Marginalia: Die 12. | psa. 88. | Die 17. | ecc. 45. | psa. 131 | mat 24. | ibidē. | psa. 109. | ea. 11. | psa. 88. | mat 24. | Die 18. | Die 19. | Die 22. | psa. 118 | ibidē. | psa. 44. | mat 25. | psa. 44. | psa. 118.

Die 23.

IN FESTO SANCTI Clementis Papæ,& mar. Intr. 1.



Icit dn̄s:sermones mei, quos dedi in os tuum,non deficiēt de ore tuo: & munera tua accepta erunt super altare meum. Psalmus. Beatus vir qui timet dominum:in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri. Oratio.

psa. 111

DEus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atq; pontificis sollemnitate lætificas concede propitius:vt cuius natalitia colimus, virtutem quoq; passionis imitemur. Per dominum nostrum Iesum.

Pro commemoratione sanctæ Felicitatis martyris. Oratio.

PRæsta quæsumus, omnipotens deus: vt beatæ Felicitatis martyris tuæ sollemnia recensentes, meritis ipsius protegamur, & precibus.

Tertia oratio. A cunctis. Epistola. Imitatores mei estote. vt in Dn̄ica vigesima tertia post Pent. f. 143.

psa. 109.

Graduale. Iurauit dominus,& nō pœnitebit eum; tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedec. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Alleluia,alleluia. ℣. Hic est sacerdos,quem coronauit dn̄s. Alleluia.

Euangelium. Vigilate,quia nescitis. de cōi confessorū pontific. fol. 260.

psa. 88.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cū ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MVnera tibi domine,oblata sanctifica, & intercedente beato Clemente martyre tuo atq; pontifice,per hęc nos a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominū.

Pro commemoratione sanctæ Felicitatis. Secreta.

VOta populi tui domine propitiatus intende,& cuius nos tribuis sollemnia celebrare,fac gaudere suffragijs. Per dominum. Cōmu.

ma. 24.

Beatus seruus,quem cum venerit dn̄s inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

COrporis sacri,& ꝑtiosi sanguinis repleti libamine,quęsum᷒, domine deus noster. vt, quod pia deuotione gerimus,intercedente beato Clemente martyre tuo atq; pontifice,certa redemptione capiamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum,qui tecum viuit.

Pro commemoratione sanctę Felicitatis. Postcommunio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedētibus sanctis tuis;& tua in nobis dona, multiplices, & tempora nostra disponas. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate &c.

Die 24.

¶ Sancti Chrysogoni martyris. In virtute tua domine. de communi vnius martyris. f. 251. pręter orationem,quę dicitur,vt infra.

COMMVNE SANCTORVM.

¶ In vigilia vnius Apostoli. Introi.

Ps. 51.



Go autem sicut oliua fructificaui in domo domini:spe. raui in misericordia dei mei: & expectabo nomē tuū quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. Psalmus. Quid gloriaris in malitia, qui qotens es in iniquitate. ℣. Gloria patri. Orō.

Ibidē.

DA q̄s ops̄ deus vt btī N. apostoli tui quā ꝑuenim᷒ venerādā sollēnitas:& deuotionem nobis augeat & salutē. Per. Lctō libri Sapientię.

ec. 44. & 45.

Benedictio dn̄i super caput iusti. Ideo dedit illi dn̄s hęreditatem & diuisit ei partem in tribubus duodecim: & inuenit graaiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorū: & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eū in conspectu regum: & ostendit illi gloriam suā. In fide & lenitate ipsius sanctū fecit illum:& elegit eum ex omni carne Et dedit illi corā pręcepta: & legem vitę & disciplinę: & excelsum fecit illum. Stauit illi testamētum ęternū:& circuncinxit eū zona iustitię: & induit eū dn̄s coronam glorię. Grad.

psa. 91.

Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur ī domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiā tuā,& veritatē tuā ꝑ noctem.

Sequētia sancti Euāgelij ſm Ioannē.

ca. 15.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Hoc est pręceptum meū: vt diligatis īnicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animā suam ponat quis ꝓ amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis quę ego pręcipio vobis. Iam non dicam vos seruos: q̄a seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autē dixi amicos. q̄a omnia quęcunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegit vos: & posui vos: vt eatis: & fructū afferatis: & fruct᷒ vr̄ maneat: vt q̄dcunq; petieritis patrē in noīe meo, det vobis. Off.

psa. 8.

Gloria & honore coronasti eū: & cōstituisti eū sup opera manuū tuarū, dn̄e.

Sec.

APostolicę reuerentię culmen offerimus tibi munera sacris mysterijs imbuēdū: ꝑsta q̄sumus domine: vt beati apostoli tui. N. suffragijs, cuius natalitia ꝑuenim᷒, hęc plebs tua sēper,& sua vota deꝑmat, & desiderata ꝑcipiat. Per do. Cōm.

psa. 20.

Magna est gloria ei᷒ ī salutari tuo: gloriā,& magnū decorem impones super eum domine. Postcom.

Sancti apostoli tui N. qs dñe, supplicatione placatus. & veniã nobis tribue, & remedia sempiterna cõcede. Per dominum nostrum.

In Natali Apl'orũ, & Euãgelistarũ, oĩa, vt suis locis in ꝓprio Sactorũ.

IN COMMVNI VNIVS martyris pontificis. Introit⁹. 1



ccc. 45.

Statuit ei dñs testm̃ pacis, & pricipem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas ĩ ęternũ. ps. Memẽto dñe Dauid: & omnis mãsuetudinis ei⁹. ℣. Gloria patri. Oratio.

psa. 131

Infirmitatẽ nostrã respice oṗs de⁹ & qa põd⁹ ꝓpriæ actionis grauat beati N. martyris tui atq; põficis, intercessio glo̾sa nos ꝓtegat. Per dñm

Lectio epistolæ B. Iacobi apostoli:

ca. 1.

Carissimi. Beat⁹ vir q̃ suffert tẽtationẽ: qm̃ cũ ꝓbatus fuerit, accipiet coronã vitę q̃ repromisit deus diligẽtibus se. Nemo cũ tẽtat̃, dicat qm̃ a deo tẽtat̃ de⁹ enĩ ĩtẽtator malorũ est: ipse aũt neminẽ tẽtat. Vnusquisq; vero tẽtat̃, a concupiscẽtia sua abstractus, & illectus Deĩde cõcupiscẽtia cũ cõceperit parit peccatũ: peccatũ vero cũ cõsummatũ fuerit, generat mortẽ. Nolite itaq; errare fratres mei dilectissimi. Oẽ datũ optimũ, & oẽ donũ ꝑfectũ desursum est, descẽdẽs a patre luminũ: apud quẽ nõ est trãsmutatio, nec vicissitudinis obũbratio. Volũtarie enĩ genuit nos verbo veritatis: vt simus initiũ aliqđ creaturę eius. Grad.

psa. 88.

Inueni Dauid seruũ meũ: oleo sancto meo vnxi eum: manus enĩ mea auxiliabit̃ ei, & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil ꝓficiet inimicus in eo, & filius iniq̃tatis nõ nocebit ei. All'a. all'a. ℣. Tu es sacerdos ĩ ęternũ, sm̃ ordinem Melchisedec, alleluia.

psa. 109

Post Septuagesimam. Tractus.

psa. 20.

Desiderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam prænenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius, coronam de lapide pretioso.

Sequẽtia sancti euãgelij sm̃ Lucam.

ca. 14.

In illo tẽpore. Dixit Iesus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc aũt, & animã suã: non potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucẽ suã, & venit post me: nõ põt meus esse discipul⁹. Quis enim ex vobis volens turrĩ ædificare, non prius sedens computat

sumptus q̃ necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicẽtes: quia hic homo cępit ędificare, & non potuit cõsummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regẽ non sedens prius cogitat, si possit cũ decem millibus occurrere ei, qui cũ viginti millibus venit ad se? Alioquĩ adhuc illo longe agente, legationẽ mittens, rogat ea quę pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quę possidet: non potest meus esse discipulus. Offerto.

psa 88.

Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Hostias tibi dñe beati N. martyris tui atque põtificis dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum Iesum Christum. Communio.

psa 88.

Semel iuraui in sancto meo, semẽ ei⁹ in ęternum manebit: & sedes ei⁹ sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in ęternum: & testis in cœlo fidelis. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus domine deus noster: vt cuius exequimur cultum ĩtercedente beato N. martyre tuo atque pontifice sentiamus effectum. Per dominum nostrum.

DE EODEM COMMVni alia missa. Introitus. 6

Dã. 3.



Sacerdotes dei benedicite dominũ: sancti & humiles corde laudate deum. psalmus. Benedicite oĩa opera domini domino: laudate & superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ibi de.

Deus qui nos beati N. martyris tui atque pontificis annua solemnitate lętificas, concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

2. c. 2.



Fratres. Benedictus de⁹ & pater domini nostri Iesu Christi pater misericordiarum & deus totius consolationis: q̃ consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi a deo. Quoniam sicut abũdãt passiones Christi in nobis: ita & ꝑ Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue cõsolamur pro vestra consolatione: siue exhortamur pro vestra exhortatione, & salute: quę operatur tolerãtiam earundẽ passionũ quas & nos patimur: vt

spes nostra firma sit ꝑ vobis sciẽtes qm̃ sicut socij passionũ estis, sic eritis & consolationis, In Christo Iesu dño nostro. Graduale. Gloria & honore coronasti eum. ℣. Et cõstituisti eũ super opera manuũ tuarum, dñe. Alleluia alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, alleluia.

psa. 8.

eccl. 45.

Post Septuagesimã, Tractus.

Beatus vir, qui timet dominũ: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sęculum sęculi.

psa. 111

Sequẽtia sctĩ euang. sm̃ Matthęum.

ca. 16.

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã & sequatur me. Qui enim voluerit animã suam saluam facere, ꝑdet eã. Qui autem perdiderit animã suam propter me, inueniet eã. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animę vero suę detrimẽtũ patiatur? Aut quã dabit homo commutationẽ ꝑ anima sua? Filius enĩ hominis vẽturus est in gloria patris sui cũ angelis suis: & tũc reddet vnicuique secundum opera sua. Offert. Inueni Dauid seruum meũ, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Secreta.

psa. 88.

Mvnera tibi domine dicata sãctifica: & intercedente beato N martyre tuo atque põtifice: per eadem nos placatus intende. Per d. Communio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso. Postcommunio.

ps. 20.

Hæc nos cõmunio dñe purget a crimine: & intercedente beato N. martyre tuo, atq; põtifice: cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dñm nostrum Iesum Christum.

¶ Epistolæ, & euãgelia pro põt. & marty. assignata, legi possunt etiã ꝑ marty. nõ pont. Et quæ infra habentur de mart. nõ pont. etiã pro mart. pont. Itẽ pro mart. pont. legi possũt epistolę, & euãgelia inferius assignata pro confess. pont. Epistolæ etiam & euangelia quæ in vna missa de eodem cõi ponuntur, dici possunt in alijs missis de eodem communi.

IN COMMVNI VNIVS martyris nõ pont. Introit. 7.

psa. 20.



In virtute tua domine lętabitur iustus: & super salutare tuũ exultabit vehemẽter desideriũ anime eius tribuisti ei. psalmus. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Gloria pat. Oro.

ibidẽ.

Præsta quæsumus ops deus, vt qui beati N. martyris tui, natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per d.

Lectio

Lectio libri Sapientiæ.

ca. 10.



Iustũ deduxit dñs per vias rectas: & ostẽdit illi regnũ dei: & dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illũ in laboribus: & compleuit labores illius. In fraude circunuenientiũ, illi affuit: & honestũ fecit illũ. Custodiuit eũ ab inimicis, & a seductoribus tutauit illũ: & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret qm̃ omniũ potentior est sapientia. Hæc, venditũ iustũ nõ dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eũ. Descenditq; cũ illo in foueã: & in vinculis non dereliquit eũ, donec afferret illi sceptrũ regni, & potentiã aduersus eos qui eũ deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauerunt eũ: & dedit illi claritatẽ ęternã, dñs deus noster. Graduale. Beatus vir, qui timet dominũ: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronã de lapide pretioso, alleluia.

psa. 111

psa. 20.

Post Septuagesimam, Tractus.

Desideriũ animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

ibidẽ.

Sequentia sctĩ euãgelij sm̃ Matthęũ.

ca 10.



In illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis. Nolite arbitrari, qa venerim pacẽ mittere in terrã: non veni pacẽ mittere, sed gladiũ. Veni enĩ separare hominẽ aduersus patrẽ suũ, & filiã aduersus matrẽ suã: & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrẽ aut matrẽ plusquã me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me: nõ est me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suã, & sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animam suam, ꝑdet eam: & qui ꝑdiderit animã suam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit me, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ: mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustũ in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicũq; dederit vni ex minimis istis calicem aquę frigidæ, tantum in nomine discipuli. amen dico vobis, nõ perdet mercedem suam. Offerto. Gloria & honore coronasti eum: & cõstituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

ps. 8.

Mvneribus nostris, quæsumus dñe precibusq; susceptis: & celestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per dominum.

Cõmunio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. Postcom.

Ma. 16.

Da, q̃s dñe deus noster: vt sicut tuorũ cõmemoratione sanctorum tẽporali gratulamur officio: ita perpetuo lætemur aspectu. Per do.

DE EODEM COMMVni alia missa. Introitus. 8.

ps 63.

Aetabitur iustus ĩ domino,& sperabit in eo: & laudabuntur õnes recti corde: psalmus. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri &c: Oratio.

ibidẽ.

PRęsta quęsumus oĩpotens Deꝰ vt intercedente beato N. martyre tuo,& a cũctis aduersitatibus liberemur in corpore, et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Timotheum.

2.c. 2.

Arissime. Memor esto dñm Iesum Christũ resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundũ euangelium meum,ĩ quo laboro vsque ad vincula,quasi male operans: sed verbum dei nõ est alligatũ. Ideo õnia sustineo ꝑpter electos:vt & ipsi salutem consequãtur q̃ est in Christo Iesu, cum gloria cęlesti. c.3. Tu autẽ assecutus es meam doctrinam,institutionem,propositum,fidẽ,longanimitatem dilectionẽ, patientiam persecutiones,passiones,qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconij, Lystris: quales ꝑsecutiones sustinui:etex omnibus eripuit me dñs. Et omnes qui volunt pie viuere ĩ Christo Iesu, persecutiones patiuntur. Gradua.

psa. 36.

Iustus cum ceciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suam ℣. Tota die miseretur, & commodat: & semẽ eius ĩ benedictione erit. Alla alla. ℣. Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris:sed habebit lumẽ vitę ęternę, alleluia.

ibidẽ. Io. 8.

Post Septuagesimã. Tractus.

psa. 111.

Beatus vir, qui timet dominum:ĩ mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius, generatio rectorũ benedicetur. ℣. Glorla & diuitię ĩ domo eius: manet in sęculum sęculi.

Sequentia Sancti euangelij secundum Matthęum.

ca. 10.

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Nihil opertum,quod non reueletur: & occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis: prędicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autẽ nõ possunt occidere: sed potiꝰ eum timete, qui potest & animã & corpus perdere in gehennã. Nonne duo passeres asse veneunt,et vnus ex illis non cadet super terrã sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis,omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui cõfitebitur me corã hominibꝰ: cõfitebor & ego eũ corã pr̃e meo, q̃ ĩ cęlis est. Offerto. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petijt a te, & tribuisti ei, alleluia. Secreta.

psa. 20.

Accepta sit in cõspectu tuo domine nostra deuotio: & eiꝰ nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollennitate defertur. Per dominum. Communio.

Io. 12.

Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus domine deus noster, vt cuius exequimur cultũ intercedente beato N martyre tuo sentiamus effectum. Per dominum.

ITEM ALIÆ EPISTOLÆ, & euangeliũ,in cõi vniꝰ mart.

Lectio epistolę btĩ Iacobi apostoli.

c. 1.

Arissimi. Omne gaudiũ existimate fratres mei cũ in tentationes varias incideritis: sciẽtes quod probatio fidei vestrę patientiã operatur. Patiẽtia autẽ opus perfectũ habeat: vt sitis perfecti & integri,in nullo deficiẽtes. Si quis autẽ vestrũ indiget sapientia,postulet a deo qui dat oĩbus affluenter,& nõ improperat:& dabitur ei. Postulet aũt in fide, nihil hæsitans: Qui enim hæsitat,similis est fluctui maris,q̃ a vento mouetur & circunfertur. Nõ ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid a dño. Vir duplex animo incõstans est in oĩbus vijs suis. Glorietur autẽ frater humilis,in exaltatione sua. Diues autẽ, in humilitate sua, qm̃, sicut flos fæni trãsibit:exortus est enim sol cũ ardore, & arefecit fęnũ, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt: ita & diues in itineribus suis marcescet. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniã cũ probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: quam repromisit deus diligentibus se.

Lectio epistolæ beati Petri apostoli.

1.c. 4.

Arissimi. Cõmunicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi,beati eritis: qm̃ quod est honoris, gloriæ,& virtutis dei, & q̃ est eius spiritus:super vos requiescit. Nemo aũt vestrum patiatur vt homicida, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si autem vt christianus: non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine. Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium a domo dei. Si autẽ primum a nobis: quis finis eorũ qui non credunt dei euangelio? Et si iustus quidem vix saluabitur: impius & peccator vbi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem dei: fideli creatori commendẽt animas suas in benefactis.

Sequentia sctĩ euangelij sm̃ Ioannẽ.

ca. 12.

In illo tẽpe. Dixit Iesus discipulis suis. Amẽ,amẽ,dico vobis. Nisi granũ frumẽti cadẽs in terram, mortuũ fuerit: ipsum solũ manet. Si autem mortuum fuerit: mul-

tum fructũ affert. Qui amat animã suam perdet eam,& qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat,me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit,honorificabit eũ pater meus, qui est in cęlis.

IN COMMVNI MARTYrum tempore paschali,scilicet a Dominica in octaua Paschæ, vsque ad vigiliam Pentecostes.

¶ De vno martyre. Introit. 7.

Psa. 63.



Rotexisti me de⁹ a conuentu malignantium, alla: a multitudine operãtiũ iniquitatẽ, Alla, alla. psalš. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria.

ibi dẽ.

Pro martyre & pontifice. Oratio.

INfirmitatẽ nr̃am respice oĩpotẽs deus: & q̃a pondus ꝓprię actionis grauat,beati N. martyris tui atq; põtificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum.

Pro marty. & pont. alia Oratio.

DEus,q̃ nos beati N. martyris tui atq; põtificis annua sollẽnitate lętificas: cõcede ꝓpiti⁹: vt cui⁹ natalitia colimus,de eiusdẽ ẽt protectione gaudeamus. Per dominum.

Pro martyre tantum. Oratio.

PRęsta,q̃sumus oĩpotens deus, vt q̃ beati N. martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremus. Per dñm.

Pro martyre tantum, alia Oratio.

PRæsta, q̃sumus oĩpotens deus, vt intercedente beato N. martyre tuo,& a cunctis aduersitatibus liberemur ĩ corpore,& a prauis cogitationibus mũdemur ĩ mẽte. Per d.

Lectio libri Sapientiæ. c. 5.



Tabũt iusti in magna constãtia aduersus eos q̃ se angustiauerunt, & q̃ abstulerũt labores eorũ. Vidẽtes turbabunt timore horribili,& mirabunt ĩ subitatione insperatę salutis,dicentes intra se,pęnitẽtiã agẽtes, & p̃ angustia spũs gemẽtes. Hi sũt quos aliquãdo habuimus in derisũ, & in similitudinẽ improperij. Nos insensati, vitã illorũ æstimabamus insaniã, & finem illorũ sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est.

Vel epistola beati Pauli apostoli ad Timotheum. Memor esto. vt supra in cõi vnius martyris extra tempus Paschale. fol. 252.

Psa. 88. Alleluia, alla. ℣. Confitebunt cęli mirabilia tua dñe, etenim veritatem tuã in eccl̃a sãctorũ. Alla. ℣. Psa. 20. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide pretioso, alleluia.

Sequentia S. Euangelij s̃m Ioannẽ. ca. 15.



N illo tp̃e. Dixit Ies⁹ discipulis suis. Ego sum vitis vera: & pr̃ meus agricola est.

est. Oẽm palmitẽ,in me nõ ferentẽ fructũ,tollet eum: & oẽm q̃ fert fructum,purgabit eũ, vt fructũ plus afferat. Iã vos mũdi estis ꝑ sermonẽ, quem locut⁹ sum vobis. Manete in me: & ego ĩ vobis. Sicut palmes nõ põt ferre fructũ a semetipso,nisi mãserit in vite: sic nec vos,nisi ĩ me mãseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet ĩ me,& ego ĩ eo, hic fert fructum multũ: q̃a sine me nihil potestis facere. Si q̃s in me nõ mãserit: mittet foras sicut palmes,& arescet, & colligent eũ, & in ignẽ mittẽt, & ardet. Si mãseritis ĩ me,& verba mea in vobis manserint: quodcunq; uolueritis petetis, & fiet vobis. Offert. ps. 88. Confitebũt cęli mirabilia tua dñe,& veritatẽ tuã in eccl̃ia sctõrũ,alla,alla.

Pro marty.& pont. Secreta.

HOstias tibi dñe btĩ N. martyris tui atque põtificis dicatas meritis,benignus assume: & ad ppetuũ nobis tribue ꝓuenire subsidiũ. Per dñm nostrũ Iesum Christum.

Pro marty. pont. alia Secreta.

MVnera tibi dñe dicata sanctifica: & intercedẽte beato N. martyre tuo atq; põtifice: ꝑ eadem nos placatus intẽde. Per dñm nr̃m.

Pro martyre tantum. Secreta.

MVnerib⁹ nr̃is,q̃s dñe,p̃cibusq; susceptis: & cęlestib⁹ nos mũda mysterijs: & clemẽter exaudi. Per d. Pro martyre tãtum alia Sec.

ACcepta sit in cõspectu tuo dñe nr̃a deuotio, & eius nobis fiat supplicatione salutaris, ꝓ cui⁹ sollẽnitate defertur. p d. Cõm. ps. 63. Letabitur iustus in dño,& sperabit ĩ eo, & laudabuntur oẽs recti corde, alleluia, alla.

Pro marty.& pont. Postcom.

REfecti participatione muneris sacri, q̃s dñe de⁹ noster: vt cui⁹ exequimur cultũ, intercedẽte beato N. martyre tuo atq; Põtifice sentiamus effectũ. Per dñm nostrũ Iesum.

Pro mart.& pont. alia. Postcom.

HAec nos cõio,dñe,purget a crimine: & intercedẽte beato N. martyre tuo atq; pontifice, cęlestis remedii faciat esse consortes. Per d.

Pro martyre tantum. Postcom.

DA,q̃s,dñe deus noster: vt sicut tuorũ cõmemoratione sanctorum tẽporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aspectu. Per do.

Pro marty. tantum alia Postcom.

REfecti participatione muneris sacri,q̃s dñe de⁹ noster,vt cuius exequimur cultũ,sẽtiam⁹ effectũ. Per.

¶ Epistola & euãg. supradictæ missę dicuntur etiam in sequenti missa: & quæ in sequenti habentur dici possunt in superiori.

DE PLVRIBVS MARTYribus tempore paschali. Introit. 3.

Psa. 144



Ancti tui domine benedicent te, gloriã regni tui dicẽt, Alla, alleluia. psalmus. Exaltabo te de⁹ me⁹ rex, & bñdicã nomẽ tuo ĩ sęculũ,& ĩ sclũ scli. ℣. Glo.

Ibidẽ.

Pro

Pro pluribus pont. & mart. Oratio.

BEatorum martyrum tuorũ pariterque pontificum. N& Nnos, quæsumus domine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per domioum.

Pro pluribus martyribus tãtũ. Oro.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N& Nnatalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominum.

Pro pluribus mart. alia Oratio.

DEus, qui nos annua sanctorũ martyrum tuorum N& Nsolemnitate lætificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominũ.

Lectio epistolæ beati Petri apostoli.

1.c. 1. BEnedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundũ magnã misericordiã suam regenerauit nos in spem viuã, p resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatẽ incorruptibilẽ, & incontaminatã, & immarcescibilẽ, conseruatã in cælis in vobis, qui ĩ virtute dei custodimini p fidẽ in salutẽ paratã reuelari in tempore nouissimo: in quo exultabitis, modicũ nunc si oportet contristati in varijs tẽtationibus: vt probatio vestræ fidei multo ptiosior auro (quod per ignẽ probatur) inueniatur in laudẽ & gloriã & honorẽ ĩ reuelationem dñi nostri Iesu Christi. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui dñe florebũt sicut lilium, & sicut odor balsami erunt ante te. Alleluia. ℣. Pretiosa in conspectu domini, mors sanctorum eius, alleluia.

Eccle. 39. Ecclesiæ vox

Sequentia sancti euãgelij sm Ioãnẽ.

ca. 15. IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet ĩ me, & ego in eo, hic fert fructũ multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis ĩ me nõ mãserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eũ, & in ignẽ mittent, & ardet. Si manseritis ĩ me. & verba mea in vobis manserint: quodcunq; volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pr̃ me⁹: vt fructum plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in ei⁹ dilectione. Hęc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudiũ vestrum impleatur.

ps. 31. Offerto. Lętamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Pro pluribus pontif. & mart. Secre.

ADesto dñe supplicationib⁹ nostris, quas in sanctorũ tuorum cõmemoratione deferim⁹, vt q̃ nr̃æ iustitiæ fiduciã nõ habem⁹, eorũ q̃ tibi placuerũt meritis adiuuemur. p.

Pro pluribus mart. tantum Secreta.

MVnera tibi Domine nostræ deuotionis offerimus, quæ et pro tuorũ tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum.

Pro pluribus mart. Alia Secreta.

OBlatis quæsumus domine placare muneribus: & intercedentibus sanctis tuis N.& N. a cunctis nos defende piculis. Per dñm. Cõm.

psa. 32. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia.

Pro pluribus pont. & martyribus. Postcommunio.

QVæsumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt quorũ sollemnia celebramus, eorũ orationibus adiuuemur. Per dñm.

Pro pluribus martyribus tantum. Postcommunio.

PRæsta nobis quęsumus domine intercedentibus sanctis martyribus tuis N.& N. vt quod ore cõtingimus, pura mente capiamus. Per.

Pro pluribus martyribus. alia Postcommunio.

HÆc nos communio domine purget a crimine: & intercedẽtibus sanctis martyribus tuis N.& N. cęlestis remedij faciat esse cõsortes. Per dominum nostrum.

¶ In cõi martyrum tẽpore paschali alia Epistola, & Euangelium.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis apostoli.

ca. 19. IN diebus illis. Post hæc ego Ioannes audiui quasi vocem magnam turbarũ multarum in cęlo dicentiũ, Alleluia. Laus, & gloria, & virtus deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt ei⁹ qui iudicauit de meretrice magna, q̃ corrupit terram in prostitutione sua & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius ascẽdit in sęcula sæculorum. Et ceciderunt seniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deũ sedentem super thonum, dicentes: Amẽ, Alleluia Et vox de throno exiuit, dicens. Laudẽ dicite deo nostro omnes sancti eius: & qui timetis eũ pusilli, & magni. Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorũ magnorũ, dicentium, Alleluia: qm̃ regnauit domin⁹ deus noster oĩpotens. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius pparauit se. Et datũ est illi, vt cooperiat se byssino splẽdenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum Et dixit mihi. Scribe, Beati q̃ ad cœnã nuptiarũ Agni vocati sunt.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

ca. 16. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autẽ gaudebit: vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiã habet, quia venit hora eius: cum autem

peperit puerum, iam non meminit pressurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis.

In cõmuni confess. & virginum, & in alijs missis tempore Paschali omnia dicuntur vt infra addito in introitu ante Psalmũ duplici. Halah. & in fine Offertorij, & Communionis vno Halah. & omisso Graduali dicunt duo versus cum quatuo Halelulah. vt suis locis ponitur.

IN COMMVNI PLVRImorum martyrum extra tempus paschale. Introit. 3.



pfa. 78. Ntret in conspe tuo domine gemitus cõpeditorũ, redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: vindica sanguinem sanctorũ tuorum qui effusus est. Psalmus. Deus venerũt gẽtes in hęreditatẽ tuã: polluerũt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria.

ibidẽ.

Pro pluribus pontificibus & martyribus. Oratio.

Beatorum martyrum tuorum pariterque pontificum N. & N. nos, quęsumus domine festa tueantur: & eorũ commendet oratio veneranda. Per. Si nõ fuerint pontifices, dr orõ vt ĩ seq. Missa. Lec. lib. Sap.

c. 3. Iustorũ animę in manu dei sunt: & nõ tãget illos tormẽtũ mortis. Visi sunt oculis ĩsipiẽtiũ mori: & ęstimata est afflictio, exitus illorũ. Et ab itinere iusto abierunt in exterminiũ & quod a nobis est iter exterminij, illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormẽta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponẽtur: quoniã Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace ꝓbauit illos: & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tẽpore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillę in arundineto discurrent. Iudicabũt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit dñs illorũ ĩ perpetuũ. Gra.

Ex. 15. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciẽs ꝓdigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute, dextera manus tua cõfregit inimicos.

ecc. 44. Alla, alla. ℣. Corpora sãctorũ ĩ pace sepulta sũt, & nomina eorũ viuẽt in generatione & generationem. Alla.

Post Septuagesimam. Tractus.

pfa. 125. Qui seminãt ĩ lachrimis, ĩ gaudio metẽt. ℣. Euntes ibãt, & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autẽ venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequ[entia] sancti Euãgelij fm Lucam.



ca. 21. Nillo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum audieritis ꝓlia & seditiones, noli

te terreri: oportet primum hec fieri, sed nondũ statim finis. Tũc dicebat illis. Surget gens contra gentẽ: & regnum aduersus regnũ: & terręmotus magni erunt per loca: & pestilentię et fames: terroresq; de cœlo, et signa magna erũt. Sed ante hęc omnia, inijcient vobis manus suas: & ꝑsequẽtur tradentes in synagogas & custodias, trahẽtes ad reges, & pręsides ꝓpter nomen meum. Cõtinget autẽ vobis in testimonium. Ponite ergo ĩ cordibus vestris nõ pręmeditari quẽadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui nõ poterunt resistere & cõtradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus & fratribus, & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Offerto.

pfa. 67. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel: ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suę: benedictus deus, Alleluia. Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris, quas in sanctorũ tuorum cõmemoratione deferimus: vt qui nostrę iustitię fiduciam nõ habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dñm. Cõm.

sap. 3. Et si coram hominibus tormẽta passi sunt: deus tentauit eos, tanquam aurum in fornace probauit eos: & quasi holocausta accepit eos. Postcõ.

Quęsumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt quorum sollemnia celebramus, eorum orationibus adiunemur. Per dominum.

DE EODEM COMMVni alia Missa. Introitus. 1.




Ec. 44. Apientiam sanctorum narrent populi: & laudes eorum nũciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in sęculum sęculi. psalmus. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oratio.

pfa. 31.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. & N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominum.

Si fuerint pontifices dicatur oratio precedẽtis missę, quod & in sequentibus seruet. Lectio libri Sapientię.



c. 5. Vsti autẽ ĩ perpetuũ viuẽt: & apud dominum est merces eorum: & cogitatio eorum apud altissimũ. Ideo accipiẽt regnum decoris, et diadema speciei de manu dñi: quoniã dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defẽdet illos. Accipiet armaturã zelus illius, & armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ. Induet ꝓ thorace iustitiã: & accipiet ꝓ galea iudiciũ certũ. Sumet scutũ inexpugnabile ęquitatẽ. Gra-

psa. 123

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus cōtritus est,& nos liberati sumus:adiutorium nostrum in nomine domini,qui fecit cœlum, & terram. Alla, alla. ℣. Iusti epulentur,& exultent in conspectu dei:& delectentur in lætitia,alla: (psa. 67.)

Post septuagesimam. Tractus.

Qui seminant in lachrymis,in gaudio metent. ℣. Euntes ibāt,& flebāt,mittētes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. (psa. 125)

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 6.

In illo tempore. Descēdēs Iesus de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius,&multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa,& Hierusalem:& Maritima & Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat,& sanabat omnes.Et ipse eleuatis ocul's in discipulos suos,dicebat.Beati pauperes:quoniam vestrū est regnum dei. Beati qui nunc esuritis:quoniam saturabimini.Beati, q nūc fletis:quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint hoīes & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra, multa est ī cęlo.

Offertorium. Exultabunt sancti ī gloria,lętabuntur in cubilibus suis: exultatiōes dei in faucibus eorum, alla. (psa. 149.)

Secreta.

Munera tibi domine nostrę deuotionis offerimus: quæ & ꝓ tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum. Cōmun

Dico autem vobis amicis meis:ne terreamini ab his qui vos persequuntur. (luc. 12.)

Postcommunio.

Præsta nobis,q̄s domine,intercedētibus sanctis martyribus tuis N. & N. vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominū.

DE EODEM COMMVNI alia missa. Introitus. I.



Salus autem iustorum a dn̄o:& protector eorum est ī tēpore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus,neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. (psa. 36. ibidē.) Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorū martyrum tuorum N. & N. sollemnitate lætificas:concede propitius,vt quorum gaudemus meritis instruamur exemplis.Per dominū.

Lec. epl'æ B.Pauli apl'i ad Hebręos



Fratres. Rememoramini pristinos dies:in quibus illuminati, magnum, cer- (ca. 10.)

tamen

tamen sustinuistis passionū. Et in altero quidē opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti,in altero autē socij taliter conuersantiū effecti. Nam & vinctis cōpassi estis:& rapinam bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorē,& manentē substantiā. Nolite itaque amittere confidentiā vestrā, quę magnā habet remunerationē. Patiētia enī vobis necessaria est: vt voluntatē dei facientes,reportetis promissionē. Adhuc enim modicū aliquātulūq;, q̄ venturus est veniet,& non tardabit. Iustus aūt ex fide viuit.

Gradua. Clamauerūt iusti,& dn̄s exaudiuit eos:& ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. ℣. Iuxta est dn̄s his qui tribulato sunt corde:& humiles spiritu saluabuntur. Alleluia, alla. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine, alleluia. (psa. 33.)

Post Septuagesimam, Tractus.

Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, & flebant,mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. (psa. 125)

Sequentia scti euāg. sm̄ Matthęum.

ca. 24.

In illo tempore.Sedēte Iesu super montem Oliueti, accesserunt ad eū discipuli eius secreto, dicentes. Dic nobis, qn̄ hęc erunt,& quod signū aduentus tui,& cōsummationis seculi? Et respondēs Iesus dixit eis. Videte,ne qs vos seducat. Multi enī venient in noīe meo dicētes,ego sum Christ⁹: & multos seducent. Audituri enim estis pręlia, & opiniones præliorū. Videte,ne turbemini.Oportet enim hæc fieri:sed nondū est finis. Cōsurget enim gens in gentē, & regnū in regnū:& erunt pestilentię,& fames, & terręmotus ꝑ loca. Hæc autē oīa, initia sunt dolorum. Tūc tradēt vos in tribulationē, & occident vos, & eritis odio oībus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabūtur multi,& inuicē tradēt,& odio habebunt inuicē. Et multi pseudoprophetę surgent: & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsq; in finem:hic saluus erit. Offertorium.

Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori: illi autē sunt in pace, Alleluia. (sap. 3.) Secreta.

Oblatis quæsumus domine, placare muneribus: & intercedētibus sanctis tuis N. & N. a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Communio.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine dicit dominus: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. (mat 10.)

Postcommunio.

Hæc nos communio domine purget a crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis N. & N. cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum.

ITEM ALIÆ EPISTOLÆ & euangelia pro pluribus marty.

Lectio libri Sapientiæ.

ca. 10.


Eddidit deus iustis mercedē laborũ suorũ: & deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto diei, & in luce stellarũ per noctem. Transtulit illos per mare rubrũ, & trāsuexit illos ꝑ aquam nimiam. Inimicos autē illorũ demersit in mare, & ab altitudine inferorũ eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorũ: & decātauerunt dñe nomē sanctum tuũ: & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Domine deus noster.

Lcō eplæ btī Pauli apost. ad Roma.

ca. 5.


Ratres. Iustificati ex fide, pacē habeamus ad deũ ꝑ dñm nostrũ Iesum Christũ: ꝑ quē & habemus accessum per fidē in gratiā istā ī qua stam⁹, & gloriamur, in spe gloriæ filiorũ dei. Nō solũ aũt: sed & gloriamur in tribulationib⁹, sciētes quod tribulatio patiētiā operatur, patiētia aũt ꝓbationē, ꝓbatio vero spē. Spes autem nō confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

Lcō eplæ btī Pauli apost. ad Roma.

ca. 8.


Ratres. Non sunt cōdignę passiones huius temporis, ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis. Nā expectatio creaturæ, reuelationem filiorũ dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nō volens, sed ꝓpter eum q̄ subiecit eā in spe: q̄a & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, ī libertatē gloriæ filiorũ dei. Scimus enim quod oīs creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Nō solũ autē illa, sed & nosipsi primitias spirit⁹ habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionē filiorũ dei, expectantes redemptionem corporis nostri.

Lcō eplæ btī Pauli apost. ad Corint.

2. c. 6.


Ratres. Exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patiētia, in tribulationibus, ī necessitatibus, ī angustijs, ī plagis, ī carceribus, ī seditionib⁹, ī laboribus, ī vigilijs, ī ieiunijs. In castitate, in sciētia, in lōganimitate, in suauitate, ī spiritu sctō, in charitate nō ficta, in verbo veritatis, ī virtute dei. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris. Per gloriā & ignobilitatē: ꝑ infamiā & bonā famā: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti: quasi moriētes, & ecce viuimus: vt castigati, & nō mortificati: quasi tristes, sēp aũt gaudētes: sicut egētes, multos aũt locupletātes: tāq̄ nihil habentes, & oīa possidentes.

Lcō eplæ btī Pauli apost. ad Hebrę.

c. 2.


Ratres. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones: obturauerunt ora

leonum: extinxerunt impetũ ignis: effugauerunt aciem gladij: cōualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: castra verterunt exterorũ: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insuꝑ & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellib⁹ caprinis: egētes, āgustiati, afflicti: quibus dignus nō erat mundus. In solitudinibus errātes in mōtibus & speluncis, & in cauernis terrę. Et hi oēs testimonio fidei, ꝓbati, intuenti sunt ī Christo Iesu domino nostro.

Lcō libri Apoc. beati Ioā. Apostoli.

c. 5


N diebus illis. Respondit vnus de seniorib⁹, & dixit mihi. Hi q̄ amicti sunt stolis albis, q̄ sunt? & vnde venerũt? Et dixi illi. Dñe mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt q̄ venerũt de tribulatiōe magna: & lauerũt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine Agni. Ideo sunt āte thronũ dei, & seruiũt ei die ac nocte in tēplo eius: & q̄ sedet in throno, habitabit suꝑ illos. Nō esuriēt neq; sitiēt ampli⁹: nec cadet suꝑ illos Sol, neq; vllus ęstus. Quoniā Agnus qui in medio throni est, reget illos: & deducet eos ad vitę fontes aquarum: & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Sequentia scti euāg. sm̄ Matthęum

c. 5.


N illo tempore. Videns Iesus turbas, ascendit in mōtem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suũ, docebat eos, dicēs. Beati pauperes spiritu: q̄m ipsorũ est regnum cęlorum. Beati mites: q̄m ipsi possidebunt terram. Beati qui lugēt: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiā: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnũ cęlorum. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint: & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cęlis.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

ca. 21.


N illo tempore: Respondens Iesus dixit. Cōfiteor tibi pater dñe cęli & terrę: quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: q̄m sic placitũ fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reue-

lare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue.

Sequentia sctĩ euangelij sm Lucam.

ca. 11. IN illo tempore. Dicebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotum. Vę vobis, qui ędificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderũt illos. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrũ vestrorum: quoniam ipsi quidẽ eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequentur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, q̃ effusus est a constitutione mundi a generatione ista, a sanguine Abel, vsque ad sanguinẽ Zachariæ qui periit inter altare & ędem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 10. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit: spernit eũ qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes. Dñe, etiam dęmonia in nomine tuo subijciuntur nobis. Et ait illis. Videbam satanã sicut fulgur de cęlo cadentẽ. Ecce, dedi vobis potestatem calcadi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Verũtamẽ in hoc nolite gaudere, quia spiritus subijciuntur vobis: gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 12. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite a fermento pharisæorũ, quod est hypocrisis. Nihil autem opertum, quod non reueletur: neque abscõditum, quod nõ sciatur. Quoniã quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his q̃ occidũt corpus, & post hæc nõ habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinq; passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis vestri, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, et filius hominis confitebitur eum coram angelis dei.

IN

Commune Confessoris Pontificis.

Introitus

Statuit ei Dominus testamentũ pacis et principem fecit eum Ut sit illi Sacerdotiũ dignitas in æternũ. Memento Dñe David et Omnis mansuetudinis eius V. Gloria Patri etc:

Oratio

Da quæsumus Omnipotens Deus Ut Beati N: Confessoris tui, atque Pontificis, Veneranda Solemnitas, et devotionem nobis augeat et Salutem. Per Dominum. etc.

Lectio libri Sapientiæ.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. et inventus est Iustus, et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Ideo Iure iurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. benedictionem Omnium gentium dedit illi, et testamentũ suũ confirmavit super caput eius, Cognovit eum in benedictionibus suis, Conservavit illi Misericordiam suam et invenit gratiam coram oculis Domini, Magnificavit eum in conspectu Regum, et dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum sempiternum, et dedit illi Sacerdotiũ magnũ et beatificavit illũ in gloria. Fungi Sacerdotio, et habere laudem in nomine ipsius, et offerre illi incensũ dignũ in Odorẽ Suavitatis.

Graduale

Ecce Sacerdos Magnus, qui in diebus suis placuit Deo V. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Alleluia Alleluia V. Tu es Sacerdos in æternum secundũ Ordinẽ Melchisedech. Alleluia.

Post Septuagesimam Omisso Alleluia Tractus

Beatus Vir qui timet Dominũ, in mandatis eius cupit nimis, Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. V. Gloria et divitiæ in domo eius, et Justitia eius manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali

Alleluia Alleluia, Tu es Sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedech Alleluia. V. Hic est Sacerdos, quem coronavit Dominus, Alleluia.

Sequentia S. Evangelij secundũ Matthæũ

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam peregre proficiscens, Vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua, Et Uni dedit quinque talenta, alij autẽ duo, Alij autem Unum, Unicuique secundũ propriam Virtutẽ: et profectus est statim, Abijt autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo, Qui autem Unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Post multũ autem temporis, Venit Dominus servorũ illorũ, et posuit rationem cum eis, Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi Dominus eius, Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam, intra in gaudiũ Domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat

acceperat, et ait; Domine duo talenta tradidi
sti mihi, Ecce alia duo lucratus sum. Ait illi
Dominus eius: Euge ~~Domine~~ serve bone et fi
delis, quia super pauca fuisti fidelis, su
pra multa te constituam, intra in gaudiu
Domini tui.

Offertorium

Inveni David servum meum, oleo san
cto meo unxi eum, manus enim mea au
xiliabitur ei, et brachium meu conforta
bit eum.

Secreta

Sancti tui, quaesumus Dne nos ubiq; leti
ficent, ut dum eorum merita recolimus
patrocinia sentiamus. Per Dominu etc.

Communio

Fidelis servus et prudens, quem consti
tuit Dominus super familiam suam, ut
det illis in tempore tritici mensuram.

Post Communionem

Praesta quaesumus omnipotens Deus, ut de
perceptis muneribg, gratias exhibentes
intercedente Beato N. Confessore tuo atq
Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per
Dominu Nostrum Jesum Christu.

Commune Doctorum

In medio Ecclesiae aperuit os eius et
impleuit eum Dominus spiritu sapientiae
et intellectus, stolam gloriae induit eum.
Psal. Bonum est confiteri Dno et psalle
re nomini tuo altissime. V Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui populo tuo aeternae salutis Beatum
N. ministrum tribuisti; praesta quaesumus:
ut quem Doctorem vitae habuimus in terris,
intercessorem habere mereamur in Caelis.
Per Dominu nostrum.

Lectio epistolae Beati Pauli Apostoli
ad Timotheum.

Charissime, testificor coram Deo, et Chri
sto Jesu, qui iudicaturus est vivos et
mortuos, per adventum ipsius, et regnu
eius: praedica verbum: insta opportu
ne, importune: argue, obsecra, increpa
in omni patientia et doctrina, Erit enim
tempus, cum sanam doctrinam non susti
nebunt, sed ad sua desideria coacerva
bunt sibi magistros, prurientes auribg:
et a veritate quidem auditu avertent,
ad fabulas autem convertentur. Tu vero
vigila, in omnibg labora, opus fac Evan
gelistae, ministerium tuum imple, sobri
us esto. Ego enim iam delibor, et tempu
resolutionis meae instat. Bonu certa
men certavi, cursum consumavi, fidem
servavi. In reliquo reposita est mihi co
rona iustitiae, quam reddet mihi Domi
nus in illa die, iustus iudex, non so
lum autem mihi, sed et iis qui diligu
nt adventum eius.

Graduale Os iusti meditabi
tur sapientiam, et lingua eius loque
tur iudicium. V. Lex Dei eius

In corde ipsius. Alleluia Alleluia.
Amavit eum Dominus et ornavit eum sto
lam gloriae induit eum. Alleluia.

Post Septuagesimam Omisso Alleluia

Beatus vir qui timet Dominum, in man
datis eius cupit nimis, V. Potens in terra
erit semen eius, generatio rectorum
benedicetur. V. Gloria et divitiae
in domo eius, et justitia eius manet
in saeculum saeculi.

Tempore Paschali

Alleluia, Alleluia. Amavit eum
Dominus et ornavit eum: stolam
gloriae induit eum. Alleluia.
Justus germinavit sicut liliu, et flo
rebit in aeternu ante Dnum. Alleluia

Sequentia S. Evangelij Sdm Matthaeu.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis,
Vos estis sal terrae, Quod si sal evanue
rit, in quo salietur, ad nihilum valet ul
tra nisi mittatur foras, et conculcetur
ab hominibg; Vos estis lux mundi;
non potest civitas abscondi, supra mon
tem posita. Neq accendunt lucernam
et ponunt eam sub modio, sed super
candelabrum, ut luceat omnibg, qui
in domo sunt; Sic luceat lux vestra
coram hominibg, ut videant opera ve
stra bona, et glorificent Patrem
vestrum, qui in caelis est, Nolite putare quo
niam veni solvere legem, aut Prophetas, non
veni solvere, sed adimplere, Amen quip
pe dico vobis, donec transeat Caelu et ter
ra, Jota unum, aut unus apex, non prae
teribit a lege, donec omnia fiant, Qui ergo
solverit, unu de mandatis istis minimis et
docuerit sic homines, minimus vocabitur
in Regno Caelorum. Qui aute fecerit et
docuerit, hic magnus vocabitur in Regno
Caelorum.

Offertorium.

Justus ut palma florebit, sicut cedrus
quae in libano est, multiplicabitur.

Secreta

Sancti tui N. nobis Dne, pia non desit oratio
quae et munera nostra conciliet, et tuam no
bis indulgentiam semper obtineat. Per Dnum
nostrum.

Communio

Fidelis servus et prudens, quem consti:
tuit Dominus, super familiam tuam, ut det
illis in tempore tritici mensuram.

Post Post Communionem

Ut nobis Domine, tua sacrificia dent sa
lutem Beatus N. Confessor tuus, et Do
ctor egregius, precator accedat; Per
Dominu Nostrum Jesum Christum

De Communi Confessorum non Pontificum.

Introitus.

Psal. 36. Os justi meditabit̃ Sapientiam, et lingua eiꝰ loquet̃ judicium, lex Dei eius in corde ipsius,. Psal. 36. Noli æmulari in malignantibus, neq; zeláveris facientes iniquitatem. Gloria Patri.

ORATIO.

Deus, qui nos Beati N. Confessoris tui annua Solemnitate lætificas: concede propitius: ut cuius Natalitia cólimus, etiam actiónes imitemur. Per Dominum Nostrum &c.

Lectio libri Sapientiæ. Eccli. 31.

Beátus Vir, qui inuentus est sine mácula: et qui post aurum non ábijt, nec sperauit in pecúnia et thesauris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabilia in Vita Sua. Qui probátus est in illo, & perféctus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, et non est trangressus: fácere mala, et non fecit, ideo stabilita sunt bona illius in Dño, et eleemósynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

Graduale. Psal. 91. Iustus ut palma florébit, sicut cedrus Líbani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciándum mane misericórdiam, et Veritatem tuam per noctem. Alle: Allelúia. ℣. Jacobi. 1. Beátus Vir, qui suffert tentatiónem: quoniam cum probátus fuerit, accipiet corónam vitæ. Allelúia.

Post Septuagessimam: Tractus. Psal. 111.

Beatus Vir, qui timet Dominum: in mandatis eiꝰ cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicetur. ℣. Gloria & divitiæ in Domo eius: & justitia eius manet in sæculum sæculi.

Tèmpore Paschali. Allelúia, Alleluia. ℣. Jacobi 1. Beatus Vir qui suffert tentatiónem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Allelúia. ℣. Amauit eum Dñus et ornauit eum: stolam gloriæ induit eum. Allelúia.

Sequéntia Sancti Euangelij Secundum Lucam. Lucæ. 12.

In illo tempore: Dixit JESVS Discipulis Suis: Sint lumbi Vestri præcincti: &c. Vide reliqua fol. 18 in festo S. Sylvestri Pap. Con: post Nativ: JESV C.

Offertorium. Veritas mea & misericordia mea, cum ipso: et in Nomine meo exaltábit̃ cornu eiꝰ.

Secreta.

Laudis tibi Dómine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos & præsentibus éxui malis confidimus, & futuris. Per Dñum N. JESVM C.

Communiò.

Beatus servus, quem cum vénerit Dominus, inuénerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommuniò.

Refécti cibo, potuq; cælesti, Deus Noster, te supplices exorámus: ut in cuius hæc commemoratióne percépimus, eius muniamur et precibus. Per Dominum Nostrum JESVM C.

est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibꝰ dedit pecuniā: vt sciret quantum quisq; negotiatus esset. Venit autem primus, dicēs. Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatē habens super decem ciuitates. Et alter venit, dicēs. Domine, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, ecce mna tua quam habui, reposita est in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui: & quare non dedisti pecuniā meā ad mēsā, & ego veniens cū vsuris vtiq; exegissem illam? Et astantibus dixit. Aufer te ab illo mnam, & date illi qui decē mnas habet. Et dixerūt ei. Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.

DE EODEM COMMVNI pro Abbatib. alia Missa. Introit. 6.

psa. 36.



S iusti meditabitur sapiē tiā, & lingua eius loquetor iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. psalmꝰ. ibidē. Noli ęmulari ī malignātibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatē. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

INtercessio nos, q̄s, dñe beati N. abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

eccl. 45.

DIlectus deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Similē illū fecit ī gloria sanctorū, & magnificauit eū in timore inimicorum, & in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eū in cōspectu regum, & iussit illi corā populo suo, & ostendit illi gloriam suā. In fide & lenitate ipsius sanctū fecit illū, & elegit eū ex omni carne. Audiuit enim vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi corā præcepta, & legē vitæ & disciplinæ.

psa. 20.

Gradua. Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitā petijt a te, & tribuisti ei longitudinem dierū in sęculū sęculi. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur, alleluia. Tpe. paschali Gradu. omittitur, & additur sequens. ℣.

Os. 14.

Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in ęternum ante dominum, alla.

Post Septuagesimam, Tractus.

psa. 111.

Beatus vir, qui timet dn̄m: ī mādatis eius cupit nimis. ℣. Potēs ī terra erit semen eius: generatio rectorū bn̄dicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eiꝰ, & iustitia eius manet in sęculū sęculi.

Sequētia scti euang.sm Matthæum.

ca. 19.

IN illo tpe:Dixit Simō Petr⁹ ad Iesū. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hoīs in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos sup sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum: cētuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Offertorium.

ps. 20.

Desideriū animę eius tribuisti ei dñe, & voluntate labiorum eius nō fraudasti eum: posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso. Secreta.

Sacris altaribus domine hostias superpositas sanctus N. abbas, quæsumus, in salutem nobis prouenire deposcat. Per dominum nostr.

Ma. 24

Cōm. Fidelis seruus & prudens, quē cōstituit dñs super familiā suā: vt det illis in tpe tritici mēsurā. Postcom.

Protegat nos domine cū tui perceptione sacramenti beatus N. abbas pro nobis intercedendo: vt et conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū: qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum Amen.

IN COMMVNI VIRGINVM.

¶Pro virgine & marty. Introit. 5.



psa. 118

Loquebar đ testimonijs tuis in conspectu regū & nō cōfundebar: & meditabar in mandatis tuis quæ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati ī via, qui ambulāt ī lege dñi. ℣. Gloria patri. Oratio.

ibidē.

Deus, q inter cętera potētię tuę miracula, etiā in sexu fragili victoriā martyrij cōtulisti: concede ꝓpitius: vt q beatę N. virginis & martyris tuæ natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per do.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccle. 51

Confitebor tibi dñe rex, & collaudabo te deū saluatorē meū. Confitebor nomini tuo: qm̄ adiutor & ꝓtector factus es mihi: & liberasti corpus meū a ꝑditione, a laqueo linguę iniquæ, & a labijs operantiū mendaciū: & incōspectu astātiū factus es mihi adiutor.

Et

Et liberasti me secundum multitudinem misericordię nominis tui a rugientibus præparatis ad escā: de manibus quærentiū aīam meam, & de portis tribulationū, quæ circūdederunt me. A pressura flāmæ, quæ circundedit me: & in medio ignis non sum æstuata. De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata, & a verbo mendacij, a rege iniquo, & a lingua iniusta. Laudabit vsq; ad mortem anima mea dominum: quoniā eruis sustinētes a te, et liberas eos de manibus gentium domine deus noster. Graduale.

psa. 44.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ. Alla, alla. ℣. Adducenter regi virgines post eā, proximæ eius offerentur tibi in lętitia, alleluia.

Ibidē.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens. ℣.

Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere ꝓcede, & regna, alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus.

Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi dñs pręparauit in ęternum: pro cuius amore sanguinē tuū fudisti.

psa. 44.

℣. Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tu⁹ oleo lętitiæ præ consortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intēde, prospere procede, & regna.

ibidē.

Sequentia scti euāgelij sm Mathęū.

ca. 25.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū cęlorū decē virginibus: q accipientes lāpades suas exierunt obuiā spōso & spōsæ. Quinq; autē ex eis erāt fatuę, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lāpadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudētes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lāpadibus. Morā autē faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autē nocte clamor factus est: Ecce spōsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerūt lāpades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostrę extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes. Ne forte nō sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vēdentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit spōsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime vero veniūt & reliquæ virgines, dicentes. Domine, domine, aperi nobis. At ille respōdens, ait. Amē dico vobis, nescio vos. Vigilate itaq;, qa nescitis diem neque horā. Offerto.

ps. 44.

Offerentur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi Secreta.

Suscipe dñe munera, q ī beatę N. virginis & martyris tuæ sollēnitate deferimus: cuius nōs cōfidimus patrocinio liberari. p. Cōm. Cōfundantur superbi, quia iniuste iniquitatē fecerunt in me: ego autē in mādatis tuis exercebor, ī tuis iustificationibus, vt non confundar. Postcom.

psa. 118.

AVxilietur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beata N. virgine & martyre tua ſẽpiterna faciant protectione gaudere. Per dominum.

ITEM PRO VIRGINE ET martyre alia Miſſa. Introitus. 2.

pſa. 118.

ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua dñe intellexi: omnis cõſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Ps. Beati ĩmaculati in via, q ambulãt in lege dñi. ℣. Glo. patri, & filio. Or.

ibidẽ.

INdulgentiã nobis, quæſumus domine, beata N. virgo & martyr imploret: quæ tibi grata ſemper extitit & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis. Per dominum no.

Lectio libri Sapientiæ.

eccl. 51.

DOmine deus meus exaltaſti ſuper terrã habitationẽ meã, & pro morte defluente deprecata ſum. Inuocaui dñm patrẽ dñi mei, vt non derelinquat me ĩ die tribulationis meę, & in tpe ſuperborũ ſine adiutorio. Laudabo nomẽ tuum aſſidue, & collaudabo illud in cõfeſſiõe, et exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me de pditione, et eripuiſti me de tpe iniquo. Propterea cõfitebor tibi, et laudem dicam nomini tuo, domine deus noſter. Graduale.

pſa. 44.

Adiuuabit eam deus vultu ſuo: deus in medio eius nõ commouebitur. ℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Alleluia, alleluia. ℣. Hæc eſt virgo ſapiens, & vna de numero prudentum, alleluia.

Tempore paſchali Graduale omittitur, et additur ſequens. ℣.

O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate, alleluia.

Poſt Septuageſimam, Tractus.

pſa. 44.

Veni ſponſa Chriſti, accipe coronã, quã tibi dominus præparauit in ęternum: pro cuius amore ſanguinẽ tuum fudiſti. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: ꝓpterea vnxit te deus, deus tuus, oleo lętitiæ præ conſortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna.

Sequẽtia ſctĩ euãgelij ſm Matthęũ.

ca. 13.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit vniuerſa quæ habet, et emit agrũ illũ. Iterũ, ſimile eſt regnũ cęlorũ homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuẽta aũt vna pretioſa margarita, abijt, et vẽdidit oĩa quæ habuit, et emit eã. Iterum, ſimile eſt regnũ cęlorũ ſagenę miſſæ in mare, et ex omni genere piſcium congreganti. Quam cũ impleta eſſet, educentes, et ſecus littus ſedẽtes, elegerunt

runt bonos in vaſa, malos autem foras miſerũt. Sic erit in cõſummatione ſęculi. Exibũt angeli, & ſeparabũt malos de medio iuſtorum, & mittẽt eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Intellexiſtis hæc oĩa? Dicũt ei: Etiã domine. Ait illis. Ideo omnis ſcriba doctus in regno cælorũ, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Offertorium.

pſa. 44.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum, & in ſęculum ſęculi. Secreta.

HOſtias tibi dñe beatę N. virginis & martyris tuæ dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum. Communio.

pſal 118.

Feci iudicium & iuſtitiam domine: nõ calumnientur mihi ſuperbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Poſtcõm.

DIuini muneris largitate ſatiati, quęſumus, dñe deus noſter: vt intercedẽte beata N. virgine & martyre tua: in eius ſemper participatione viuamus. Per dominum noſtrum.

¶In cõi pluriũ virginũ & martyrũ. Omnia dicũtur vt ſupra pro vna virgine & martyre, excepta oratione, q dr vt ſequitur, & epiſtola. De virginibus præceptũ dñi. quæ dr vt ĩfra ĩ cõi virgin. nõ marty. fol. 587. Oro.

DA nobis, quæſumus dñe deus nr̃ ſanctarũ virginũ & martyrũ tuarũ N. & N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mente nõ poſſumus celebrare, humilibus ſaltẽ frequentemus obſequijs. Per dominum. Secreta.

INtende, quæſumus dñe, munera, altaribus tuis pro ſanctarũ martyrum & virginum tuarũ N. & N. feſtiuitate propoſita: vt ſicut per hæc beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum. Poſtcommunio.

PRæſta nobis, quęſumus dñe, intercedentibus ſanctis martyribus atque virginibus tuis: vt quod ore contingimus, pura mẽte capiamus. Per dominum noſtrum.

¶Pro virgine tantum. Introitus. 8.

ps. 44.

DIlexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ, p cõſortibus tuis. Pſal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Ibidẽ.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ N. virginis tuę feſtiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dñm.

Lectio Epiſtolę Beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2. c. 10. & 11.

FRatres. Qui gloriatur, in domino glorietur: Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem deus commendat. Vtinam ſuſtineretis mo-

dicum quid insipientiæ meæ: sed & supportare me. Æmulor enim vos dei æmulatione. Despōdi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Grad. Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. ℣. Propter veritatem & mā-suetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alla. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in lætitia, alleluia.

ps. 44. Ibidē.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna; alleluia.

Ibidē.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ibidē.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filiæ regum in honore tuo: ℣. Adducētur regi virgines post eam: proximæ eius offerentur tibi. ℣. Offerētur in lętitia & exultatione: adducētur in templum regis. Euangelium. Simile est regnum cęlorum decē virginibus. vt supra in missa virg. & mart. fol. 264. Offertoriū.

ps. 44.

Filiæ regum in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum.

ma 25.

Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit: exite obuiam Christo dño. Postcom.

Satiasti domine, familiam tuam muneribus sacris: ei⁹ quęsumus semper interuētione nos refoue, cui⁹ solennia celebramus. Per dominū.

¶ Item pro virgine tantum alia Missa. Introitus.

Psa. 44.



Vltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proxime ei⁹ adducentur tibi in lætitia, & exultatione. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria pātri. Oratio.

Ibidē.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beatæ N virginis tuę festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. c. 7



Ratres. De virginibus præceptum domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniā bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere

vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo: nō peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autē vobis parco. Hoc itaque dico fratres, tempus breue est. Reliquum est, vt & qui habent vxores, tāquam nō habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tāquam non gaudētes: & qui emunt, tanquā non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est: solicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt: vt sit sancta & corpore, & spiritu. In Christo Iesu dño nr̄o. Grad.

Psa 44.

Concupiuit rex decorem tuum, quoniam ipse est dn̄s deus tuus. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurē tuā. Alleluia, alleluia. ℣. Hæc est virgo sapiēs, & vna de numero prudentum, alla.

sap. 4.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens. ℣. O quam pulchra est casta generatio cum claritate, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Psa. 44.

Audi filia, & vide, & inclina aurē tuā: quia cōcupiuit rex speciē tuā. ℣. Vultum tuum deprecabuntur oēs diuites plebis: filiæ regum in honore tuo. ℣. Adducent̄ regi virgines post eā: proximæ eius offerentur tibi. ℣. Offerentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

Euangeliū. Simile est regnū cęlorū. vt supra in missa virginum & martyrum fol. 264. Offertorium.

ps. 44.

Offerentur regi virgines post eā, proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum.

Math. 13.

Communio. Simile est regnum cęlorum homini negotiatori quærēti bonas margaritas: inuenta autem vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. Postcōm.

Satiasti dn̄e familiā tuam muneribus sacris: eius quæsumus semꝑ interuentione nos refoue, cuius solēnia celebramus. Per dominum nr̄m.

¶ In communi non virginum.

¶ Pro vna martyre non virgine. Introitus. 2.

Psa. 118.



E expectauerunt peccatores vt perderēt me, testimonia tua dn̄e intellexi: oīs consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Psalm. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Oratio

Ibidē.

DEus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiã ſexu fragili victoriã martyrij contuliſti: concede propitius: vt qui beatæ N. martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum.

Si fuerint plures. Oratio.

DA nobis, quæſumus domine deus noſter, ſanctarũ martyrũ tuarũ N. & N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mente nõ poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequẽtemus obſequijs. Per dominum noſtrum.

Epiſt. Cõfitebor tibi dñe rex. vt ſup. in miſſa virg. & mar f. 263. Grad. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo lætitiæ. Alleluia, allſa. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intẽde, proſpere procede, & regna, alleluia.

psal 44. ibi dé.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

psal 44.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam quã tibi dñs pręparauit in ęternũ: pro cuius amore ſanguinẽ tuũ fudiſti. ℣. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus, deus tu⁹ oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna. Euãgelium. Simile eſt regnũ cælorũ theſauro abſcondito in agro. vt ſupra. fol. 264.

ibi dé.

Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum, & in ſęculum ſęculi, alleluia. Secreta.

psa. 44.

SVſcipe domine, munera, quæ in beatæ N. martyris tuæ ſolennitate deferimus: cuius nos confidim⁹ patrocinio liberari. Per dñm noſtrũ.

Si fuerint plures. Secreta.

INtende, quæſumus domine, munera, altaribus tuis pro ſanctarum martyrum tuarum N & N. feſtiuitate propoſita: vt ſicut per hæc beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum noſtrum.

Cõmunio. Principes perſecuti ſunt me gratis, & a verbis tuis formidauit cor meũ: lætabor ego ſup eloquia tua, quaſi qui ĩuenit ſpolia multa. Poſtcõ.


psa. 118.

AVxilientur nobis dñe ſumpta myſteria: & intercedẽte beata N martyre tua: ſempiterna faciant protectione gaudere. Per dñm nrm.

Si fuerint plures. Poſtcommunio.

PRæſta nobis, quæſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Pro nec virg. nec mar. Introit. 3.



COgnoui domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me: confige timore tuo carnes meas, a mandatis tuis timui.

psa. 118.

Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſãcto. Oratio.

Ibidé.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ N. feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientiæ.

MVlierem fortem quis ĩueniet? Procul, & de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri ſui: & ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ. Quęſiuit lanam & linum: & operata eſt cõſilio manuum ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditque prędã domeſticis ſuis: & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum, & emit eum: de fructu manuum ſuarum plãtauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: & roborauit brãchium ſuum. Guſtauit & vidit, quia bona eſt negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuã aperuit inopi: & palmas ſuas extẽdit ad pauperẽ. Non timebit domui ſuæ a frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatã veſtẽ fecit ſibi, byſſus & purpura indumẽtũ eius. Nobilis in portis vir eius, qñ ſederit cũ ſenatoribus terræ: Sindonẽ fecit & vẽdidit, & cingulũ tradidit Chãnan ęo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo. Os ſuũ aperuit ſapientiæ: & lex clementię in lingua eius. Cõſiderauit ſemitas dom⁹ ſuę: & panem otioſa nõn comedit. Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt; vir eius, & laudauit eam. Multæ filiæ congregauerũt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timẽs dominum, ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarũ: & laudent eam in portis opera eius. Grad. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum. ℣. Propter veritatem, & manſuetudinẽ, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, Alleluia, allſa. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna, alleluia.

pro 31.

ps. 44. Ibi dé.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

ibi dé.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam quam tibi dominus pręparauit in ęternum. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna. Euangelium. Simile eſt regnũ cælorũ theſauro abſcondito in agro. vt ſupra. fol. 264.

ibi dé.

Psa. 44.

Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum, & in sæculum sæculi. Secr.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum, quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominũ. Communio.

Psa. 44.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuꝰ oleo lętitię prę cõsortibꝰ tuis. Postcõ.

Satiasti, domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumꝰ, semper interuẽtione nos refoue, cuiꝰ solemnia celebramus. Per dominũ.

¶Item alia epistola, pro vidua.

Lcõ epl'æ beati Pauli apl'i ad Timot.

1. c. 5.



Charissime. Viduas honora: quæ vere viduę sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptũ est coram deo. Quæ autem vere vidua est & desolata: speret in deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte & die. Nam quæ in delicijs est: viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vniꝰ viri vxor, in operibus bonis testimonium habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit: si omne opus bonum subsecuta est.

IN ANNIVERSARIO Dedicationis ecclesię. Intr. 2.

Gẽ. 28.



Terribilis est locus iste: hic domus dei est, & porta cæli: & vocabitur aula dei. Psalm. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Ps. 83.

Deus, qui nobis per singulos annos, huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repręsentas incolumes: exaudi preces populi tui, & præsta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per dominum nostrum.

Lcõ libri Apocalypsis b. Ioan. apost.

ca. 21.

In diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalẽ nouam descendentem de cælo, a deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus oẽm lachrymam ab oculis eorum: &

mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Graduale.

Locus iste a deo factus est, inæstimabile sacramentum, irreprehensibilis est. ℣. Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo, alleluia.

Ps. 137.

¶Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens ℣. Bene fundata est domus domini, super firmam petram, alleluia.

Math. 7.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps. 124

Qui confidunt in domino, sicut mõs Sion, non commouebitur in ęternum, qui habitat in Hierusalem. ℣. Mõtes in circuitu eiꝰ, & dominus in circuitu populi sui, ex hoc nũc & vsque in sclm.

Sequentia sancti euang. sm Lucam.

ca. 19.

In illo tempore: Ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir noĩe Zacchęus: & hic erat princeps Publicanorũ, & ipse diues. Et quęrebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorũ vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum. Zachęe, festinans descẽde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinãs descendit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent oẽs, murmurabant, dicentes quod ad hominẽ peccatorẽ diuertisset. Stans autem Zacchęus dixit ad Iesum. Ecce dimidium bonorum meorum dñe do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse sit filiꝰ Abrahę. Venit enim filius hominis qrere & saluum facere quod perierat.

1. Par. 19.

Offertorium. Domine deus in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa: & populum tuum qui repertus est vidi cum ingenti gaudio: deus Israel custodi hanc voluntatem, domine Deus. Secreta.

Annue, quæsumus domine, precibus nostris: vt quicunque intra templi huius, cuius anniuersarium dedicationis diem celebramꝰ, ambitum continemur: plena tibi atque perfecta corporis, & animę deuotione placeamus: vt dum hæc vota præsentia reddimus, ad æterna præmia te adiuuante peruenire mereamur. Per dñm nostrum. Cõmu.

Isa. 56. Math. 21.

Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit dominus, in ea omnis qui petit accipit: & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Postcommunio.

Deus, qui de viuis & electis lapidibus æternũ maiestati tuæ pparas habitaculũ: auxiliare populo tuo supplicãti: vt quod eccl'ię tuæ pficit corporalibus spatijs, spũalibus amplificetur augmentis. Per dñm.

Infra octa. Dedic. & in die octaua dicitur missa, vt supra in anniuersario Dedic. sed infra octa. secunda oratio dicitur de sancta Maria tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa.

¶ In ipsa die dedicationis Ecclesiæ missa dicitur vt supra in anniuersario dedicationis, exceptis orationibus, quæ dicuntur vt sequitur. Oro.

DEus, qui inuisibiliter omnia contines, & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentiæ visibiliter ostendis: templum hoc potentia tuæ inhabitationis illustra: & concede, vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuæ beneficia consequatur. Per dominum nostrum. Secreta.

DEus, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde super hanc orationis domum benedictionem tuam: vt ab omnibus in ea inuocantibus nomen tuum, defensionis tuæ sentiatur auxilium. Per dominum. Postcommunio.

QVæsumus, omnipotens deus: vt in hoc loco, quem nomini tuo indigni dedicauimus, cūctis petentibus aures tuæ pietatis accōmodes. Per dominum nostrum.

¶ In ipsa die dedicationis altaris totū officiū agitur vt supra in anniuersario dedicationis Ecclesię p̄ter orōnes, loco quarū dn̄r sequētes. Oro.

DEus, qui ex omni coaptatione sanctorum, æternum tibi condis habitaculum: da ædificationi tuę incrementa cęlestia: vt quorum hic reliquias pio amore complectimur eorum semper meritis adiuuemur. Per dominum nostrum. Secreta.

OMnipotens sempiterne deus, altare hoc nomini tuo ædificatum cęlestis virtutis benedictione sanctifica, & omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende: vt & hic sacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per dom. Postcommunio.

QVæsumus omnipotens deus: vt in hoc loco nomini tuo dedicato cunctis petentibus aures tuæ pietatis accommodes. Per dominum nostrum.

¶ Sequentes missæ votiuæ, licet pro sacerdotis deuotione quacūque die dici possint per hebdomadam quando festum duplex non occurrit, (Quod tamen passim, nisi rationabili de causa fieri nō debet, sed quoad fieri potest, missa cum officio conueniat) cuique tamen diei propria missa potest assignari, vt feria ij.) nisi dicatur pro defunctis) Missa de Trinitate. Feria iij. de Angelis. Feria iiij. de Apostolis. Feria v. de Spiritu sancto. Feria vj. de Cruce. Sabbatho de sancta Maria. In ipsis non dicitur, Gloria in excelsis deo, nec Credo. nisi pro publica ecclesiæ causa. In missa autem beatæ Marię, & in missa Angelorum dicitur tantum, Gloria in excelsis deo.

MISSA DE SANCTA Trinitate. Introitus. 8.



Tobi. 12. BEnedicta sit sancta Trinitas, atq; indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiā suam. Psalm. ps. 8. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei, æternę Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatē: q̄sumus: vt eiusdē fidei firmitate, ab omnib⁹ sēp muniamur aduersis. Per dn̄m.

Lcō ep̄lę beati Pauli ap̄l ad Corint. ca. 13.

FRatres Gaudete, perfecti estote, exhortamini, idē sapite, pacē habete, & de⁹ pacis & dilectionis erit vobiscū. Gratia domini nr̄i Iesu Christi & charitas dei, & cōmunicatio sancti spirit⁹ sit cum omnibus vobis. Amen. Grad.

Dan. 3. Benedictus es dn̄e, q intueris abyssos, & sedes super Cherubim. ℣. Benedictus es dn̄e in firmamento cęli, & laudabilis in sęcula. Alleluia alleluia. ℣. Benedictus es domine deus pr̄um nostrorum, & laudabilis in sęcula, all'a.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, vsque ad primum All'a. & additur alius versus vt seqtur. ℣. Bn̄dicam⁹ patrem, & filiū cū sc̄tō sp̄ū all'a.

Post Septuagesimam. Tractus.

Te deum patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritum sanctum paraclitum, sanctam & indiuiduam Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. ℣. Quoniā magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus solus. ℣. Tibi laus, tibi gloria: tibi gratiarum actio, in sempiterna sęcula, o beata Trinitas.

Sequentia sc̄ti euang. s̄m Ioannem. ca. 15. & 16.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis, Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis. Offertorium.

Benedictus sit deus pater, vnigenitusque dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

SAnctifica, quæſumus domine deus noſter, per tui ſancti nominis inuocationem, huius oblationis hoſtiam, & per eam noſmetipſos tibi perfice munus æternum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Præfatio de ſancta Trinitate.

Qui cum vnigenito. fol. 124. Cõm.

To bi. 12.

Benedicimus deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei: q̃a fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.

Poſtcommunio.

PRoficiat nobis ad ſalutem corporis & animæ, domine deus noſter, huius ſacramenti ſuſceptio: & ſempiternæ ſanctę Trinitatis, eiuſdemque indiuiduæ vnitatis confeſſio. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶Tempore paſchali in fine Introitus dicuntur duo Alleluia, & in fine Offertorij, & Communionis: tam in ſuperiori, quam in ſequentibus miſſis vbi nõ habetur, additur, Alleluia.

¶Pro gratiarum actione dicitur miſſa de S. Trinitate, vel de Spiritu ſancto, vel de S. Maria additis ſequentibus orationibus. Oratio.

DEus, cuius miſericordię nõ eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus, piiſſimæ maieſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes: vt qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerẽs, ad pręmia futura diſponas. Per dominum noſtrum. Secreta.

ODorem dñe ſacrificij huius cũ gratiarum actionibus ſuſcipe ſuauitatis, & pręſta: vt quos exaudire, & incolumes ſeruare dignatus es: ab oĩ poſterũ aduerſitate cuſtodias: & in tuo ſeruitio, & amore concreſcant. Per dominum nr̃m. Poſtcõm.

DEus, qui neminem in te ſperãtẽ, nimiũ affligi permittis, ſed pium precibus pręſtas auditũ: ꝑ poſtulationibus nr̃is, votiſq́; ſuſceptis gratias agimus, te piiſſime deprecãtes: vt ꝑ hęc, quæ ſumpſim⁹, a cũctis eripi mereamur aduerſis. Per dñm.

MISSA DE ANGELIS.

Introitus. 3.

ps. 102



Enedicite Dñm omnes angeli ei⁹, potentes virtute: qui facitis verbũ eius adaudiendã vocẽ ſermonum eius. Pſal. Benedic anima mea dño, & oĩa quæ intra me ſunt nomini ſãcto eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Ibidẽ.

DEus, qui miro ordine angelorũ miniſteria, hoĩumque diſpẽſas: cõcede propitius, vt quibus tibi miniſtrãtibus, ĩ cęlo ſemꝑ aſſiſtitur, ab his ĩ terra vita noſtra muniatur. Per.

Lectio libri Apocalyp. b. Ioã. apoſt.

c. 5.



N diebus illis. Audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni & animalium & ſeniorum: & erat numer⁹ eorum millia milliũ, dicentiũ voce ma-

gna. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatẽ, & ſapientiã, & fortitudinẽ, & honorẽ, & gloriam, & benedictionem. Et oẽm creaturam quæ in cęlo eſt, & ſuper terrã, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo, oẽs audiui dicentes: Sedẽti ĩ throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria & poteſtas ĩ ſcl'a ſcl'orum. Et quatuor aĩalia dicebãt. Amen. Et vigintiquatuor ſeniores ceciderũt in facies ſuas: & adorauerũt viuẽtẽ ĩ ſęcula ſęculorũ. Grad.

pſa. 148

Laudate dñm de cęlis, laudate eum in excelſis. ℣. Laudate eũ omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes ei⁹.

pſa. 187

Alleluia, alleluia. ℣. In conſpectu angelorũ pſallã tibi, adorabo ad templũ ſanctũ tuũ, & cõfitebor noĩ tuo, all'a.

Math. 28.

¶Tempore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Angelus dñi deſcendit de cęlo, & accedẽs reuoluit lapidẽ, & ſedebat ſuper eum, all'a.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

pſa. 102

Benedicite dñm omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbũ ei⁹. ℣. Benedicite dño oẽs virtutes eius: miniſtri eius qui facitis voluntatem eius. ℣. Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

Ibidẽ. Ibidẽ.

Sequentia ſcti euang. ſm̃ Ioannem.

c. 1.

IN illo tempore: Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe: & dicit de eo. Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael. Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Priuſquã te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpõdit ei Nathanael, & ait. Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Iſrael. Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis, videbitis cęlum apertum, & angelos dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra filium hominis. Offertorium.

Apoc. 8.

Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu ſua: & data ſunt ei incenſa multa: & aſcendit fumus aromatum de manu angeli in conſpectu dei. Secreta.

HOſtias tibi domine laudis offerimus, ſuppliciter deprecãtes: vt eaſdem angelico pro nobis interueniente ſuffragio, & placatus accipias, & ad ſalutem noſtram prouenire concedas. Per dominum noſtrũ.

Communio. Angeli, Archangeli, Principatus & Poteſtates, Virtutes cęlorum, Dominationes, & Throni, Cherubim atque Seraphim, dominum benedicite in ęternum. Poſtcõmunio.

REpleti, domine, benedictione cęleſti, ſuppliciter imploramus: vt quod fragili celebramus officio, ſanctorum angelorum atque archangelorum nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶Alia Miſſa votiua de Sancto Michaele Archangelo, prout in eius dedicatione, menſe Septemb fol. 240.

MISSA VOTIVA DE SANctis apostolis Petro & Paulo.

Introitus. 2.



psa. 138 — Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Psal. ibidẽ. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctib⁹, ne mergeretur erexit, & coapostolũ ei⁹ Paulũ tertio naufragãtẽ de ꝓfundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpitius, & concede: vt amborũ meritis, ęternitatis gl'iã consequamur. Qui viuis.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 5. — In diebus illis. Per manus Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cæterorũ aũt nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos popul⁹. Magis aũt augebatur credentium in domino multitudo virorũ ac mulierũ: ita vt in plateas eijcerẽt infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis: vt veniẽte Petro, saltẽ vmbra illi⁹ obũbraret quemquã illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Cõcurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hierusalem, afferentes ęgros & vexatos a spiritib⁹ immũdis qui curabantur omnes. Graduale.

ps. 44. — Constitues eos principes super oẽm terram: memores erũt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebunt tibi. Alleluia. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum, alleluia. psa. 128

Post Septuagesimam. Tractus.

psa. 125 — Qui seminant in lachrymis, in gaudio metẽt. ℣. Eũtes ibãt & flebãt mittẽtes semina sua. ℣. Veniẽtes aũt veniẽt cũ exultatione portãtes manipulos suos.

Sequẽtia sancti euang. ſm Matthęũ.

ca. 19. — In illo tempore: Dixit Simõ Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cũ sederit filius hoĩs in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et oĩs, ꝗ reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitã æternam possidebit. Offertorium.

psa. 18. — In oẽm terram exiuit son⁹ eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum. Secre

Offerimus tibi domine preces & munera: quæ, vt tuo

sint

sint digna conspectu, apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per dominum.

Præfatio de Apostolis. Communio.

ma. 19. — Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

Protege domine populum tuũ: & apostolorum tuorũ Petri, & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per dominum nostrum.

Tempore paschali dicitur Missa, vt in festo sancti Marci, præter Orationem, Epistolam, & Euangelium, quæ dicuntur, vt supra.

¶ Missa de Spiritu sancto. Introit. 8.



sap. 1. — Spirit⁹ domini repleuit orbem terrarũ, & hoc quod cõtinet oĩa, sciẽtiam hẽt vocis. ps. psal 67. Exurgat de⁹, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui corda fideliũ, sãcti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per dñm in vnitate eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 8. — In diebus illis. Cũ audissent apostoli, qui erãt Hierosolymis, quia recepit Samaria verbũ dei: miserũt ad eos Petrũ & Ioãnẽ. Qui cũ venissẽt, orauerũt pro ipsis, vt acciperẽt spũm sanctũ. Nondũ enim ĩ quenquã illorũ venerat: sed baptizati tantũ erant in noĩe dñi Iesu. Tũc imponebãt manus super illos, & accipiebãt spiritũ sanctũ. Grad. Beata gẽs, cuius est dñs de⁹ eorum: populus quẽ elegit dñs in hæreditatẽ sibi. ℣. Verbo dñi cæli firmati sunt, & spiritu oris eius oĩs virtus eorũ. Alleluia, alleluia. ℣. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignẽ accẽde, allá. ps. 32. — Hic genuflectitur

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens. ℣. Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ, alleluia. psa. 103

Post Septuagesimam, Tractus.

ibidẽ. — Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciẽ terrę. ℣. O quã bonus & suauis est, domine, spiritus tuus in nobis. ℣. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia scti euang. ſm Ioannem.

ca. 14. — In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem, spiritus

san

sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa, & suggeret vobis oīa quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacē meā do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrū, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, qa vado ad patrē: qa pr̄ maior me ē. Et nūc dixi vobis priusquā fiat: vt cū factū fuerit, credatis. Iā nō multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mūdi huius, & in me nō habet q̄cquā. Sed, vt cognoscat mūdus q̄a diligo patrē: & sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio. Offertorium. ps. 67. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera. Secreta.

Munera, quæsumus, domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emūda. Per dominum. in vnitate eiusdē. Præfatio. Qui ascendens super omnes cœlos. Communio. act. 2. Factus est repente de cęlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia dei. Postcommunio.

Sancti spiritus, quæsumus domine, corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fæcundet. Per dominum nostrum in vnitate eiusdem spiritus sancti deus.

¶Ad postulandum gratiam Spiritus sancti, dicitur missa vt supra cum sequentibus orationibus. Oratio.



Deus, cui omne cor patet, & oīs volūtas loquitur, & quē nullum latet secretū: purifica per infusionē sancti spiritus cogitationes cordis nr̄i: vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur. Per. in vnitate. Secreta.

Hæc oblatio, quæsumus domine, cordis nostri maculas emūdet: vt sancti spiritus digna efficiatur habitatio. Per. in vnitate. Postcom.

Concede, quæsumus oīpotens deus, sanctum nos spiritum votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, & ab oībus liberemur tētationibus, & peccatorū nr̄orum indulgētiā mereamur accipere. Per. ī vnitate.

¶Potest etiam in hac quinta feria dici missa votiua de sanctissimo Sacramento, quæ habetur in eius festo.

¶Missa de sancta Cruce. Introit. 4.



Nos autē gloriari oportet ī cruce dn̄i nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nr̄a: per quem saluati, & liberati sumus. Ga. 6. ps. 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis:

nobis: illuminet vultum suū sup̄ nos: & misereat̄ nr̄i. ℣. Glia pr̄i. Oratio.

Deus, qui vnigeniti filij tui p̄tioso sanguine, viuificæ crucis vexillū sanctificare voluisti: concede, quæsumus, eos, qui eiusdē sanctę crucis gaudent honore, tua quoque vbique p̄tectione gaudere. Per eūdem. Lcō eplæ bti Pauli apost. ad Philip. c. 2.

Fratres. Christus factus est pro nobis obediēs vsq; ad mortē: mortem aūt crucis. Propter quod & deus exaltauit illū: & donauit illi nomē quod est sup̄ oē nomen: vt in nomine Iesu omne Hic genuflectitur genuflectatur cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Graduale. Philip. 2.

Christus factus est pro nobis obediēs vsque ad mortem: mortem autem crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Alleluia, all'a. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, & dn̄m, all'a.

¶Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens. ℣. psal 95. Dicite in gentibus, quia dominus regnauit a ligno, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Adoramus te Christe, & benedicimus tibi: quia p̄ crucem tuā redemisti mundum. ℣. Tuam crucem adoram⁹ dn̄e, tuam gloriosam recolimus passionem: miserere nostri, qui passus es pro nobis. ℣. O crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare regem cælorum & dominum.

Sequentia sc̄ti euange. s̄m Matthęi. ca. 20.

In illo tēpore: Assumpsit Iesus duodecī discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce, ascendimus Hierosolymam. & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellādum, & crucifigendum: & tertia die resurget. Offertorium.

Protege domine plebem tuam per signum sanctæ crucis ab omnibus insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. Secreta.

Hæc oblatio, quæsumus domine ab omnibus nos purget offensis: quæ in ara crucis immolata, etiam totius mundi tulit offensam. Per dominum nostrum.

Præfatio. Qui salutem humani generis in ligno crucis cōstituisti. fol. 129. Communio. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos de⁹ noster.

Postcommunio.

Adesto nobis domine deus noster: & quos sanctæ crucis lætari facis honore, eius quoque perpetuis defende subsidijs. Per dominū nostrum Iesum Christum filiū tuum, qui tecum viuit, & regnat.

¶ Tempore paschali, loco primæ orationis dicitur sequens. Oratio.

DEus, qui pro nobis filium tuũ crucis patibulũ subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gloriam cõsequamur. Per eundem dominum nostrum.

Et in fine Introi. ante psalmum dñr duo Alleluia: & in fine Offert. & cõmunion. additur Alleluia. vt sup. in propria rubrica dictum est.

¶ Alia Missa de Passione domini nostri Iesu Christi. Introitus.

Phi. 2.



HVmiliauit semetipsum dñs Iesus Christus vsque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis: ꝓpter quod & deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ, quod est sup oẽ nomẽ. Psalm. Misericordias dñi in æternũ cãtabo: ĩ generatione & gñationẽ. ℣. Gl. Oro.

ps. 88.

DOmine Iesu Christe, qui de cælis ad terrã de sinu patris descẽdisti, & sanguinem tuũ pretiosum in remissionẽ peccatorũ nostrorũ fudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexterã tuã audire mereamur, venite benedicti. Qui viuis.

Zachariæ prophetæ.

ca. 12. & 13.

HÆc dicit dñs. Effundã sup domũ Dauid, & sup oẽs habitãtes Hierusalẽ, spiritũ gratiæ, & miserationis: & aspicient in eũ quem confixerunt: & plangent eũ plãctu quasi sup vnigenitum, & dolebunt sup eũ, vt doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit plãctus magnus in Hierusalẽ: & dicetur. Quid sunt plagę istæ in medio manuũ tuarũ? Et dicet. His plagatus sum in domo eorũ qui diligebant me. Framea suscitare super pastorẽ meũ, & super virũ cohærentem mihi, dicit dñs exercituũ. Percute pastorem, & dispergentur oues. Ait dominus oĩpotens. Grad. Improperium expectauit cor meũ, & miseriã: & sustinui, qui simul mecũ cõtristaretur, & non fuit: consolantẽ me quæsiui, & non inueni. ℣. Dederũt in escã meã fel, & ĩ siti mea potauerũt me aceto. Alleluia, alleluia. ℣. A lła, ałła. ℣. Aue rex noster: tu solus nros es miseratus errores, patri obediens, ductus es ad crucifigendum: vt agnus mansuetus ad occisionem, alleluia.

psa. 68.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & dicitur sequens ℣. Tibi glia osanna: tibi triũphus & victoria: tibi summe laudis & honoris corona, Alł.

Post Septuagesimam. Tractus.

Isa. 53.

Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. ℣. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo, & humiliatum. ℣. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra. ℣. Disciplina pacis super eum: & liuore eius sanati sumus.

ibi dẽ. ibi dẽ. ibi dẽ.

Sequẽtia sancti Euang. sm Ioannẽ.

ca. 19.

IN illo tempore: Sciẽs Iesus quia iam omnia cõsummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit. Sitio. Vas ergo positũ erat aceto plenũ. Illi aũt spõgiam aceto plenã, hyssopo circũponẽtes, obtulerunt ori eius. Cũ ergo accepisset Iesus acetũ, dixit. Cõsũmatũ est. Et inclinato capite tradidit spũm. Iudei ergo quoniam parasceue erat, vt nõ remanerent in cruce corpora sabbatho (erat enim magn⁹ dies ille sabbathi) rogauerũt Pilatũ, vt frãgerent eorũ crura, & tollerent. Venerunt ergo milites: & primi quidẽ fregerunt crura: & alterius, q̃ crucifixus est cũ eo. Ad Iesum aũt cũ venissẽt, vt viderũt eũ iã mortuũ nõ fregerũt ei⁹ crura, sed vnus militũ, lãcea latus ei⁹ aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et q̃ vidit, testimoniũ ꝑhibuit: & verũ est testimoniũ eius. Offerto. Insurrexerunt in me viri iniqui: absq; misericordia, quæsierunt me interficere: & non pepercerunt in faciem meã spuere: lanceis suis vulnerauerunt me, & concussa sunt ossa mea. Secreta.

OBlatũ tibi dñe sacrificiũ, intercedẽte vnigeniti filij tui passione, viuificet nos sẽp & muniat. Qui.

Præfatio de cruce. Communio.

psa. 21.

Foderũt man⁹ meas & pedes meos: dinumerauerũt oĩa ossa mea. Postcom.

DOmine Iesu Chre fili dei viui, qui hora sexta ꝓ redẽptione mũdi crucis patibulũ ascẽdisti, & sãguinẽ tuũ, ꝓtiosum ĩ remissionẽ peccatorũ nrorũ fudisti te hũiliter depcamur: vt post obitũ nrm, paradisi ianuas nos gaudẽtes introire cõcedas. Qui viu.

MISSA VOTIVA DE S. MARIA ab Aduẽtu vsque ad natiuitatem.



Introitus. I.

Isa. 45.

ROrate cęli desuper, & nubes pluãt iustũ: aperiat terra, & germinet saluatorẽ. ps. Bñdixisti dñe terram tuã: auertisti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria pri. Oratio.

ps. 84.

DEus, qui de beatę Mariæ virginis vtero, verbũ tuũ angelo nũciante carnẽ suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt, q̃ vere eã genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eun.

Lectio Isaiæ prophetæ.

c. 7.

IN dieb⁹ illis. Locut⁹ est dñs ad Achaz, dicẽs. Pete tibi signũ a dño deo tuo in ꝓfundum inferni, siue ĩ excelsũ supra. Et dixit Achaz. Nõ petã: & nõ tẽtabo do-

minū Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nūquid parum vobis [illegible]t molestos esse hominibus, qa molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signū. Ecce, virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, Butyrū & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonū. Grad.

Psa. 23. T ollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ. ℣. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mūdo c[illegible] lleluia, alleluia. ℣. Aue Mari[illegible]tia plena, dominus tecum: benedi[illegible] in mulieribus, alleluia.

Sequentia sancti euang. sm Lucam.

Lu. 1. c. 1. I N illo tpe: Missus est angelus Gabriel a deo in ciuita[te]m Galilęę, cui nomē Nazareth, ad virginem desponsatā viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus, ad eā dixit. Aue gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone e[ius], & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enī gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedē Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni eius nō erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum nō cognosco? Et respōdens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa cōcepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi quę vocatur sterilis: qa non erit impossibile apud deum omnē verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Offertorium.

Lu. 1. A ue Maria, gratia plena, dominus tecū: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

I N mentibus nostris, quęsumus domine, veræ fidei sacramēta confirma: vt, qui conceptum de virgine, deum verum & hominē cōfitemur, per eiusdem salutiferę resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiam. Per eundem dominum. Præfatio. [E]t te in veneratione beatę Mariæ: quæ in sequētibus quoq; Missis de sctā Maria dr f. 125.

Isai. 7. Communio. E cce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcomm.

G Ratiā tuā, quæsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nūciante, Christi filij tui incarnationē cognouimus: per passionem eius & crucē ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundē dominum nostrum.

A NATIVITATE VSQVE ad purificationem. Introitus. 2.



Psa. 44. V ltum tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eā: proximę eius adducētur tibi in lætitia & exultatione. ps.

Ibidē. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Oratio.

D Eus, qui salutis æternę beatæ Mariæ virginitate fęcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quam meruimus auctorem vitę suscipere dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & re.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Titum.

c. 3. C Arissime, Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei: nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secūdū suā misericordiā saluos nos fecit per lauacrū regenerationis, & renouationis spirit' sancti, quē effudit in nos abunde per Iesum Christū saluatorē nostrū: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus sm spē vitæ æternę. In Christo Iesu dño nr̃o. Grad.

Psa. 44. Speciosus forma prę filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Ibidē. Eructauit cor meū verbū bonū, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Gaude Maria virgo. vt in sequenti Missa.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c. 2. I N illo tēpore. Pastores loquebantur adinuicē. Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est: quod fecit dominus & ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt: & de his, quę dicta e[ra]nt a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificātes, & laudantes deum in omnibus quę audierant & viderant: sicut dictum est ad illos. Offertorium.

Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus deus noster. Secreta.

M Vneribus nostris, quæsumus domine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clemēter exaudi. Per d. Com.

Be[illegible]a viscera Mariæ virginis,quę portauerunt æterni patris filium.

Postcommunio.

Haec nos communio dñe purget a crimine: & intercedente beata dei genitrice Maria: cęlestis remedij faciat esse consortes. Per do.

A PVRIFICATIONE vsque ad Pascha. Introitus. 2.

Sedulius



Alue sācta Parēs, enixa puerpera regem, qui cęlū, terramque regit in sęcula scłorū. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

psa. 44.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, dñe deus, perpetua mētis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, & ęterna perfrui lętitia. Per do.

Lectio libri Sapientiæ.

Ecclę. 44.

Ab initio & ante sęcula creata sum: & vsque ad futurum sęculū nō desinam: & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & ī partes dei mei hęreditas illi⁹: & in plenitudine sanctorum detentio mea. Gradua. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quē totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alla, alla. ℣. Virga Iesse floruit: virgo Deum, & hoīem genuit, pacē de⁹ reddidit: in se recōciliāsima sūmis all. Post lxx. Tra. Gaude Maria virgo, cunctas hęreses sola interemisti. ℣. Quę Gabrielis archangeli dictis credidisti. ℣. Dum virgo deum & hominem genuisti: & post partum virgo inuiolata permāsisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Nu me. 17.

Sequentia sancti euang. sm Lucam.

Lu. 11.

In illo tempore: Loquente Iesu ad turbas. Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Offertorium. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus deus noster. Secreta.

Tva domine propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pacem. Per dominum nostrum Iesum Christū. Communio. Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium. Postcommunio.

Svmptis domine salutis nostræ subsidijs, da, quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs

nos vbique protegi, in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maiestati. Per dñm nostrum Iesum Christum.

A PASCHA VSQVE AD Pentecostem. Introitus. 2.

Sedulius.



Alue sācta parēs, enixa puerpera regem: qui cęlum, terramque regit in sęcula sęculorum, alleluia. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio & spūi san. Oratio.

ps. 44.

Concede nos famulos tuos, q̄s domine deus, perpetua mētis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, & eterna perfrui lætitia. Per do.

Lectio libri Sapientiæ.

eccle. 24.

Ab initio & ante sęcula creata sum: & vsq; ad futurum sęculum non desinam: & in habitatione sancta, corā ipso ministraui. Et sic in Siō firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hęreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea. Alleluia, alleluia. ℣. Virga Iesse floruit: virgo deum & hominem genuit: pacem deus reddidit: in se reconcilians ima summis. Alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena, dominus tecū: benedicta tu in mulieribus, alla.

Nu me. 17.

Lu. 1.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem

cap. 19.




In illo tpe: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Cū vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suę. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Offertorium. Beata es virgo Maria, quæ omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo, alleluia. Secreta.

Tva domine participatione, & beatę Marię sēper virginis intercessione: ad perpetuam atque prę sentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per dñm. Communio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerūt ęterni patris filium, alleluia. Postcomm.

Svmptis domine salutis nostrę subsidijs: da, q̄sumus, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbique protegi, in cuius veneratione; hęc tuę obtulimus maiestati. p d.

A Pent. vsq; ad Aduētū Introitus. 2.

Sedulius.



Alue sancta parens, enixa puerpera regē: qui cęlum, terramq; regit in sęcula sęculorū. Psalm. Eru

ps. 44.

ctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

C Oncede nos famulos tuos, q̃s, domine deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per dñm nostrũ Iesũ Christum filiũ tuũ.

Lectio libri Sapientiæ.

ecc. 24.

A B initio, & ante sc̃la creata sum: & vsq; ad futurũ seculũ nõ desinã: & inhabitatione sancta corã ipso ministraui: Et sic in Siõ firmata sũ: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius: & in plenitudine sãctorũ detẽtio mea. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus nõ capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 11.

I N illo tempore. Loquente Iesu ad turbas, extollẽs vocẽ quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quin immo beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Offert. Aue Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Lu. 1.

Secreta.

T V a domine propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pacem. Per dominum nostrum. Communio. Beata viscera Mariæ virginis, q̃ portauerunt ęterni patris filium. Postcom.

S Vmptis dñe salutis nostræ subsidijs, da, quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecũ viuit & regnat.

ALIÆ MISSÆ VOTIVÆ pro diuersis quacũq; die dicẽdæ, nisi fuerit Dñica, vel offm̃ duplex, q̃ tamẽ passim nõ dicant, nisi vrgẽti de causa vt sup. dictũ est de alijs missis votiuis.

¶ Missa pro quacunque necessitate. Introitus. 1.



Alus populi ego sum, dicit dñs: de quacunq; tribulatiõe clamauerint ad me, exaudiam eos, & ero illorũ dñs in perpetuũ. ps. Attẽdite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. ℣. Glia patri. Or o

psa. 77.

Ineffa-

I Neffabilem misericordiam tuam domine nobis clementer ostẽde: vt simul nos & a peccatis omnibus exuas, & a pęnis quas pro his meremur, eripias. Per dominũ nostrum.

Lectio Hieremiæ prophetę.

ca. 14.

S I iniquitates nrę contẽderint cõtra nos: dñe fac propter nomẽ tuũ: qm̃ multę sũt auersiones nrę. Tibi peccauim⁹, expectatio Israel, saluator eius in tẽpore tribulationis. Tu autẽ in nobis es domine, & nomen tuum inuocatũ est super nos: ne derelinquas nos, domine deus noster. Gradua. Liberasti nos domine ex affligẽtibus nos: & eos qui nos oderunt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, & nomini tuo confitebimur in sæcula. Alleluia, alleluia. ℣. Propitius esto domine peccatis nostris: ne quãdo dicant gentes, vbi est deus eorum? allá.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens. ℣. Exultabo, & lætabor in misericordia tua: qm̃ respexisti humilitatem meã: saluasti de necessitatibus animam meã, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus. De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meã, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animã meã: deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

ca. 11



N illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Habete fidem dei. Amen dico vobis quia quicunque dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare, & nõ hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunq; dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Offert. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: & super irã inimicorum meorum extẽdes manũ tuã, & saluum me fecit dextera tua. Secr.

psal 137

P Vrificet nos dñe q̃s muneris prę sentis oblatio: & dignos sacra participatione pficiat. Per d. Cõm. Memẽto verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hęc me cõsolata est in humilitate mea. Postcom.

psal 118.

P Ræsta quęsumus domine: vt terrenis affectibus expiati, ad superni plenitudinẽ sacramẽti, cuius libauimus sãcta, tẽdamus. Per dominũ.

MISSA PRO PECCATIS. Introitus. 3.



Isereris omnium dñe, & nihil odisti eorũ q̃ fecisti, dissimulãs peccata hominũ propter pœnitẽtiã, & parcẽs illis, q̃a tu es dñs deus noster. ps. Miserere mei deus, miserere mei: qm̃ in

sap. 11.

psa. 56.

te confidit anima mea. ℣. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Oratio.

Exaudi, quęsumus domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem. Per dominum nostrũ Iesum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

c. 7. Fratres: Condelector legi dei secundum interiorem hominẽ. Video autẽ aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę: & captiuãtem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Graduale.

ps. 78. Propitius esto domine peccatis nostris, ne quando dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui dñe libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iudex iustus, fortis, & patiens: nunquid irascetur per singulos dies, alleluia.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens. ℣. psa. 50. Auditui meo dabis gaudium & lętitiam, & exultabunt ossa humiliata, alleluia.

Post Septuagesimam: Tractus.

psa. 129. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. ℣. Fiãt aures tuę intendentes in orationẽ serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 11. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nũquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid serpẽtem pro pisce dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quãto magis pater vester de cęlo, dabit spiritũ bonũ petẽtibus se?

psa. 101. Offertorium. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat. Secreta.

Hostias tibi domine placationis, & laudis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Communio.

Lu. 11. Petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur, alleluia. Postcomm.

Præsta nobis æterne saluator: vt percipientes hoc munere, veniã peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ. Qui tecũ viuit, & regnat in vnitate.

MISSA PRO ELIGENDO summo Pontifice sede vacante dicitur de Spiritu sancto vel vt sequitur.



Introitus.

1. Regũ. 2. Suscitabo mihi sacerdotẽ fidelem, qui iuxta cor meum & aĩam meam faciet, & ędificabo ei domum fidelẽ, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. psal. ps. 131 Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Glo. Oro.

Supplici domine humilitate deposcimus: vt sacrosãctæ Romanæ ecclesiæ concedat pontificem illũ tua immensa pietas: qui & pio in nos studio sẽper tibi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assiduę ad gloriã tui noĩs reuerẽdus. p.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

c. 4. 25. Fratres: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius: vt misericordiam cõsequamur, & gratiã ĩueniamus in auxilio opportuno. Omnis nanq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in his q̃ sunt ad deũ: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant & errãt: quoniam & ipse circũdatus est infirmitate: & ꝓpterea debet, queadmodũ & pro populo, ita & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorẽ: sed qui vocatur a deo tanquã Aaron. Sic & Christus nõ semet ipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eũ. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Queadmodũ & ĩ alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternum, sm ordinem Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad eũ, qui possit eũ saluũ facere a morte, cũ clamore ualido, & lachrymis offerẽs, exauditus est pro sui reuerentia. Graduale.

Pontifex sacerdos magnus, inter fratres suos, sup cuius caput fusum est vnctionis oleũ, & cuius man⁹ in sacerdotio consecratę sunt, vestitusq; est sanctis vestibus: debuit per omnia fratribus similari. ℣. Vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deũ, vt repropitiaret debita populi. Alleluia, alleluia.

Leu. 21. ℣. Sacerdos sit sanctus, sicut ego sum dominus, qui sanctifico vos, alleluia.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens. ℣. Ioã. 10. Ego sũ pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meę, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

psal 131

Surge domine in requiem tuā tu, & arca sanctificationis tuę. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultabunt. ℣. Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui.

Sequentia sancti euang. s͠m Ioannē.

c.14

IN illo tempore. Dixit Ies⁹ discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus nō potest accipere, quia non videt eum, nec scit eū. Vos autē cognoscetis eū: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mūdus iā me non videt. Vos autem videbitis me: quia ego viuo, & vos viuetis.

Offert. Non participentur sancta, donec exurgat pontifex in ostensione, & veritate.

Secreta.

TVæ nobis domine abundantia pietatis indulgeat: vt per sacra munera quę tibi reuerēter offerimus gratum maiestati tuæ pontificem sanctæ matris ecclesiæ regimini pesse gaudeamus. Per dn̄m. Communio. Veste scā vtetur pōtifex, q̄ fuerit cōstitut⁹, & q̄ ingredietr tabernaculū testimonij, vt ministret in sāctuario. Postc.

PRetiosi corporis, & sāguinis tui nos dn̄e sacramento refectos mirifica tuæ gratia maiestatis de illius summi pontificis concessione lætificet: qui & plebem tuā virtutibus instruat, & fidelium mentes spiritualiū aromatū odore pfundat. Qui viuis.

¶ In die creationis & coronationis Papæ, & eiusdem diei anniuersario, dicitur missa vt in Cathedra beati Petri. fo. 193 cum oratione Deus omnium fidelium. fol. 50. omissis orationibus Sanctorū Petri & Pauli. ¶ In anniuersario creationis Epi dr̄ sequens missa. Introitus. Sacerdotes tui de cōi conf. pont. fo. 259. omissa orōne festi, cuius loco dicitur oratio Deus omniū fideliū, sicut pro Papa, & vbi dr̄ ecclesiæ tuæ pesse voluisti. nominet ecclesiā cui pręest, dicens ecclesię, N. vel huic pręesse voluisti. Epistola dr̄ Omnis pontifex. de cōi confess. pont. f. 260. & Euang. Vide te, vigilate, orate. de eodē cōi f. 260.

MISSA AD TOLLENDVM Schisma vel pro quacunq; necessitate Ecclesię. Introit.

psa. 105

SAluos nos fac, dn̄e deus noster: & congrega nos de nationibus: vt cōfiteamr nomini sancto tuo, & gloriemur ī laude tua. ps. Confitemini dn̄o quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Ibidē.

DEus q̄ errata corrigis, & dispersa cōgregas, & cōgregata cōseruas: q̄s: super populū Christianū tuę vnionis grā̄ clemēter infunde: vt diuisiōe reiecta, vero pastori eccl̄ę tuę se vniēs, tibi digne valeat famulari. p.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios.

c.4.

FRatres. Obsecro vos, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cū omni humilitate & mansuetudine, cū patientia, supportantes inuicem in charitate: soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma. Vn⁹ deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuiq; autem nostrum data est gratia secundum mēsuram donationis Christi: donec occurramus omnes in vnitatē fidei & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni vēto doctrinæ in nequitia hominū, in astutia ad circunuētionem erroris. Veritatē autem faciētes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totū corpus cōpactū & connexū per omnem iūcturā subministrationis, s͠m operationem in mēsuram vniuscuiusq; membri, augmētum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Hoc igitur dico & testificor in dn̄o: vt iā nō ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratū habentes intellectum, alienati a vita dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cęcitatem cordis ipsorū. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię, in operationem immunditię omnis, in auaritiā. Vos aūt nō ita didicistis Christū: si tamē illū audistis, & in ipso edocti estis: sicut est veritas in Christo Iesu dn̄o nostro. Gradua.

psa. 121

ROgate quę ad pacem sunt Hierusalē & abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua, & abūdātia in turribus tuis. Alla, alla. ℣. Lauda Hierl͠m dn̄m lauda deum tuum Sion, alleluia.

psa. 147

¶ Tp̄e paschali Grad. omittit̄, & additur sequēs. ℣. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumēti satiat te, alla.

Post Septuagesimam Tractus.

psa. 75.

NOtus in Iudęa deus, in Israel magnū nomen eius. ℣. Et fact⁹ est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum.

Sequentia sancti euang. s͠m Ioannē.

ca. 17.

IN illo tp̄e. Subleuatis Iesus oculis in cęlū, dixit. Pater sācte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnū, sicut & nos. Cū essem cū eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis vt scriptura impleretur. Nunc aūt ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudiū meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: & mundus eos odio habuit, q̄a nō sunt de mūdo, sicut & ego nō sū de mūdo. Non rogo vt tollas eos

demundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut & ego nō sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tu⁹, veritas est. Sicut tu me misisti in mundū, ita & ego misi eos in mūdum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autē rogo tātum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mūdus quia tu me misisti. Et ego claritatē quā dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint cōsummati in vnum. Offert. Det vobis deus idipsum sapere in alterutrum: vt vnanimes vno ore honorificetis deum nostrum. Secreta.

Ro. 15.

MVnera hæc pro vnione populi Christiani tibi dn̄e oblata sanctifica: p q̄ vnitatis, & pacis in ecclēa tua nobis dona cōcede. p. Cōio. Vnus panis & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participāmus. Postcomm.

1. Corinth. 10.

HÆc tua dn̄e sūpta sacra cōio, sicut fideliū in te vnionē præsignat, sic in tua ecclesia vnitatis quæsumus operetur effectum. Per dn̄m.

MISSA CONTRA PAGANOS. Introitus.

psa. 43.

EXurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finē: quare faciē tuā auertis? obliuisceris tribulationem nostrā: adhęsit in terra venter noster: exurge domine adiuua nos, & libera nos. ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

Ibi dē.

OMnipotens sempiterne deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorū respice in auxilium Christianorum: vt gentes paganorum quæ in sua feritate confidunt, dexterę tuæ potentia conterantur. Per dn̄m. Epistola. In dieb⁹ illis. Orauit Mardochęus ad dominum dicēs. In feria quarta post secundam Dominicam xl. folio 48. Graduale. Sciant gētes, quoniam nomen tibi deus: tu solus altissimus sup omnē terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Alleluia, alleluia. ℣. Excita domine potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos, alleluia.

psa. 82.

psa. 79.

Tēpore paschali Graduale omittitur, & dicitur sequens. ℣. Deus virtutum conuertere, respice de cęlo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam quam plātauit dextera tua, allā.

Ibi dē.

Post Septuagesimam. Tractus. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. ℣. Ne forte dicant in gentibus, vbi est deus eorum? & innotescat coram oculis nostris. ℣. Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est, introeat in cōspectu tuo gemit⁹ compeditorum.

psa. 78.

Euangelium. Quis vestrum habebit amicum. vt in Rogationibus. fol. 150. Offertorium.

psal 17.

Populum humilem saluum facies, & oculos superborū humiliabis: quoniā quis deus præter te domine. Secreta.

SAcrificium domine quod immolamus intende: vt propugnatores tuos ab omni eruas paganorum nequitia, & in tuę protectionis securitate constituas. Per dn̄m. Commu. In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speraui: quando facies de persequentibus me iudicium? iniqui persecuti sunt me, adiuua me domine deus meus. Postcommunio.

psal 118

PRotector noster aspice deus, & propugnatores tuos a paganorum defende periculis: vt ab omnib⁹ perturbationibus semoti, liberis tibi mentibus seruiant. Per dominum.

MISSA TEMPORE BELLI. Introitus.

psa. 24.

REminiscere miserationū tuarū domine, & misericordie tuę quę a seculo sunt: ne vnquā dominētur nobis inimici nr̄i, libera nos deus Israel ex oībus angustijs nostris. ps. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deus meus in te cōfido, nō erubescā. ℣. Gloria. Oratio.

Ibidē.

DEus qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiā tuā, vt oīum inimicorū suorū feritate depressa, incessabili te gratiarū actione laudemus. Per do.

Lectio Hieremiæ prophetę.

ca. 42.

IN diebus illis. Accesserunt oēs principes bellatorum: dixerūtque ad Hieremiam prophetam. Ora pro nobis ad dominum deum tuum Et factum est verbum dn̄i ad Hieremiam. Vocauitq; Iohanan filium Caree, & oēs principes bellatorum, & vniuersum populū a minimo vsq; ad magnū. Et dixit ad eos. Hęc dicit dn̄s deus Israel, ad quē misistis me, vt prosternerē pces vestras in cōspectu eius. Si quiescētes māseritis in terra hac, ędificabo vos, & non destruā: plantabo, & nō euellā. Iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Nolite timere a facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis. Nolite metuere eū, dicit dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius. Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri: & habitare vos faciam in terra vestra. Dicit dominus omnipotens. Graduale. Tu es deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum: filios Israel & Ioseph. Alleluia allā. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: & ab insurgentibus in me libera me, alleluia.

psa. 76.

psa. 58.

Ibidē.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, & dicitur sequens ℣. Ego autē cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo mane misericordiā tuam, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

psa 102 Domine non secundum peccata nostra quæ fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras retribuas nobis. psa. 78. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Ibidē. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequētia sancti euang. sm Mattheū.

cap. 24. IN illo tempore. Accesserunt ad Iesum discipuli secreto, dicentes. Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signū aduentus tui, & consummationis sæculi? Et respondens Iesus, dixit illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes. Ego sum Christus: & multos seducent. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne cōturbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nōdū est finis. Consurget enim gens in gentē, & regnū in regnū, & erunt pestilētiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autē omnia, initia sūt dolorū. Offert. psa. 17. Populum humilē saluum facies domine, & oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus præter te domine? Secreta.

SAcrificiū dñe quod immolamus intēde placatus: vt ab oībus nos eruat bellorū nequitijs, & in tuę protectionis securitate cōstituat Per do. Communio. psa. 30. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas nos. Postcommunio.

DEus regnorū omniū, regūque dominator: qui nos & percutiendo sanas, & ignoscēdo cōseruas: prętende nobis misericordiā tuā: vt trāquillitate pacis, tua potestate fuata, ad remedia correctiōis vtamur. p.

MISSA PRO PACE.

Introitus.



DA pacem domine sustinētibus te, vt prophetę tui fideles inueniantur: exaudi pces serui tui, & plebis tuæ Israel. Ecc. 36. ps. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. psa. 121 ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus a quo sancta desideria, recta cōsilia; & iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mūdus dare nō potest pacē: vt & corda nostra mandatis tuis dedita: & hostium sublata formidine, tēpora sint tua protectione tranquilla. Per dominum no.

Lectio libri Machabęorum.

2.c. 1. IN diebus illis. Oratiōnē faciebāt sacerdotes, dū offerrēt sacrificiū ꝓ populo Israel: Ionatha inchoante, cęteris aūt respōdētibus, & dicētibus. Benefaciat vobis

vobis deus: & meminerit testamenti sui, quod ad Abrahā, Isaac, & Iacob locutus est seruorū suorū fidelium: & det vobis cor omnibus vt colatis eū, & faciatis eius voluntatē. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis: & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis: nec vos deserat in tēpore malo dominus deus vester. Graduale.

ps. 121 ROgate q̄ ad pacem sunt Hierusalem, & abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abūdantia in turribus tuis. psa 147 Alla, alla. ℣. Lauda Hierusalem dñm: lauda deū tuū Sion. Alla.

¶ Tpe paschali Gradu. omittitur, & dr̄ sequēs ℣. psa. 147 Qui posuit fines tuos pacē: & adipe frumēti satiat te, alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

psa. 75. NOtus in Iudæa deus: in Israel magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias: arcum, scutum, gladium, & bellum.

Sequētia sancti Euang. sm Ioannē.

ca. 20. IN illo tempore. Cum sero esset die illo, vna sabbathorū, & fores essētclausę vbi erāt discipuli cōgregati propter metum Iudæorū: venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit; & dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorū retinueritis, retēta sunt. Offe.

psal 134 LAudate dominū, quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suaue est: omnia quæcunque voluit: fecit in cęlo & in terra. Secreta.

DEus, qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus, dignare preces & hostias dicatę tibi plebis suscipere: vt pax a tua pietate concessa, christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per dominum nostrum. Communio.

Ioā. 14. PAcem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Postcommunio.

DEus auctor pacis & amator, quē nosse, viuere: cui seruire, regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: vt q in defensione tua confidimus, nulliꝰ hostilitatis arma timeamus. Per d.

MISSA PRO VITANDA mortalitate. Introitus.



REcordare dñe testamēti tui, & dic angelo percutiēti, cesset iā manus tua, & nō desoletᷣ terra & ne perdas oēm aīam viuentem. 2.re gū. 24. ps. Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouē Ioseph ℣. psal 79. Gloria pa. Oro.

DEus, q nō mortē, sed pęnitētiā desideras peccatorū: populū tuū ad te reuertentē propitiꝰ respice vt dū tibi deuotus existit, iracundiæ tuę flagella ab eo amoueas. Per do.

Lectio libri Regum.

2. re. 2.

IN diebus illis. Immisit dñs pestilentiã in Israel de mane vsque ad tempus constitutũ:& mortui sũt ex populo,a Dan vsq; Bersabee, septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam angelus domini super Hierusalẽ vt disperderet eam : misertus est dñs super afflictionẽ populi sui & ait angelo percutienti. Sufficit nũc. Cõtine manũ tuam. Erat autem angelus domini iuxta arcam Areuna Iebusęi. Dixitq; Dauid ad dñm: cum vidisset angelum cędẽtem populũ. Ego sum qui peccaui: ego, qui inique egi. Isti qui oues sunt,quid fecerũt? Vertatur obsecro manus tua contra me:& cõtra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei. Ascende, & constitue altare domino in area Areuna Iebusæi. Et ascendit Dauid, iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei dominus. Et propitiatus est dñs terræ,& cohibita est plaga ab Israel. Graduale.

psa. 106

Misit dñs verbum suum,& sanauit eos & eripuit eos de morte eorum. ℣. Cõfiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Alleluia,alleluia. ℣. Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam,alleluia.

psa. 68.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur,& dicitur sequens ℣. Saluabo populũ meũ Israel in die malo : & ero eis in deum,in veritate,& iustitia,alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

psa. 102

Dñe,non secundum peccata nostra,quæ fecimus nos:neq; secundum iniquitates nras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatum nrarum antiquarũ : cito anticipent nos misericordię tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr:& propter gloriã noĩs tui dñe libera nos,& propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ. Euãg. Surgẽs Iesus de synagoga introiuit in domũ Simonis. In fer. v. iij. Dominic. Quadr. fo. 54. Offert. Stetit põtifex inter mortuos & viuos,habẽs thuribulũ aureũ in manu sua, & offerẽs incẽsi sacrificium:placauit iram dei,& cessauit quassatio a domino. Secreta.

ps. 78. — ibidẽ. — Nume. 16.

Subueniat nobis dñe sacrificij præsentis oblatio: quæ nos & ab erroribus vniuersis potẽter absoluat, & a totius eripiat perditionis ĩcursu. Per. Cõmu. Multitudo languentium, & qui vexabantur a spiritibus immundis, veniebant ad eũ: quia virtus de illo exibat:& sanabat omnes: Postcommu.

Ioã. 5.

Exaudi nos deus salutaris noster: & populum tuum ab iracundię tuę terroribus liberũ, misericordiæ tuæ fac largitate securum. Per dñm.

Missa pro infirmis. Intr.



psa. 54.

Exaudi deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. Psal.

Ibidẽ.

Cõtristatus sum in exercitatione mea & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri,& filio,& spiritui sãcto. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus salus æterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referãt actiones. Per dominum nostrum.

Lectio epłæ beati Iacobi apostoli.

c. 5.

Fratres: Tristatur aliquis vestrum? oret. Æquo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ,& orent super eum, vngẽtes eum oleo in nomine dñi. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum dominus: & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicẽ vt saluemini. Graduale. Miserere mei domine,quoniam infirmus sum,sana me dñe. ℣. Conturbata sũt omnia ossa mea & anima mea turbata est valde. Alleluia, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat, alleluia.

psa. 6. — psa. 101.

Versus tempore paschali,& Tractus post Septuagesimam vt supra in missa tempore belli. 279. Euangeliũ.

Cum introisset Iesus Capharnaum. vt ĩ feria quinta post diẽ cinerũ. 33. Offert. Exaudi deus orationem meã, & ne despexeris deprecationem meã: intende in me,& exaudi me. Secreta.

psa. 54.

Deus, sub cuius nutibus vitę nostræ momenta decurrunt, suscipe preces & hostias famulorũ tuorũ, pro quibus ægrotantibus misericordiam tuam imploramus: vt de quorum periculo metuimus,de eorũ salute lętemur. Per dominum. Com. Illumina faciem tuam super seruũ tuũ,& saluum me fac in tua misericordia domine: non confundar,quoniam inuocaui te. Postcommunio.

psa. 30.

Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium: auxilij tui super infirmos famulos tuos ostẽde virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, ecclesiæ tuæ sanctę incolumes repræsentari mereantur. Per dominũ.

MISSA PRO SPONSO ET sponsa. Introitus.



Tobię 7.

Deus Israel coniungat vos: & ipse sit vobiscum,qui misertus est duobus vnicis: & nũc dñe fac eos plenius benedicere te. ps. Beati oẽs qui timẽt dñm qui ambulãt in vijs eius. ℣. Gloria. Oratio.

psa. 127

Deus, qui tã excellenti mysterio coniugalem copulam cõsecrasti, vt Christi & ecclæ sacramentum pręsignares in fœdere nuptiarũ, pręsta quæsumus: vt quod nro ministrat officio: tua benedictione potius impleatur. Per.

Lcõ epłæ bti Pauli apost. ad Ephesi.

c. 5.

Fratres: Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino: quoniam

vir caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & seipsũ tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã, nõ habentẽ maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debẽt diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suã vxorẽ diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc, relinquet homo patrẽ & matrẽ suã, & adhærebit vxori suæ. Et erũt duo in carne vna. Sacramẽtum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Veruntamẽ & vos singuli, vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autẽ timeat virum suum. Graduale. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. ℣. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensę tuę. Alleluia, all'a ℣. Mittat vobis dominus auxiliũ de sancto, & de Sion tueatur vos alleluia. (psa. 127)

¶ Tẽpore paschali Graduale omittitur, & additur sequens ℣. Benedicat vobis dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram, alleluia. (Ibidẽ.)

Post Septuagesimam, Tractus.

Ecce sic benedicetur omnis homo qui timet dominum. ℣. Benedicat tibi dominus ex Sion: & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitę tuę. ℣. Et videas filios filiorum tuorum: pax super Israel. (psa. 127)

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

In illo tempore: Accesserunt ad Iesum pharisei tẽtantes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suã quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis. Non legistis, quia qui fecit hominẽ ab initio, masculum & fęminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc, relinquet homo patrem, & matrem, & adhęrebit vxori suæ: & erũt duo in carne vna. Itaq; iam non sũt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo nõ separet. Offer. In te speraui domine, dixi tu es deus meus: in manib⁹ tuis tpa mea. Sec. (ca. 19.)

Suscipe, quæsumus domine, pro sacra cõnubij lege munus oblatum, & cuius largitor es muneris, operis esto dispositor. Per dominũ.

¶ Dicto Pater noster. Sacerdos antequã dicat Libera nos quæsumus domine. Stãs in cornu Epistolę, versus sponsum, & spõsam añ altare genuflexos, dicit super eos sequentes orationes. Oremus.

Propitiare domine supplicationibus nostris: & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: vt quod te auctore iũgitur, te auxiliante seruetur. Per dominum nostrum, Iesum Christum. Oremus.

Deus, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginem dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, vt fęmineo corpori de virili dares carne principiũ, docens quod ex vno placuisset institui, nunquam licere disiungi. Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam cõsecrasti: vt Christi & ecclesiæ sacramentum præsignares in fędere nuptiarum. Deus, per quem mulier iungitur viro, & societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quæ sola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluuij est ablata sẽtentiã. Respice propitius super hanc famulam tuam, quæ maritali iũgenda cõsortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugũ dilectionis, & pacis: fidelis & casta nubat in Christo imitatrixque sanctarum permaneat fœminarum. Sit amabilis, vt Rachel viro suo. Sapiens, vt Rebecca. Longæua & fidelis, vt Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor pręuaricationis vsurpet. Nexa fidei, mãdatisq; permaneat, vni thoro iũcta. Cõtactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatem suã robore disciplinæ. Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis cęlestibus erudita. Sit fęcunda in sobole, sit probata & innocens. Et ad beatorum requiem, atque ad cęlestia regna perueniat. Et videãt ambo filios filiorũ suorũ, vsq; ad tertiam & quartam generationẽ, & ad optatam perueniãt senectutẽ. Per. (c. 14)

Tunc cõuersus ad mediũ altaris dicat Libera nos: deinde frangat hostiã more solito, & prosequatur Missam. Communio.

Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet dominum, & videas filios filiorum tuorum: pax super Israel. Postc. (psal 127)

Quæsumus omnipotens deus, instituta prouidẽtiæ tuæ pio fauore comitare, & quos legitima societate cõnectis, lõgęua pietate custodi. Per.

Post Ite missa est. Sacerdos antequã det benedictionem, conuersus ad sponsum & sponsam dicat.

Deus Abrahã, deus Isaac, & de⁹ Iacob sit vobiscũ, & ipse adimpleat benedictionẽ suã in vobis: vt videatis filios filiorũ vestrorum vsq; ad tertiã & quartã generationẽ, & post ea vitã ęternã habeatis sine fine, adiuuante dño nostro Iesu Christo, q cũ patre & spiritu sãcto, viuit & regnat deus, per oĩa sęcula sęculorũ. ℟. Amẽ.

¶ Moneat Sacerdos orõne graui, vt sibimetipsis seruẽt fidem. Orõnis tpe & pertim ieiuniorũ ac solẽnitatũ, casti maneãt: & vir vxorẽ, atq; vxor virũ diligat, & in timore dei permaneãt. Postea eos aspgat, & det benedictionẽ, & dicat, vt solitũ est, euangeliũ S. Ioãnis. In principio erat verbũ. &c.

ORATIONES DIVERSÆ dicendæ in Missa ad libitum Sacerdotis cum ijs quæ in proprijs Missis assignantur, quando non est duplex.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

1. Concede, q̃s om̃ps deus: vt intercessio nos sanctę dei genitricis Mariæ sanctorumque omnium apostolorum, martyrũ, confessorum, atq; virginũ, & omniũ electorum tuorum, vbiq; lętificet: vt dum eorũ merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per eundem. Secreta.

Oblatis domine placare muneribus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis, a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Postc.

Sumpsimus domine, beatę Mariæ semper virginis, & omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes, sacramenta cœlestia, præsta, quæsumus vt quod temporaliter gerim⁹, ęternis gaudijs cõsequamur. Per d.

Alia Oratio, vt supra. Oratio.

2 ACunctis nos, quæsumus domine mentis & corporis defende periculis & intercedẽte beata & gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem dominum. Secreta.

EX audi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuẽs in pręsenti, & gloriã in futuro. Per. Postc.

MVndet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramẽti munus oblatũ: & intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat, & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per eundem dominum nostrum.

Pro omni gradu Ecclesię. Oratio.

3. OMnipotens sempiterne de⁹, cuius spiritu totum corpus Ecclesię sãctificatur & regitur, exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicãtes; vt gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominum. in vnitate eiusdem. Secre.

DA famulis tuis domine indulgentiam peccatorum, consolationem vitæ, gubernationem perpetuam, vt tibi seruientes, ad tuam iugiter misericordiam peruenire mereantur. Per dominum nostrum. Postc.

LIbera, q̃s domine, a peccatis & hostibus tibi famulos supplicantes: vt in sancta conuersatione viuentes, nullis afficiantur aduersis. Per d.

Pro Papa. Oratio.

4. DEus omnium fidelium pastor, & rector, famulum tuũ N. quẽ pastorem ecclesiæ tuæ pręesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo & exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitam vna cũ grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum. Secreta.

OBlatis, quæsumus domine, placare muneribus: & famulũ tuũ N. quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominũ. Postcommunio

HAec nos, quæsumus domine, diuini sacramenti perceptio ꝓtegat: & famulum tuum N. quem pastorẽ ecclesiæ tuæ pęsse voluisti, vna cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per dominum nr̃m.

Pro Imperatore. Oratio.

5 DEus regnorum omniũ, & Christiani maxime protector imperij: da seruo tuo imperatori nostro N. triumphum virtutis tuæ scienter excolere: vt qui tua constitutione est princeps, tuo semper munere sit potens. Per dominum nostrũ. Secreta.

SVscipe domine preces & hostias ecclesiæ tuæ pro salute famuli tui supplicantis: & in protectione fidelium populorũ, antiqua brachij tui operare miracula, vt superatis pacis inimicis, secura tibi seruiat Christiana libertas. Per dominum. Postc.

DEus, qui ad prædicandum ęterni regis euangelium Romanũ imperium præparasti: prætende famulo tuo imperatori nostro N. arma cælestia: vt pax ecclesiarũ nulla turbetur tempestate bellorum. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Pro Rege. Oratio.

6 QVæsumus omnipotẽs deus: vt famulus tuus N. rex noster, q tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutũ etiã oĩum percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & ad te, qui via, veritas & vita es, gratiosus valeat peruenire. p. Sec.

MVnera, quæsumus domine, oblata sanctifica: vt & nobis vnigeniti tui corpus & sanguis fiant: & regi nostro ad obtinẽdam animæ corporisque salutem, & ad peragendum iniunctum officium, te largiente, vsquequaque proficiant. Per eundem dominum nostrum. Postc.

HAec domine oblatio salutaris famulum tuũ N. regem nostrũ ab omnibus tueatur aduersis: quatenus ecclesiasticę pacis obtineat tranquillitatem: & post istius temporis decursum, ad æternam perueniat hęreditatem. Per dominum nostrum.

Pro prælatis, & congregationibus commissis. Oratio.

7 OMnipotens sempiterne de⁹, q facis mirabilia magnã sol⁹: prętende super famulos tuos, & sup cõgregationes illis commissas, spiritũ gratię salutaris: &, vt in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorẽ tuę benedictionis infunde. Per d. Secreta.

HOstias domine famulorũ tuorum placatus intende: & quas in honorem nominis tui deuota mẽte pro eis celebramus, proficere sibi sentiant

sentiant ad medelam. Per dominũ nostrum Iesum Christum. Postc:

QVos cęlesti recreas munere, ꝑpetuo domine comitare præsidio, & quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per dominũ.

Pro congregatione & familia. Oratio.

8. DEfende, q̃s domine beata Maria semper virgine intercedẽte, istã ab omni aduersitate familiã, & toto corde prostratã ab hostium propitius tuere clementer insidijs. Per dominum nostrum. Secreta:

SVscipe, quæsumus, clemẽter omnipotẽs deus, oblationẽ nostrę deuotionis: & per virtutẽ huius sacramẽti famulos tuos a cunctis protege aduersitatibus. Per d. Postc.

SVmptis redẽptionis nostræ muneribus: præsta, quæsumus omnipotens deus, eorũ nobis celebratione tuæ protectionis cõtra omnes aduersitates subsidium. Per dñm.

Pro concordia in congregatione seruanda. Oratio.

9. DEus largitor pacis, & amator charitatis, da famulis tuis verã cũ tua voluntate concordiam, vt ab omnibus, quæ nos pulsant tẽtationibus liberemur. Per do. Secreta.

HIs sacrificijs, domine, q̃s cõcede placat⁹: vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauẽmur externis Per dominum nostrum Iesum Christum. Postcomm.

SPiritũ nobis domine tuæ charitatis infunde, vt quos vno pane cœlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum, in vnitate eiusdem.

Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

10. ECclesiæ tuæ, q̃s dñe, ꝑces placatus admitte, vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominũ nostrum Iesum Christum. Secreta.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruiẽtes: vt diuinis rebus inhærẽtes, & corpore tibi famulemur & mente. Per dominum. Postc.

QVæsumus, domine de⁹ noster vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacere periculis. Per dominũ nostrum Iesum Christum fi.

Contra persecutores & male agentes. Oratio.

11. HOstium nostrorũ, quæsumus, domine, elide superbiã: & eorum cõtumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per dominum. Secreta.

HVius domine virtute mysterij & a proprijs mũdemur occultis, & ab inimicorũ liberemur insidijs. Per dominum. Postcom.

PRotector noster, aspice deus, & ab inimicorũ nos defende periculis: vt omni perturbatione semota, liberis tibi mentibus seruiamus. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum.

Tem-

Tempore belli. Oratio.

12. OMnipotẽs, & misericors deus a bellorũ nos, q̃s, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta præstabis, si pacem dederis mentis, & corporis. Per dominum. Secreta.

SAcrificiũ domine, quod immolamus, placatus intẽde, vt & ab omni nos bellorũ eruat nequitia, & in tuæ protectionis securitate cõstituat. Per dominum nostrum. Postc.

SAcro sancti corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi refectione vegetati: supplices te rogamus omnipotens deus: vt hoc remedio singulari, ab omnium peccatorum nos contagione purifices: & a periculorum munias incursione cũctorum. Per eundem dominum.

Pro quacunque necessitate, & re obtinenda. Oratio.

13. DEus refugiũ nostrum, & virt⁹ adesto pijs ecclesię tuæ precibus auctor ipse pietatis & præsta, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per d. Secreta.

DA misericors deus: vt hæc salutaris oblatio, & a proprijs nos reatibus indesinẽter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum nostrum Iesum. Postc.

SVmpsimus domine sacri dona mysterij, humiliter deprecãtes, vt quę in tui cõmemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas in vnitate spiritus sancti de⁹.

Pro quacunque tribulatione. Oratio.

14. NE despicias, ops deus populũ tuum in afflictione clamantẽ, sed propter gloriã nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per d. Sec.

SVscipe domine ꝓpitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutẽ potenti pietate restitui. Per dominum nostrum. Postcom.

TRibulationem nostrã, quæsumus domine, propitius respice, & iram tuæ indignationis, quã iuste meremur, auerte. Per d.

Tempore famis & pestis. Oratio.

15. DA nobis, quęsumus domine, piæ supplicationis effectũ, & pestilentiam, famemq; propitiatus auerte, vt mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella ꝓdire, & te miserante cessare. Per d.

Si pro peste aut fame tantũ Missa dicatur, alterũ omittatur, & in fine dicatur tale flagellum. Secreta.

DEus, qui humani generis vtrãque substãtiam, præsentiũ munerũ & alimẽto vegetas, & renouas sacramẽto, tribue quæsumus: vt eorũ & corporibus nostris subsidium non desit, & mentibus. Per d. Postc.

GVberna, q̃s dñe, tẽporalibus alimẽtis, quos dignaris ęternis informare mysterijs. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Ad pluuiam Petendam

Deus in quo Viuimus, mouemur et sumus pluuiam nobis

bis tribue congruentem: vt præsentibus subsidijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per dominum nostrum. Secreta.

Oblatis, quæsumus domine, placare muneribus: & opportunum nobis tribue pluuiæ sufficientis auxilium. Per dominum. Postc.

Da nobis, quæsumus dñe, pluuiam salutarem, & aridam terræ faciem fluentis dignanter infunde. Per dominum nostrum Iesum.

Ad serenitatem petendam. Oratio.

17 Ad te nos domine clamantes exaudi: & aeris serenitatem nobis tribue supplicãtibus: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præueniente, clementiã sentiamus. Per dominnm. Secreta.

Præueniat nos, quæsumus domine, gratia tua sẽper, & subsequatur: & has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus, benignus assume: vt ꝑ intercessionem sanctorum tuorum, cunctis nobis proficiant ad salutem. Per dominum. Postcomm.

Quæsumus omnipotens deus clementiam tuam: vt innundãtiam coerceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per dominum nostrum.

Ad tempestates repellendas. Oratio.

18 A Domo tua, quæsumus domine spiritales nequitiæ repellantur et aerearum discedat malignitas tempestatum. Per Dominũ Nostrum

Offerimus tibi domine laudes & munera, pro concessis beneficijs gratias referentes, & pro concedendis semper suppliciter deprecantes. Per dominum. Postcomm.

Omnipotens sempiterne deus, qui nos & castigãdo sanas, & ignoscendo conseruas: præsta supplicibus tuis: vt & trãquillitatibus hui⁹ optatæ consolationis lætemur, & dono tuæ pietatis semper vtamur. Per dominum nostrum Iesum Christũ.

Pro peste animalium. Oratio.

19 Deus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus solatia surrogasti: suppliciter te rogamus: vt sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias vsibus nõ perire. Per dominum nostrũ. Secreta.

Sacrificijs dñe placatus oblatis, opem tuam nostris tẽporibus clementer impende. Per dñm. Postcõ.

Benedictionẽ tuã dñe populus fidelis accipiat, qua corpore saluetur & mente: & congruam tibi semper exhibeat seruitutẽ, & propitiationis tuę beneficia semper inueniat. Ꝑ.

Pro remissione peccatorũ. Oratio.

20 Deus qui nullũ respuis, sed quãtumuis peccantibus, per pęnitentiam pia miseratione placaris: respice propitius ad preces humilitatis nostræ, & illumina corda nostra, vt tua valeamus implere præcepta. Per dominum nostrum. Secreta

Præsens sacrificium dñe quod tibi pro delictis nostris offerimus, sit

fiat tibi munus acceptum: & tam viuẽtibus, quam defunctis proficiat ad salutem. Per dominum. Postc.

Exaudi preces familiæ tuæ omnipotens deus, & præsta, vt sancta hęc, quę a te sumpsimus, incorrupta in nobis te donante seruẽtur. Per d.

Pro petitione lachrymarũ. Oratio.

21 Omnipotens, & mitissime deus, qui sitienti populo fontem viuentis aquæ de petra ꝑduxisti: educ de cordis nostri duritia compunctionis lachrymas: vt peccata nostra plãgere valeamus, remissionemq; peccatorum te miserante, mereamur accipere. Per dominum. Secreta.

Hanc oblationem, quæsum⁹ domine deus, quam tuæ maiestati ꝑ peccatis nostris offerimus, respice propitius, & produc de oculis nostris lachrymarum flumina, quib⁹ debita flammarum incendia valeãt extingui. Per dominum. Postc.

Gratiam spiritus sancti domine deus cordibus nostris clementer infunde, quę nos gemitib⁹ lachrymarum efficiat maculas nostrorum diluere peccatorum: atque optatæ nobis, te largiente, indulgẽtiæ præstet effectũ. Per dñm ĩ vnitate eiusdẽ.

Pro tribulatione peccatorum. Oratio.

22 Ineffabilem misericordiam tuam nobis domine clemẽter ostende, vt simul nos & a peccatis omnibus exuas, & a penis, quas pro his meremur, eripias. Per dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

Purificet nos, quæsumus domine muneris præsentis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Postc.

Præsta, quæsumus domine, vt terrenis affectibus expiati, ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Pro deuotis amicis. Oratio.

23 Deus, qui charitatis dona ꝑ gratiam sancti spiritus tuorũ cordibus fidelium infudisti: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutẽ mentis & corporis: vt te tota virtute diligant, & quę tibi placita sunt, tota dilectione perficiãt. Per dominum, in vnitate eiusdem. Secreta.

Miserere, quęsumus domine, famulis & famulabus tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ offerimus maiestati: vt per hæc sancta, supernę benedictionis gratiã obtineant, & gloriam æternę beatitudinis acquirant. Per dominum. Postc.

Diuina libantes mysteria, quęsumus domine: vt hęc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem & pacem, pro quorum, quarumque dilectione, hęc tuæ obtulimus maiestati. Per dominum.

Pro inimicis. Oratio.

24 Deus pacis, charitatisque amator & custos, da omnibus inimicis

micis nostris pacē charitatēque veram: cunctorumq́; eis remissionē tribue peccatorum, nosque ab eorū insidijs potenter eripe. Per d. Secreta.

O Blatis, quęsumus dn̄e placare muneribus: & nos ab inimicis nr̄is clementer eripe: eisq́; indulgentiam tribue delictorū. Per dominum nostrum Iesum Christū. Postc.

H Æc nos cōmuuio dn̄e eruat a delictis: & ab inimicorum defendat insidijs. Per dominum.

Pro iter agentibus. Oratio.

25 A Desto dn̄e supplicationib⁹ nostris, & viam famulorum tuorū in salutis tuæ prosperitate dispone: vt inter omnes vię & vitę huius varietates, tuo semper protegantur auxilio. Per dominum. Secreta.

P Ropitiare dn̄e supplicationib⁹ nostris, & has oblationes, quas tibi offerim⁹ ꝓ famulis tuis benign⁹ assume, vt viam illorū, & pręcedēte gratia tua dirigas, & subsequēte comitari digneris: vt de actu atq; incolumitate eorū, s̄m misericordię tuę pręsidia gaudeamus. Per d. Postc.

T Va dn̄e, famulos tuos sperātes in te, quę sumpsimus sacramēta custodiant, & cōtra omnes aduersus tueantur incursus. Per dominum nostrum, Iesum Christum filiū tuū.

Pro nauigantibus. Oratio.

26 D Eus, q̄ trāstulisti patres nr̄os p mare rubrū, & transuexisti eos per aquam nimiam, laudē tui nominis decantantes, te supliciter deprecamur: vt in naui famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu sēper optabili, cursuque tranquillo tuearis: Per dominum nostrum. Secreta.

S Vscipe, q̄s dn̄e preces famulorū tuorum, cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrātes, ab omnibus defende periculis. Per dominum nostrum. Postcomm.

S Anctificati diuino mysterio, maiestatē tuam dn̄e suppliciter deprecamur, & petim⁹: vt, quos donis facis cęlestibus interesse, ꝑ signū sanctæ Crucis & a peccatis omnibus abstrahas, & a periculis cunctis miseratus eripias. Per dominum.

Pro infirmis. Oratio.

27 O Mnipotens sēpiterne deus, salus æterna credētium exaudi nos pro infirmis famulis tuis pro quibus misericordiæ tuę imploramus auxiliū: vt reddita sibi sanitate gratiarū tibi in ecclesia tua referāt actiones. Per dominum nostrum. Secr.

D Eus, sub cuius nutibus vitę nostrę momēta decurrūt, suscipe p̄ces & hostias famulorū tuorū ꝓ q̄b⁹ misericordiā tuā ægrotātib⁹ īploramus, vt de quorū p̄iculo metuim⁹, de eorum salute lętemur. Per. Postc.

D Eus, infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilij tui super infirmos famulos tuos ostēde virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, ecclesiæ tuæ sanctæ incolumes repræsentari mereantur. Per dominum nostrum Iesum Ch[...]

Pro constituto in carcere. Oratio.

28 D Eus, qui beatum Petrū a vinculis absolutū illęsū abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula absolue: & eū ipsius meritis illæsum abire concede. Per dominum nostrum, Iesum Christū. Secr.

S Vper has, quæsum⁹ dn̄e, hostias benedictio copiosa descēdat: q̄ captiui nostri vincula soluat, & de eius liberatione nos lętificet. Per dominum nostrum Iesum. Postc.

P Reces nostras, quæsumus dn̄e, clementer exaudi: & per hęc sacramenta quę sumpsimus, famulū tuum a vinculis suę captiuitatis absolue. Per dominum nostrum.

Pro tentatis & tribulatis. Oratio.

29 D Eus, qui iustificas impiū, & nō vis mortem peccatorū, maiestatem tuā suppliciter deprecamur, vt famulos tuos de tua misericordia cōfidētes, cęlesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione cōserues: vt tibi iugiter famulētur, & nullis tentationibus a te separent. Per dominum nostrum. Secreta.

H Vius, quæsumus dn̄e, virtute mysterij, & à proprijs nos mūda delictis, & famulos tuos ab omnib⁹ absolue peccatis. Per d. Postc.

P Vrificēt nos, quæsumus dn̄e sacramenta quę sumpsimus, & famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede, vt qui conscientię reatu constringuntur, cœlestis remedij plenitudine glorientur. Per dn̄m.

Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

30 O Mnipotēs & mitissime deus, respice propitius preces nr̄as, & libera corda nostra de malarū tētationibus cogitationū: vt sancti spiritus dignū fieri habitaculū mereamur. Per d. in vnitate eiusdem. Sec.

H As tibi dn̄e offerimus oblationes ꝓ salute nostra, quatenus animas nostras ab immundis cogitationib⁹ purges, illęsasq́; custodias & sancti spiritus gratia illuminare digneris. Per dominum in vnitate eiusdem. Postcommunio.

D Eus, qui illuminas omnē hominē venientem in hunc mūdū: illumina q̄s corda nostra gratiæ tuæ splendore: vt digne maiestati tuæ ministrare, teque æterna charitate diligere valeamus. Per d.

Ad postulandam charitatem. Oratio.

31 D Eus, q̄ diligentibus te facis cūcta prodesse, da cordibus nr̄is inuiolabilem tuæ charitatis affectū: vt desideria de tua inspiratione cōcepta, nulla possint tētatione mutari. Per dominum nostrum. Secreta.

D Eus qui nos ad imaginem tuā sacramētis renouas & p̄ceptis perfice gressus nr̄os in semitis tuis vt charitatis donū, quod fecisti a nobis sperari, per hęc q̄ offerimus sacrificia facias apprehēdi. Per d. Postc.

S Ancti spiritus gratia, quæsumus domine, corda nost[...]

luminet, & perfectę charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per dominum in vnitate eiusdem.

Ad postulandam patientiam.

Oratio.

32 DEus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hostis contriuisti superbiam: da nobis, quęsumus, q̃ idē pie pro nobis pertulit, digne recolere, sicque exemplo eius, nobis aduersantia æquanimiter tolerare. Per eundem dominum nostrum.

Secreta.

MVnera nostrę oblationis, quęsum⁹ domine, placatus suscipe: quę, vt nobis patientiæ donum cōdonare digneris, maiestati tuę deuota offerimus actione. Per dominū nostrum Iesum Christum.

Postc.

SAcrosancta domine sumētes mysteria, amissam nobis, quęsumus, reconcilient gratiam: atque munus patientię in illatis omnibus, semper & vbiq; protegendo, impertiāt. Per.

Ad postulandam continētiā. Oratio.

33 VRe igne sancti spiritus renes nostros, & cor nostrum, domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per dominum, in vnitate eiusdem.

Secreta.

DIrumpe domine vincula peccatorum nostrorum, vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus, retribue quæ ante tribuisti, & salua nos per indulgentiā, quos dignatus es saluare per gratiā. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Postcomm.

DOmine adiutor & protector noster, adiuua nos: & refloreat caro nostra vigore pudicitię, & sanctimoniæ nouitate, ereptamque de manu tartari in resurrectionis gaudium iubeas præsentari. Per dominū nostrum Iesum Christum filium.

Pro salute viuorum. Oratio.

34 PRætende domine fidelibus tuis dexteram cęlestis auxilii, vt te toto corde perquirāt, & quæ digne postulant, consequi mereantur. Per dominum nostrum Iesum.

Secreta.

PRopitiare domine supplicationib⁹ nostris, & has oblationes fidelium tuorum quas tibi pro incolumitate eorū offerimus, benignus assume, & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, præsta quæsumus, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per d.

Postc.

DA fidelibus tuis, quæsumus domine, in tua fide & synceritate constātiam, vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Pro viuis & defunctis.

Oratio.

35 OMnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus vt pro quib⁹ effundere preces decreuimus, quosq; vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurū iā

exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Secreta.


DEus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quęsumus: vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, & omniū fidelium nomina beatę prędestinationis liber ascripta retineat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Postcommunio.

PVrificent nos, quęsumus omnipotens, & misericors deus, sacramenta quæ sumpsimus: & intercedētibus omnibus sanctis tuis, pręsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pęnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum: sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Ego Andreas Szarda[illegible] filius [illegible] Andreæ Sacerdotis possideo hunc libr[illegible] Anno 1647 die 3 [illegible]











PROPRIVM MISSARVM PRO DEFVNCTIS.

MISSA IN COMMEMOratione omnium fidelium Defunctorum: Introitus.



Requiem ęternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem, exaudi orationem meã, ad te omnis caro veniet. Deinde absolute repetitur R equiẽ. vsque ad psalmum. Oratio.

psa. 64.

Fidelium, deus omnium cõditor & redemptor, animabus famulorũm famularumq; tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis, & regnas cũ deo patre in vnitate spiritus sancti deus: ꝑ omnia sæcula sæculorum. ℞. Amen.

Lectio ep̃læ b̃ti Pauli apost. ad Cor.

1.c. 16.



Fratres. Ecce, mysteriũ vobis dico. Omnes quidẽ resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima turba (canet enĩ tuba) & mortui resurgẽt incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem, & mortale hoc, induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc, induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tu^9? Stimulus autem mortis, peccatũ est: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam ꝑ Iesum Christum dominum nostrũ.

Grad. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

psa. 111.

Sequentia.

Dies irę, dies illa,
Soluet sęclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sibylla:
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus?
Cuncta stricte discussurus.
Tuba mirum spargens sonum,

Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors ſtupebit & natura,
Cum reſurget creatura,
Iudicanti reſponſura.
Liber ſcriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum ſedebit,
Quicquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid ſum miſer tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Dum vix inſtus ſit ſecurus.
Rex tremendę maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Ieſu pie,
Quod ſum cauſa tuę vię,
Ne me perdas illa die.
Quęrens me, ſediſti laſſus:
Redemiſti, crucem paſſus:
Tantus labor non ſit caſſus.
Iuſte iudex vltionis,
Donum fac remiſſionis
Ante diem rationis.
Ingemiſco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce deus.
Qui Mariam abſoluiſti,
Et latronem exaudiſti:
Mihi quoque ſpem dediſti.
Preces meę non ſunt dignę:
Sed tu bonus fac benignę,
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum pręſta:
Et ab hędis me ſequeſtra.
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis.
Voca me cum benedictis.
Oro ſupplex & acclinis:
Cor contritum quaſi cinis:
Gere curam mei finis.
Lachrymoſa dies illa,
Qua reſurget ex fauilla,
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce deus.
Pie Ieſu domine,
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem:

IN illo tēpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudęorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora, & nunc eſt, qn̄ mortui audient vocē filij dei: & q audierint, viuēt. Sicut enī pater habet vitā in ſemetipſo: ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo: & poteſtatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: qa venit hora, in qua omnes q in monumētis ſunt, audient vocē filij dei. Et procedēt qui bona fecerūt, in reſurrectionem vitę: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. (c. 5.) Offertorium.

Domine Ieſu Chriſte rex glorię, libera animas omniū fideliū defunctorū de pęnis inferni, & de ꝓfundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael reprę ſentet eas in

lucem ſanctam. Quā olim Abrahę promiſiſti, & ſemini ei⁹. ℣. Hoſtias & preces tibi laudis offerimus: tu ſuſcipe ꝓ animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte trāſire ad vitā. Quam olim. Secreta.

HOſtias, q̄s dn̄e, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarū offerimus, propitiatus intende, vt quibus fidei Chriſtianæ meritum contuliſti, dones & præmium. Per dominum noſtrum.

Communio. Lux æterna luceat eis domine. Cum ſanctis tuis in æternum quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. Poſtcom.

ANimabus, q̄s dn̄e, famulorum famularum que tuarum oratio proficiat ſupplicātiū: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis. dicto dn̄s vobiſcū, dicitur Requieſcant in pace. ℟. Amen. & non datur benedictio, Sed dicto ſecreto. Placeat &c. dicitur euangelium ſancti Ioānis. In principio. vt moris eſt.

IN DIE OBITVS SEV depoſitionis defuncti.

Introitus:

REquiem ęternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. ps. Te d̄ et hymn⁹ deus in Sion, & tibi reddetur votum in Heruſalem, exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem æternam. (pſa. 64.) Oratio:

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, te ſupplices exoramus pro anima famuli tui. N. quam de hoc ſęculo hodie migrare iuſſiſti: vt non tradas eā in manus inimici, neq; obliuiſcaris in finē, ſed iubeas eam a ſanctis angelis ſuſcipi, & ad patriā paradiſi perduci: vt qa in te ſperauit & credidit, non pęnas æternas ſuſtineat, ſed gaudia ſempiterna poſſideat. Per dominum.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

FRatres: Nolum⁹ vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem nō habent. Si enim credimus quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & de⁹ eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cū eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduētu dn̄i, non præueniemus eos q dormierūt. Quoniā ipſe dn̄s in iuſſu, & in voce archāgeli, & ī tuba dei deſcēdet de cęlo: & mortui q in Chriſto ſunt, reſurgēt primi. Deīde nos q viuimus, q relinquimur: ſimul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Chriſto in aera: & ſic ſemper cū dn̄o erimus. Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis. (1 c 4.) Graduale.

Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In me-

moria ęterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue dñe animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine ꝑfrui. Sequētia. Dies iræ &c. vt sup. 288.

Sequentia sancti euang. ſm Ioannē.

ca. 11.

IN illo tēpore, Dixit Martha ad Iesum. Domine si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quęcunque poposceris a deo, dabet tibi deus. Dicit ei Iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dixit ei Iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me: non morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Vtique domine, ego credidi quia tu es Christus filius dei viui qui in hunc mundum venisti. Offertorium. Domine Iesu Christe rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim. Secreta.

PRopitiare, quęsumus domine, animę famuli tui N. pro quo tibi hostiam laudis immolamus, maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt ꝑ hęc pię placationis officia, peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per dominum nostrum. Communio. Lux ęterna luceat eis domine. Cum sanctis tuis in ęternū: quia pius es. ℣. Requiam ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Postcommunio.

PRęsta, quęsumus, omnipotens deus: vt anima famuli tui N. quę hodie de hoc sęculo migrauit, his sacrificijs purgata, & a peccatis expedita, indulgentiam pariter & vitam capiat sempiternam. Per dominum nostrum Iesum Christum fi.

IN DIE TERTIO, SEPTImo, & trigesimo depositionis defuncti, dicitur Missa vt supra, exceptis orationibus, quæ dicuntur vt infra.

Oratio.

QVęsumus domine: vt animæ famuli tui, cuius depositionis diem tertium, vel septimum, vel trigesimum, commemoramus sanctorum atque electorum tuorum largiri digneris consortiū: & rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Secreta.

MVnera, quęsumus domine, quæ tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata cęlestibus, in tua pietate requiescat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū.

Postcommunio.

SVscipe domine preces nostras pro anima famuli tui: vt si quæ ei maculæ de terrenis contagijs adhęserunt, remissionis tuæ misericordia deleantur. Per dominum no.

IN ANNIVERSARIO DEfunctorum. Introitus.



REquiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. psal. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem. Oratio.

DEus indulgentiarum, domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per dominum nostrum Iesum.

Lectio libri Machabęorum.

2. c. 12.



IN diebus illis. Vir fortissimus Iudas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, iuste & religiose de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos qui ciciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis.) Et quia considerabat quod hi qui cū pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. Graduale.

REquiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

ps. 111

ABsolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Sequentia. Dies iræ. & in sequent: missa pro arbitrio sacerdotis.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

c. 6.



IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudęorum. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eijciam foras. Quia descendi de cęlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hęc est autem voluntas eius, qui misit me, patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitem

illud in nouissimo die. Hæc est autẽ voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium, & credit in eum: habeat vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Offert. Domine Iesu Christe rex gloriæ, libera animas omnium fideliũ defunctorum de pęnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadãt in obscurũ, sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctã. Quã olim Abrahæ promisisti, & semini ei⁹. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerim⁹: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriã facimus: fac eas domine de morte trãsire ad vitam. Quam olim. Secreta.

Propitiare domine supplicationibus nostris, pro animabus famulorum famularumq; tuarũ, quorũ hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis vt eas sanctorum tuorũ consortio sociare digneris. Per d. Communio.

Lux ęterna luceat eis domine. Cum sanctis tuis in æternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcommunio.

Ręsta, quęsumus domine: vt animę famulorum famularũq; tuarum, quorum anniuersarium depositionis diẽ cõmemoramus: his purgatæ sacrificijs, indulgentiam pariter & requiem capiãt sempiternam. Per dominum nostrum.

¶ Si pro vno fiat anniuersarium prędictæ orationes dicantur in singulari numero.

IN MISSIS QVOTIDIAnis defunctorum.

Introitus.



Equiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis psalmus. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalẽ: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem.

psa. 64.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Oratio.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus: vt eorum quoque perpetuo aggregẽtur consortio. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

Deus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiã tuã: vt nostræ cõgregationis fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc sęculo transierũt, beata Maria semper virgine intercedẽte cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum.

Pro fidelibus defunctis, generalis. Oratio.

Fidelium, deus, omnium cõditor & redemptor animabus famulorum famularumq; tuarũ, remissionem cunctorum tribue peccatorum vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis apostoli.

cap 14.




N diebus illis. Audiui vocem de cœlo, dicẽtẽ mihi. Scribe, Beati mortui, qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Graduale.

psa. 111

Requiem æternam dona eis domine: & lux ꝑpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iust⁹: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine ꝑfrui.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

c. 6.



N illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudęi adinuicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducãdum? Dixit ergo eis Iesus. Amen, amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die.

Offertorium.

Domine Iesu Christe rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadãt in obscurum: sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerimus tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Secreta.

Suscipe domine, quæsumus pro animabus famulorum tuorum pontificum, seu sacerdotũ, quas offerimus hostias: vt quibus in hoc sęculo pontificale, seu sacerdotale donasti meritum: in cœlesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi cõsortio. Per dominum nostrum, Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Secreta.

DEus, cuius misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem: per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per dominum nostrum.

Pro fidelibus defunctis, Secreta.

HOstias, quęsumus dñe, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei christianę meritum cõtulisti, dones & præmium. Per dominum nostrũ.

Communio. Lux æterna luceat eis domine. Cum sanctis tuis in æternũ: quia pius es. ℣. Requiẽ æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Postcommunio.

PRosit, quęsumus dñe, animabus famulorũ tuorũ pontificũ, seu sacerdotum, misericordiæ tuæ implorata clementia: vt eius in quo sperauerunt & crediderunt, ęternũ capiãt te miserante consortium. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Postcom.

PRæsta, quæsumus, omnipotens & misericors deus: vt animæ fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificiũ laudis tuæ obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramẽti a peccatis omnibus expiatæ, lucis perpetuæ, te miserante, recipiãt beatitudinem. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro fidelibus defunctis. Postcom.

ANimabus, quæsumus domine, famulorum famularumq; tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas.

Epistolæ & euangelia superius posita ĩ vna missa pro defunctis dici possunt etiã in alia missa pro defunctis. Orationes diuersæ pro defunctis.

IN DIE DEPOSITIONIS

& anniuersario Sũmi Pontifi. dr̃ prima Missa, vt sup 292. præter orationes, quæ dicuntur, vt infra. Oratio.



DEus, qui inter summos sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta, quæsumus: vt qui vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorum pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem dominum. Sec.

SVscipe, quæsumus domine pro anima famuli tui N. summi pontificis quas offerimus hostias, vt cui

in hoc sęculo põtificale donasti meritum, in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi cõsortio. p d.

Postcommunio.

PRosit, quæsumus domine, animæ famuli tui N. summi pontificis misericordiæ tuę implorata clemẽtia, vt eius in quo sperauit & credidit, ęternum capiat te miserante consortium. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

PRO DEFVNCTO EPIscopo

dr̃ prima missa, vt sup. 290. Oratio vt infra. Oratio.



DEus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulum tuum pontificali fecisti dignitate vigere: pręsta quęsumus: vt eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per dñm nostrum Iesum Christum. Secreta.

SVscipe domine, quæsumus, pro anima famuli tui põtificis, quas offerimus hostias: vt cui in hoc sęculo põtificale donasti meritum, in cęlesti regno sanctorum tuorũ iubeas coniungi consortio. Per dominum.

Postcommunio.

PRosit, quęsumus dñe, animę famuli tui pontificis misericordię tuæ implorata clementia: vt eius in quo sperauit & credidit, ęternũ capiat te miserante consortium. Per d.

Pro defuncto sacerdote dr̃ eadẽ orõ, sed vbi dicitur. Pontificali, dicatur Sacerdotali. Si fuerint plures, dicatur vt supra in quarta missa.

Pro defuncto episcopo, alia Oratio.

DA nobis dñe, vt animam famuli tui N. episcopi, quam de huius sęculi eduxisti laborioso certamine, sanctorum tuorum cętui tribuas esse consortem. Per do. Secreta.

ANnue nobis dñe, vt animæ famuli tui episcopi hæc prosit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum. Postcommunio.

HIs sacrificijs, q̃s omnipotens deus: vt purgata anima, & spiritus famuli tui episcopi ad indulgẽtiã, & refrigerium sempiternũ peruenire mereatur. Per dominũ nostrũ.

Pro defuncto sacerdote Alia Orõ.

PRæsta, quæsumus domine, vt anima famuli tui sacerdotis, quem in hoc sæculo commorãtem sacris muneribus decorasti, in cælesti sede gloriosa semper exultet. Per dominum. Secreta.

SVscipe, quæsumus domine, pro anima famuli tui sacerdotis quas offerimus hostias: vt cui sacerdotale donasti meritum, dones & præmiũ. Per dominum. Postcommunio.

PRæsta, quæsumus omnipotens deus, vt animam famuli tui sacerdotis in congregatione iustorũ, æternæ beatitudinis iubeas esse cõsortem. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro vno defuncto. Oratio.

INclina domine aurem tuã ad preces nostras, quibus misericordiã tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc sęculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas: & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Secreta.

ANnue nobis, quæsumus domine: vt animę famuli tui hęc prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum nostrum. Postcom.

ABsolue, quæsumus domine, animã famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos, resuscitatus respiret. Per dominum.

Pro vna defuncta. Oratio.

QVæsumus dñe, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuę, & a contagijs mortalitatis exutam, in æternę saluationis partem restitue. Per dominum. Secreta.

HIs sacrificijs, quæsumus domine anima famulæ tuę a peccatis omnibus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hæc piæ placationis officia, perpetuã misericordiam consequatur. Per dominum nostrum. Postcommun.

INueniat q̃s dñe, anima famulę tuę lucis æternæ consortium: cuius ꝑpetuæ misericordiæ consecuta est sacramentum. Per dominum.

Pro patre & matre. Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrẽ honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris & matris meæ: eorumque peccata dimitte: meq; eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per dominum. Secr.

SVscipe sacrificiũ domine, quod tibi pro animabus patris & matris meæ offero: eisque gaudium sẽpiternum in regione viuorum cõcede: meq; cum illis fęlicitati sanctorum coniunge. Per dominũ. Postc.

COelestis participatio dñe sacramenti, animabus patris & matris meæ requiem, & lucem obtineat perpetuam: meq; cũ illis gratia tua coronet æterna. Per dominum.

Pro defunctis fratribus, propinquis & benefactoribus. Oratio.

DEus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam: vt nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sęculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cũ omnibus sanctis tuis: ad perpetuæ beatitudinis consortiũ peruenire concedas. Per dominum nostrum. Secreta.

DEus, cuius misericordiæ nõ est numerus, suscipe propitiꝰ preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti cõfessionẽ: per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorũ

remissionem tribue peccatorũ. Per dominum nostrum. Postcomm.

PRæsta, q̃s õps & misericors deꝰ: vt animæ fratrum, propinquorũ & benefactorum nostrorũ, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramenti a peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuæ te miserante recipiant beatitudinem. Per dominũ nostrum, Iesum Christum.

Pro his qui in cæmeterio requiescunt. Oratio.

DEus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem. Secr.

PRo animabus famulorum famularumque tuarum, & omnium catholicorum, hic & vbique in Christo dormientium, hostiam domine suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exutæ, vitam mereantur ęternam. Per eundem dominum nostrũ Iesum Christum filium. Postc.

DEus, fidelium lumen animarũ adesto supplicationibus nostris: & da famulis & famulabus tuis quorum corpora hic & vbique in Christo requiescũt, refrigerij sedem quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

FIdelium, deus omnium conditor, & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerũt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas, in vnitate spiritus. Secreta.

HOstias, q̃s dñe, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarum offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei christianæ meritũ contulisti, dones & præmium. Per dominum. Postc.

ANimabus, q̃s domine, famulorum famularumque tuarũ oratio proficiat supplicãtium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Qui viuis, & regnas in vnitate.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper & parcere, propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitã. Per dominum nostrum. Secreta.

ANnue nobis domine: vt animabus famulorum famularũque tuarũ, hæc prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per do. Postc.

DEus, cui soli cõpetit medicinã pręstare post mortẽ, pręsta q̃s:

vt animæ famulorum famularumq; tuarum terrenis exutæ contagijs, in tuæ redemptionis parte numerentur. Qui viuis & regnas.

Alia pluralis vt supra. Oratio.

ANimabus, q̄s dñe, famulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam, vt eis proficiat in æternū, quod in te sperauerunt & crediderunt. Per dominum nostrum. Secreta.

HIs domine, quæsumus, placatus intēde muneribꝰ & quod ad laudem tui nominis supplicātes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū qui tecum, viuit & reg. Postcomm.

SVpplices domine pro animabus famulorum famularumque tuarum preces effundimus, obsecrā tes, vt quicquid conuersatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantiū constituas redemptorum. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum, qui tecum viuit, & regnat.

¶Ordo ad faciendam aquam benedictam.

Die Dominica, in sacristia præparato sale & aqua sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatꝰ alba, vel super pellicio indutus cum stola circa collum, primo dicit. ℣. Adiutorium nostrū in nomine dñi ℟. Qui fecit cœlum & terrā. Deinde absolute incipit exorcismū salis.

EXorcizo te, creatura salis, per deum ✠ viuum: per deum ✠ verum: per deum ✠ sanctum: per deum qui te per Eliseum prophetā in aquā mitti iussit vt sanaretur sterilitas aquæ: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentiū, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ & corporis: & effugiat atque discedat a loco in quo aspersum fueris, omnis phantasia & nequitia vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sęculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

IMmensam clementiam tuam, oþs æterne deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, & sācti ✠ ficare tua pietate digneris, vt sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitiæ. Per dominnm nostrum Iesum Christum. Exorcismus aquę & dicatur absolute.

EXorcizo te creatura aquæ ī nomine dei ✠ patris omnipotentis, & in nomine ✠ Iesu Christi filij eius domini nostri, & in virtute Sancti ✠ spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicū eradicare & explantare valeas cum ange-

lis suis apostaticis: per virtutē eiusdem domini nostri Iesu Christi: qui vēturꝰ est iudicare viuos & mortuos & sęculum per ignem. ℟. Amen.

Oratio.

DEus, qui ad salutem humani generis, maxima quæque sacramenta in aquarum substantia cō didisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus pręparato virtutem tuę bene ✠ dictionis infū de: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos dęmones, morbosque pellendos, diuinæ gratiæ sumat effectum, vt quicquid in domibus vel in locis fidelium, hæc vnda resperserit, careat omni immūditia liberetur a noxa, nō illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpēs: discedāt omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est, quod aut incolumitati habitātium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat, vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Hic mittat sal in aquam in modum crucis dicendo semel.

COmmistio salis & aquę pariter fiat, in noīe pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oro.

DEꝰ inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triūphator qui aduersæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sæuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas, te domine tremen tes, & supplices deprecamur ac petimus, vt hāc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuæ rore sanctifices: vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorq; venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, vbique adesse dignetur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

¶Finita benedictione Sacerdos celebraturus indutus pluuiali coloris officio cōuenientis, accedit ad altare, & ibi ad gradus cū ministris genuflexus accipit a Diacono aspersorium, & primo ter aspergit altare, deinde se & ministro cipiēs antiphonam. Asperges me.

Et chorus prosequitur, Dn̄e hyssopo. &c. vt infra. Interim celebrans aspergit Clerum, deinde populū dicēs, p̄s. Miserere. totū cum Glo pat.

An̄a. Asperges me domine hyssopo, & mūdabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. p̄s Miserere mei deus s̄m magnam misericordiā tuam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nūc, & sēper, & ī sc̄la sc̄lorū. Am.

Et

Et repetitur antiphona. Asperges me domine. Supradicta antiphona prædicto modo dicatur in aspersione aquæ benedictæ in Dominicis p totum annum excepto quod in Dominica de Passione, & in Dominica Palmarum non dicitur, Gloria patri. Sed post psalmum, Miserere, repetitur immediate, Aña. Asperges me domine. Excepto etiã tempore paschali, scilicet a Dominica paschæ vsque ad Pentec. quo tpe cantatur communiter, Antiphona. Vidi aquam egrediẽtem de templo à latere dextro, alleluia: & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, & dicent, alleluia, alleluia. ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. ℣. Gloria patri. Repetitur antiphona. Vidi aquam.

In octaua vero Pentec. resumitur. Asperges me domine. Finitis Antiphonis supradicto modo sacerdos qui aspersit aquam, reuersus ad altare ante gradus altaris stans dicat. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam.

Tempore paschali additur Alleluia. ℟. Et salutare tuum da nobis: ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Exaudi nos, dñe sancte, pr̃ ops, ęterne deus: & mittere digneris sanctũ angelũ tuũ de cęlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum

¶ Benedictio agni Paschalis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlũ & terrã. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui per famulũ tuũ Moysẽ, in liberatione populi tui de Ægypto agnũ occidi iussisti in similitudinem domini nostri Iesu Christi & vtrosque postes domorum de sanguine huius agni perũgi præcepisti: ita bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris hãc creaturam carnis, quã nos famuli tui ad laudẽ tuã sumere desideramus per resurrectionẽ dñi nostri Iesu Christi. Qui tecũ viuit & regnat in sæcula sęculorum. ℟. Amẽ. Et mox aspergit aqua benedicta.

¶ Benedictio panis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terrã, ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spũ tuo.

Domine Iesu Christe, panis angelorũ, panis viu[9] & æternæ vitę, bene ✠ dicere dignare panem istũ, sicut benedixisti quinq; panes ĩ deserto: vt oẽs ex eo digne gustãtes inde corporis & aĩę desiderabilẽ pcipiãt sanitatẽ. Per Chr̃m dñm nr̃m ℟. Amẽ. Aspergat̃ aqua benedicta.

¶ Benedictio nouorũ fructuũ. ℣. Adiutoriũ nr̃m in nomine, domini. ℟. Qui fecit cęlũ & terrã. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Ore.

Subueniat quesumus domine bene ✠ dictionis tue gratia huic quorum creature: ut cibus salutaris fiat tuis fidelibus in gratiarum actione sumentibus. Per Christum dominum nostrum Amen.

Bene

Bene ✠ dic domine hu nc nouũ fructum N. & præsta: vt qui ex eo in tuo sancto nomine vescetur, corporis & animæ salute potiatur. Per dominum nostrum.

Et aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio ad quodcunque comestibile.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Bene ✠ dic domine creaturã istã N. vt sit remedium salutare generi humano: & præsta per inuocationem sancti nominis tui: vt quicũque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam accipiant. Per dominum nostrum.

Aspergatur cum aqua benedicta.

¶ Benedictio candelarum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cœlum & terrã ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine Iesu Christe fili dei viui, bene ✠ dic candelas istas supplicationibus nostris, infunde eis domine per virtutem sanctæ cru ✠ cis benedictionem cęlestem, qui eas ad repellẽdas tenebras humano generi tribuisti: talemq; benedictionem signaculo sanctæ cru ✠ cis accipiant, vt quibuscunque locis accẽ[sæ siue] positæ fuerint, discedant prin[cipes] tenebrarum, & contremiscant [et] fugiant pauidi cum omnibus ministris suis ab habitationib[9] illis, nec præsumant amplius inquietare aut molestare seruientes tibi omnipotẽti Deo. Qui viuis & regnas &c. Postmodum aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio loci.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Bene ✠ dic domine deus omnipotens locum istum, vt sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio, deo patri & filio & spiritui sancto, & hęc benedictio maneat super hunc locũ, & super habitantes in eo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus nouæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Te deum patrem omnipotentẽ suppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus ac rebus, vt eam bene ✠ dicere, & sanctificare, ac bonis omnibus amplia re digneris. Tribue eis domine de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam, & desideria voti eorum ad effectũ tuę miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene ✠ dicere & sanctificare dignare hanc domũ, sicut benedi-

nedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, & Iacob: & intra parietes domus istius, angeli tuę lucis inhabitent, eamque & eius habitatores custodiant. Per Christū dñm no.
℟. Amen Aspergat aqua benedicta.

¶ Benedictio thalami.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terrā.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

BEne ✠ dic domine thalamum hunc: & omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneāt, & senescant, & multiplicētur in longitudine dierū. Per Christum dominum nostrū.
℟. Amen.
Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

¶ Benedictio noue nauis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terram
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

PRopitiare domine supplicationibus nostris, & bene ✠ dic nauim istam dextera tua sancta, & omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantem in diluuio. Porrige eis domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum angelum tuum de cęlis, qui liberet & custodiat eā semper a periculis vniuersis, cū omnibus quę in ea erūt: & famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper cursuque tranquillo tuearis: trāsactisque riteque perfectis negotijs, omnibus iterato tēpore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia sęcula sęculorū.
℟. Amen.
Aspergat nauim aqua benedicta.

¶ Benedictio sacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terrā.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui per Moysen famulum tuū pontificalia & sacerdotalia atque leuitica vestimenta, ad explendum ministerium eorum in conspectu tuo ad honorem & decorem nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuocationibus nostris: & hęc indumenta sacerdotalia desuper irrigante gratia tua ingenti benedictione p nostrę humilitatis seruitutem purifi ✠ care, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus & sacris mysterijs apta & benedicta existant: hisque sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitę tui induti, ab omnibus impulsionibus seu tentationibus malignorum spirituum muniti & defensi esse mereantur, tuisque mysterijs apte & condigne ser-

uire, atque in his tibi placide et deuote perseuerare tribue. Per Christum dominum nostrum.

Alia oratio.

Deus inuictę virtutis auctor, & omnium rerum creator ac sanctificator. intende propitius preces nostras: & hęc indumenta leuiticę et sacerdotalis glorię, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, conse ✠ crare, & sancti ✠ ficare digneris: omnesque eis vtētes, tuis mysterijs aptos, & ibi in eis deuote & amabiliter seruientes, gratos effici concedas. Per dominum nostrū Iesum Christum fi. Oremus.

DOmine deus omnipotēs, qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus, & leuitis, in vsum tabernaculi fęderis necessaria, Moysen famulum tuum agere iussisti, eumque spiritu sapientiæ ad id peragendum repleuisti: hæc vestimenta in vsum & cultum mysterij tui sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerij congruentis immortalitate vestiri. Per Christum dominum nostrum.
℟. Amen.
Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

F I N I S.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo.

Omnes sunt Quaterniones, pręter e duernionem.

1601 1584 717







VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D. LXXXIIII.

Konszteowtz 62

1429
1649
9.2
1929

OPRAWĘ WYKONANO
w prac. introl. konserwat.
Biblioteki „Ossolineum"
Data 24.4.74 podpis [illegible]

W. 0
5095

